«Resp. Distinguendum esse duplicem amorem, utrumque suo modo Deum super omnia diligentem; proindeque castum et gratuitum : id est, quo Deus propter se et non propter aliud amatur. Naturalem scilicet et supernaturalem : ut etiam distinguit sanctus Thomas (1-2, quæst. 109, art. 3), nam ut ibidem ait, perversa esset natura nisi inclinaret ad diligendum Deum super omnia. Deinde pars perfectius inclinatur ad bonum totius quam ad proprium. Cum ergo bonum proprium naturæ rationalis se habeat ad divinum, ut pars ad totum, ipsa rationalis natura inclinat ad præferendum bonum divinum proprio, et ideo nondum per peccatum depravata, absque dono gratiæ superaddito, potest super omnia Deum diligere : sed distinguitur hic amor ex natura procedens ab amore charitatis : quia, ut ibidem sanctus Thomas : *Charitas diligit Deum super omnia eminentius quam natura : natura enim diligit eum super omnia, prout est principium et finis naturalis boni : charitas autem secundum quod est objectum beatitudinis, et secundum quod homo habet quamdam societatem spiritualem cum Deo :* Fundatam scilicet in communicatione boni supernaturalis quæ non esset in natura pura. Hunc duplicem amorem distinguit etiam Pius V, in sua bulla contra Baium, reprobans hujusmodi propositionem : *Distinctio duplicis amoris, naturalis videlicet quo Deus amatur ut auctor naturæ, et gratuiti quo amatur ut glorificator vana est et commentitia.* Porro posita hac distinctione corruit argumentum : ut mirum sit aliquos Thomistas eo fuisse usos : nam homo in solis naturalibus constitutus haberet id quod naturæ conveniens est, proindeque posset Deum super omnia diligere, ut auctorem et finem naturalis boni.

« Ad sanctum Augustinum dicendum eum loqui de homine, ut nunc est per peccatum corruptus : sic enim nequit Deum etiam ut naturæ auctorem super omnia diligere sine medicinali gratia, ut etiam concedit sanctus Thomas (1-2, quæst. 109, art. 3), ubi tamen docet hominem in statu naturæ minime corruptæ Deum super omnia diligere non potuisse sine auxilio Dei ad hoc eum moventis. Unde etiam in eo statu sic homo haberet potentiam naturalem diligendi Deum super omnia, ut tamen in iis qui hoc ipsum facerent, amor ille castus esset ad Deum ejusque auxilium naturalis ordinis referendus ; atque ita in illo statu adhuc salvaretur, quod ait sanctus Augustinus, hunc amorem non esse nisi a Deo.

« Dices : Ut homo possit super omnia Deum diligere, debet posse omnia ejus mandata servare; sed id non posset in natura pura : ergo nec illud. Probatur minor. Hominis in natura pura vires naturales majores non essent quam nunc sint : naturalia enim non sunt per peccatum ablata, etiam in dæmonibus, et multo minus in homine; sed nunc homo sine gratiæ auxilio nequit omnia præcepta etiam legis naturalis servare : ergo nec id potuisset in statu naturæ puræ.

« Resp. Nego minorem. Ad probationem respondeo. Vires naturales in statu naturæ lapsæ aliquo modo minores esse quam fuissent in natura pura, ut infra ostendemus, ob majora scilicet impedimenta ex depravatione peccati provenientia; et ideo minus nunc potest legem naturalem servare per solas naturæ vires, quam tunc potuisset : cum enim Deus unicuique provideat juxta suum modum, aliter providisset homini in statu naturæ puræ sed innocentis, quam nunc provideat homini per peccatum corrupto; unde sic omnia circa hominem disposuisset, ut sub eo tanquam naturali provisore, motore et dirigente omnes potuissent pervenire, imo re ipsa pervenissent plures ad suam naturalem beatitudinem, Deum super omnia diligendo, et ejus præcepta servando; et ideo, si quid est nunc impediens naturam humanam ne id præstare possit, quandiu est in statu peccati, id sane in statu naturæ puræ non fuisset. Atque ita concidunt omnia argumenta quæ possunt ex hoc capite contra conclusionem fieri : ad ea enim in genere respondemus, ad statum naturæ puræ seu à peccato liberæ pertinere omnia requisita, ut homo juxta convenientem suæ naturæ modum possit et legem naturalem servare, et ad finem naturalem pervenire. Unde si quid nunc est in natura lapsa huic facultati omnino repugnans, id non fuisset in natura pura.

« His omnibus objectionibus addi potest una contra præcipuum conclusionis fundamentum. Licet Deus homini non debeat

auxilia gratiæ, ideoque gratuita merito dicantur : hoc tamen debet suæ bonitati et æquitati, ut imaginem suam innocentem in eo statu non condat et derelinquat, in quo in æternum a suo regno et conspectu exsulasset: quippe in hoc exsilio ejus summa miseria et infelicitas sita est. Unde sanctus Augustinus perpetuo urget contra Pelagianos, parvulos sine baptismo decedentes originali peccato esse obnoxios, quia certum est eos excludi a regno cœlorum, nec deceret Dei bonitatem et justitiam, ut imaginem suam si nullius esset rea peccati a regno suo in æternum excluderet; atqui homo in natura pura conditus et relictus, in æternum exsulasset a regno et conspectu Dei : ergo licet ejus naturæ dona gratiæ quibus ad illud regnum pervenire possit non debeantur, hoc tamen Deus suæ bonitati et æquitati debet, ut innocenti creaturæ rationali dona non deneget gratiæ; proindeque, ut eam non condat et derelinquat in illo statu sine ullis gratiæ donis.

«Respondeo ad argumentum simul et ad sancti Augustini auctoritatem; procedere solum in eo rerum ordine qui nunc est, et quem nobis Deus in Scriptura revelavit, in qua superabundantem benevolentiam nobis manifestavit, ex qua hominem condidit propter æternam illam felicitatem in clara Dei visione sitam. Hoc enim statu rerum posito, quem nec Pelagiani negare poterant, recte demonstrat sanctus Augustinus hominem ab ea felicitate non posse excludi nec ad illam in qua nunc est miseriam potuisse dejici, nisi propter peccatum; sicque parvulos originali esse obnoxios, qui nullius actualis culpæ rei, a regno Dei excluduntur. Imo quia hic eximius amor satis congruit summæ Dei bonitati, ac suavem ejus providentiam decet, ut naturam rationalem corporeæ conjunctam, non sinat corporis defectibus subjici, sed potius ei corpus subjiciat : probabiliter suaderi potest, defectus qui nunc in homine cernuntur, non fuisse ex naturæ institutione, sed ex aliquo peccato. Atque ita ut notat sanctus Thomas, (lib. IV *Contra gentes*, cap. 52), etiam ipso naturali lumine satis probabiliter colligi potest, dari peccatum originale. Verum quia, ut supra notavimus, ex mero Dei beneplacito pependit, ut tantum amorem creaturæ rationali impenderet, atque ut hunc qui nunc est rerum ordinem præ alio eligeret : eodemque beneplacito potuisset alium instituere, in quo conveniens fuisset ostendere quid homini ex naturæ suæ conditione debeatur; non repugnat status naturæ puræ, in quo homo non foret ad æternam felicitatem elevatus, sed ad naturalem tantum ordinatus. Porro in eo statu visionis Dei carentia non habuisset rationem pœnæ aut exsilii aut miseriæ, sed tantum rationem carentiæ boni indebiti; sicut his qui jus habebant ad Romanam civitatem, ab ea excludi, pœna quidem, exsilium et miseria erat : at respectu eorum, qui hoc jus nusquam habuerant, quod illis non concederetur, nec pœnæ, nec miseriæ, nec exsilii rationem habebat.

«Nec vero ullus demonstrabit ita decere Dei æquitatem, ut elevet creaturam rationalem ad supernaturalem gloriam, ut oppositum ei repugnet; nec usquam sanctus Augustinus id contendit : quin potius, si divinæ justitiæ rationem attenderemus, ei congruebat ut in puris naturalibus homo conderetur : quia divina Providentia dum agit secundum justitiæ ordinem, unicuique tribuit quod ejus naturæ magis congruit, defectusque permittit secundum quod exigit rerum conditio ; et si quid alieni supra suam conditionem erogat, id pertinet ad liberalitatem et misericordiam. Unde quod Deus in ea rerum institutione defectus naturales hominis per dona gratiæ suæ correxerit, illumque ad gloriæ suæ consortium elevaverit ; non fuit justitiæ proprie dictæ : quasi hoc debitum esset aut naturæ humanæ, aut æquitati divinæ : sed fuit illius summæ et superexcedentis liberalitatis, qua, ut ait sanctus Thomas I parte, quæst. 21, art. 4, Deus ex abundantia suæ bonitatis largius aliquid dispensat, quam exigat proportio rerum, et quam requiratur ad servandum justitiæ ordinem. Atque ita sine ulla justitiæ læsione, poterat hominem sine illis donis creare.

§ II. — *Quibus defectibus homo in statu naturæ puræ foret obnoxius.*

«Cum in statu naturæ puræ homo ea solum haberet quæ naturæ suæ debita essent, palam est iis omnibus defectibus fore obnoxium, qui naturalem ejus conditionem sequuntur. Verum quia constat corpore et anima : quidam defectus ita possunt ex natura corporea oriri, ut tamen repugnent animæ : proindeque corpori, non quidem secundum se spectato, sed ut animæ rationali conjuncto; quales forent ii, quibus anima impediretur non solum a suis functionibus, sed etiam ab acquirendo suo ultimo fine naturali : cum enim unicuique debitus sit ordo ad suum proprium finem, et media ad illum acquirendum congrua : non deceret animam rationalem tali corpori conjungi, per cujus defectum omnino ipsi impossibile foret non modo suas functiones obire, sed etiam ad naturalem suum finem pervenire. Cæterum si qui defectus tum corpus consequuntur, qui ejus finis connaturalis assecutioni nullatenus repugnant, quamvis eam difficilem reddant ; ii locum haberent in natura pura. Hoc sic prænotato sit

« Conclusio. — *Homo in natura pura obnoxius esset fami, siti, labori, morbis, tandem morti; item ignorantiæ, difficultati ad bonum naturale sectandum, et concupiscentiæ motibus.*

«Probatur conclusio primo expressa sancti Augustini auctoritate (lib. III *De libero arbitrio*, cap. 20) : *Quamvis*, inquit, *ignorantia et difficultas essent hominis primordia naturalia : neque sic culpandus sed laudandus esset Deus, qui talem hominem condidisset.* Quod idem insinuat et probat eodem libro sæpius. Itaque secundum sanctum Augusti-

num sine ullo divinæ bonitatis et æquitatis præjudicio, potuit creari homo in statu naturæ puræ obnoxius ignorantiæ et difficultati ad bonum; sub qua, ut notat sanctus Thomas (1-2, quæst. 85, art. 3 ad 5), includitur infirmitas et concupiscentia. Et cum alii corporales defectus minus repugnent : etiam in illis multo magis creari poterit juxta sanctum Augustinum. Illud vero testimonium eo efficacius est, quod jam senex sanctus Augustinus ipsum reperit et approbat (lib. I *Retract.*, cap. 9): *Ad miseriam*, inquit, *justæ damnationis pertinet ignorantia et difficultas... quamvis etiamsi essent hominis primordia naturalia, nec sic culpandus Deus sed laudandus esset :* sicut (*Ibid.*, nempe *De libero arbitrio*) disputavimus. Tandem morti proximus idem sic confirmat, lib. *De persever*, cap. 11 : *Etiamsi verum esset ignorantiam et difficultatem sine quibus nullus homo nascitur primordia non supplicia esse naturæ, vincerentur tamen Manichæi :* Id est, non propterea obtinerent auctorem naturæ esse culpandum ut injustum. Ubi vides sanctum Augustinum aperte docere Deum absque ulla injustitia atque iniquitate potuisse hominem iis naturæ defectibus subditum condere ; atque ita non repugnare statum naturæ puræ iis obnoxium defectibus. Unde ipse Jansenius post excogitata varia effugia, quæ nec ipsi satis probantur, quæque proinde nec referre, nec refutare necesse est : tam apertis oppressus testimoniis (lib. II *De statu naturæ puræ*, cap. 19), exclamat : *Arctat, fateor, magnopere me difficultas ista, ut nisi audacius aliquid asserendi ipse Augustinus aperuisset viam, pene succumberem!* Verum loca illa sancti Augustini quibus nititur, ut non obstantibus tam apertis testimoniis probet sanctum doctorem statum naturæ puræ possibilem non agnovisse facile postea exponemus.

« Probatur secundo aperta sancti Thomæ auctoritate in 2, dist. 31. quæst. 1, art. 2 ad 3 : *Poterat*, inquit, *Deus a principio hominem ex limo terræ formare, quem in conditione suæ naturæ relinqueret, ut scilicet mortalis et passibilis esset, et pugnam concupiscentiæ ad rationem sentiens : in quo nihil naturæ humanæ derogaretur : quia hoc ex principiis naturæ consequitur : non tamen iste defectus in eo rationem culpæ aut pœnæ habuisset, quia non per voluntatem causatus esset.* »

Mais il ne suffit pas de dire que l'état de pure nature est possible. Il faut encore savoir quels effets il comporte pour s'en rendre un compte rigoureux ; et c'est ici que nous verrons apparaître le caractère profondément janséniste de l'apologétique esquissée par Pascal dans ses *pensées*.

Les thomistes eux-mêmes, qui restreignent autant que possible l'état de pure nature, déclarent que cet état soumettrait l'homme à la faim, à la soif, au travail, aux maladies, à la mort. « Homo in natura pura obnoxius esset fami, siti, labori, morbis, tandem morti. » (Goudin., loc. cit.) C'était l'avis de tous les théologiens. Saint Augustin lui-même, qui n'affaiblit certes pas les effets de la grâce, a écrit ces paroles : « Quamvis ignorantia et difficultas essent hominis primordia naturalia, neque sic culpandus sed laudandus esset Deus, qui talem hominem condidisset. » (*De libero arbritrio*, l. III, c. 20.) Et ce texte a d'autant plus d'importance qu'il la reproduit presque littéralement dans le livre si sévère des *Rétractations* (lib. I, cap. 9), et que nous la retrouvons encore dans son ouvrage *De perseveratione*, sous une forme un peu différente, il est vrai, mais exprimée encore plus énergiquement peut-être : *Etiam si verum esset ignorantiam et difficultatem sine quibus nullus homo nascitur primordia, non supplicia esse naturæ, vincerentur tamen Manichæi.* (Cap. 11.) Saint Thomas était donc dans le grand courant de la tradition théologique lorsqu'il disait avec sa précision habituelle : *Poterat Deus a principio hominem ex limo terræ formare, quem in conditione suæ naturæ relinqueret, ut scilicet mortalis et passibilis esset et pugnam concupiscentiæ ad rationem sentiens : in quo nihil naturæ humanæ derogaretur, quia hoc ex principiis naturæ consequitur. Non tamen iste defectus in eo rationem culpæ aut pœnæ habuisset, quia non per voluntatem causatus esset.* (In 2, dist. 31, qu. 1, art. 2, ad 3.)

Telle est enfin la doctrine qui a été confirmée par Pie V, lorsqu'il a condamné cette proposition de Michel Baïus : « Deus non potuit ab initio talem creare hominem qualis nunc nascitur. »

On voit par là que l'état de pure nature, dans les principes du thomisme, implique même les mouvements de la concupiscence ; et du reste saint Thomas le déclare expressément.

Il en donne lui-même deux raisons, l'une théologique, l'autre philosophique :

La première est que le péché originel n'enlève pas à l'homme les qualités naturelles, puisque les anges qui ont péché ont conservé les leurs.

La seconde est que la grâce est ce qui n'est pas dû à la nature, et que la nature dans l'homme implique la mortalité, la maladie, la concupiscence.

« Probatur tertio : ex sæpe laudata Pii V bulla contra Baium : in qua inter alias damnatas hæc habetur propositio : *Deus non potuit ab initio talem creare hominem qualis nunc nascitur.*

« Probatur demum quarto : ratione ex ipsis principiis sancti Augustini et sancti Thomæ desumpta. Homo in puris naturalibus non habuisset dona gratuita et naturæ humanæ indebita; sed dona quibus a defectibus in conclusione recensitis exempta fuit natura humana, in homine ante peccatum gratuita erant et naturæ indebita : ergo sine illis fuisset in natura pura, proindeque

obnoxius defectibus a quibus per illa exemptus fuit. Major constat ex terminis. Natura enim pura est cui nulla dona gratuita et indebita insunt. Minor vero probatur : Primo : Generali ratione quam habet sanctus Thomas (I part., quæst. 95, art. 1). Dotes homini naturales non sunt ablatæ per peccatum originale : non enim peccatum homini magis nocuit quam dæmonibus, in quibus naturæ dotes remansere, sed donum immortalitatis, impassibilitatis, facilitatis ad bonum, perfectæ subjectionis appetitus sensitivi ad rationem per peccatum ablatum est, ut constat : ergo donum illud non erat naturale seu naturæ debitum. Secundo : Probatur eadem minor alio sancti Thomæ principio. Naturæ humanæ secundum se spectatæ non est debitum donum quo eximatur a defectibus naturæ principia consequentibus, sed magis debitum est, ut iis obnoxia relinquatur; sicut quia potentia peccandi, quæ sine dubio maximus est defectus, consequitur principia creaturæ rationalis, non modo non fuit ei debitum donum, quo a peccandi potentia liberaretur, sed potius hoc illi debitum fuit, ut cum tanto defectu crearetur : porro mortalitas, passibilitas, ignorantia veri, et concupiscentia sequuntur principia naturæ humanæ : ut enim inquit sanctus Thomas (lib. IV *Cont. gent.*, cap. 52), necesse est corpus humanum, cum sit ex contrariis compositum, passibile et corruptibile esse. Item sensibilem appetitum in ea quæ sunt secundum sensum delectabilia moveri, quæ interdum sunt contraria rationi. Item intellectum possibilem, cum sit in potentia ad omnia intelligibilia, nullum eorum habens in actu, sed ex sensibus natus ea acquirere, difficulter ad scientiam veritatis pertingere, et de facili propter phantasmata a vero deviare. Ergo naturæ humanæ non fuit debitum donum ab illis defectibus eam eximens, sed potius hoc ei et secundum se spectatæ, id est, in puris naturalibus, debitum erat, ut illis defectibus esset obnoxia. Tertio demum, eadem minor probatur sigillatim quoad singulas partes. Et quidem immortalitatem fuisse donum prorsus gratuitum et indebitum docet sanctus Thomas in 2, dist. 19, quæst. 1, art. 4, his verbis : *Immortalitas et impassibilitas quam homo habuit in primo statu, non inerat ei ex principiis naturæ, sed ex beneficio creatoris.* Et I part., quæst. 97, art. 1, idem confirmans ex sancto Augustino : *Corpus*, inquit, *hominis non erat indissolubile per aliquem immortalitatis vigorem in eo exsistentem, sed inerat animæ vis quædam supernaturaliter data, per quam poterat corpus ab omni corruptione præservare.* Et ad 3 : *Vis illa*, inquit, *non erat animæ humanæ naturalis, sed per donum gratiæ.* Docet idem S. Cyrillus Alexandrinus (lib. IV *Cont. Julian.*) : Homo, inquit, corruptibili natura progenitus Deo volente fuit immortalis; docet tandem ipse sanctus Augustinus (lib. II *De Genesi ad litt.*, cap. 15), *posse non mori*, inquit, *præstabatur homini de ligno vitæ, non de constitutione naturæ; mortalis ergo erat conditione corporis animalis, immortalis autem beneficio conditoris.* Subjectionem quoque carnis ad spiritum non fuisse naturalem homini, sed ex gratuito Dei dono docet sanctus Thomas (opusc. 2, cap. 185) : *Non erat*, inquit, *ex natura animæ quod vires sensibiles absque repugnantia rationi subjicerentur.* Docet ipse sanctus Augustinus (lib. IV *Cont. Julian.*, cap. 16) : *Gratia Dei*, inquit, *ibi magna erat ubi terrenum et animale corpus bestialem libidinem non habebat.* Demum eximi ab aliis miseriis corporeis non fuisse naturaliter homini debitum docet sanctus Augustinus (lib. III *De libero arbitrio*, cap. 23, et epist. 28, *ad Hieronymum*), cum ait : *Et parvulos et adultos iis molestiis subjici potuisse nullo præcedente peccato, propter bonum aliquod inde procurandum.*

«Respondebis : hos quidem defectus naturæ principia consequi, eoque sensu non naturali jure aut dote, sed dono Dei hominem ab illis immunem fuisse. Verum hoc donum absque præcedente peccato non potuisse denegari : propter reverentiam imaginis Dei animæ insculptæ, quæ secundum æquitatem Dei postulat, ut innocens homo his miseriis non sit obnoxius.

«Sed impugnatur hæc responsio simulque conclusio efficaciter confirmatur. Peccatum magis repugnat dignitati imaginis Dei, quam mors et alia quæcunque molestia, ut per se constat; sed Deus, illæsa æquitate, ab homine innocente non abstulit hunc naturæ defectum quo erat ad peccatum facile flexilis : cum tamen facile id posset conferendo donum confirmans in bono; imo ipsum peccatum præscitum, cum itidem facillime potuisset, non impedivit : ergo et eadem æquitate illæsa potuit hominem aliis minoribus defectibus obnoxium relinquere. Deinde si æquitatem Dei ex nostra ratione æstimaremus, certe magis ei repugnare videretur, ut imaginem suam, nempe rationalem animam, uniat carni peccatrici, ex qua non solum alios defectus in conclusione recensitos, sed etiam quæ miseria omnium maxima est, peccati maculam contrahit : quam ut illam carni passibili quidem et iis defectibus naturam consequentibus obnoxiæ, sed a peccato puræ conjungeret; atqui videmus primum illud nunc fieri, nec propterea iniquitatem esse apud Deum : ergo potiori jure istud posterius fieri potuit : nec enim ulla ratio proferri potest, cur Deus absque iniquitate decreverit innumeras animas creare, easque conjungere carni per peccatum Adami corruptæ, suamque corruptionem in eas transfusuræ : cum tam facile posset animabus illis puram ab omni labe carnem providere; quæ eadem non longe efficacius probet absque iniquitate potuisse animam rationalem uniri carni passibili, cæterisque defectibus naturalibus obnoxiæ, sed tamen a peccato puræ conjungere.»

On voit, par cette citation, que la physique et la psychologie d'Aristote tiennent une très-grande place dans les doctrines thomistes sur la grâce; il n'en est pas moins vrai que tous les théologiens, et surtout les théologiens scolastiques, arrivent, quoique

par des arguments un peu différents, à la conclusion que nous avons posée d'après Goudin.

Cette conclusion infirme singulièrement toutes les démonstrations qu'essaye Pascal pour établir, par voie de raisonnement, le dogme du péché originel, et pour changer ainsi la base de l'apologétique chrétienne. Saint Thomas, saint Bonaventure, Scot, la cherchaient dans la *preuve* de l'existence d'un ordre surnaturel; leur théologie reposait donc sur la notion de la grâce, comme celle des Pères sur la notion du caractère divin du Médiateur. Pascal brise à la fois avec la tradition des Pères et avec celle des docteurs. Il veut fonder tout l'édifice de son apologétique sur le dogme de la déchéance, et toutes ses *pensées* dès lors supposent qu'il est absolument impossible que l'homme eût été créé dans un état sujet à la maladie, à la mort et à la concupiscence, et que dès lors la réalité de ces faits malheureux prouve logiquement la nécessité absolue de la déchéance.

Voici ce que Goudin et les thomistes répondaient, d'une manière indirecte, à cette nouvelle apologétique.

« Resp. sancti Augustini argumentum procedere in eo rerum statu et ordine, in quo re ipsa creatus est homo rectus et per originalem gratiam Deo subditus, atque ad gloriam supernaturalem ordinatus, ut ex Scripturis constat, nec ipsi Pelagiani poterant inficiari : hujus enim status summæ perfectioni qualem nobis Scriptura describit, palam repugnarent miseriæ, et defectus quibus humanum genus oppressum videmus, et effrenis illa concupiscentia hominem jumentis insipientibus assimilans, imo illum ipsis pene turpiorem efficiens, nisi alicujus peccati merito illis se dignum præbuisset. Unde in hypothesi talis status argumentum sancti Augustini probans ex miseriis hominum exstare peccatum originale, plane demonstrativum est. Cæterum absolute possibilem fuisse alium statum, in quo illæ ipsæ molestiæ ac ignorantia et difficultas, quæ nunc peccati pœnæ sunt, forent naturæ primordia : non modo non negat sanctus Augustinus, sed etiam probat fuisse possibilem absque ulla Dei iniquitate. (Lib. III *Delibero arbitrio*, cap. 20, et sequentibus.) Hanc solutionem suggerit ipse sanctus Augustinus (lib. I *Retract.*, cap. 9, in fine), ubi ait se contra Pelagianos probasse ignorantiam et difficultatem esse nunc peccati supplicia, quia hoc utraque Scriptura commendat, quam se accipere profitentur. Contra Manichæos vero Vetus Testamentum negantes et de Novo id solum quod liberet admittentes, se probasse Deum non fore culpandum sed laudandum, quamvis ignorantia et difficultas essent naturalia primordia. Inde enim constat ex ipso sancto Augustino defectus illos non posse esse peccati supplicia, in statu, in quo homo secundum Scripturam creatus est ; et tamen nihilominus potuisse Deum instituere alium rerum ordinem, in quo hi defectus inessent homini nullo præcedente peccato, veluti primordia naturæ nondum perfectæ, sed ad suam perfectionem tendentis : absque eo quod divinæ æquitati inde derogaretur.

«Instabis. Sanctus Augustinus habet ut firmissimum principium repugnare justitiæ et bonitati divinæ, ut innocens imago Dei misera exsistat; sed in statu naturæ puræ homo fuisset imago Dei, quia hoc illi per essentiam convenit : et tamen etiam antequam peccasset miserrimus fuisset, utpote iisdem quas nunc patimur miseriis obnoxius, frigori et calori, siti et fami, fletibus, labori, morbis, tandem morti : imo hæ molestiæ parvulos, nullius adhuc peccati capaces, perinde ac alios effecissent : ergo hic status ex sancto Augustino repugnat justitiæ et bonitati Dei. Minorem concedimus. Majorem docet sanctus Augustinus sexcentis in locis. Unus sufficiat (lib. I *Operis imperfecti, Cont. Julian.*), ubi sic habet : *Neque enim sub Deo justo quisquam miser esse nisi mereatur potest.* Unde contra eumdem Julianum hoc argumentum passim urget. Quæ est ista justitia? responde si potes, defende justitiam Dei. Quare vel parva pœna infligatur innocenti? ubi loquitur de miseriis parvulorum, quas inde probat injuste infligi, si nullum peccatum contraxerint : cum nullum proprium quo illas meruerint, commiserint.

«Resp. Distinguo majorem. Est contra Dei justitiam, ut innocens ejus imago misera sit : miseria proprie dicta, concedo. Miseria late sumpta pro quavis defectu, nego. Et ad minorem, in statu naturæ puræ innocens imago Dei fuisset : miseria proprie dicta, nego. Miseria latius sumpta pro quovis naturæ defectu, concedo, et nego consequentiam. Itaque miseria duobus modis sumi potest. Primo proprie ut opponitur beatitudini ; quo sensu dici potest status in malo naturæ ac beatitudini contrarius. Secundo latius sumi potest pro quovis defectu et imperfectione etiam beatitudini non repugnante, sed se habente ad modum termini, a quo tendit ad beatitudinem. Hac distinctione supposita, dico verissimum esse sancti Augustini principium ; esse contra Dei justitiam ut homo innocens miser sit, id est, stabiliter constituatur in malo naturæ ac beatitudini suæ contrario : cum enim propter beatitudinem factus sit tanquam propter finem suum, nisi ipse propter culpam suam id mereatur, non potest in eo statu constitui, in quo a sua exclusus beatitudine variis molestiis subjiciatur, quæ in ea hypothesi proprie illum infelicem efficerent et miserum. Item verissimum est argumentum ex eo deductum principio, pueros si nullius rei essent peccati, non posse iis quibus nunc premuntur molestiis subjici : quia veræ miseriæ rationem nunc habent : non enim sunt imperfectiones quædam naturæ suam beatitudinem nondum assecutæ, ad eam tamen tendentis : sed sunt præambulæ majoris miseriæ : quia nisi pueri illi per baptismum liberentur, eos post istam miseram vitam æterna manet damnatio. At vero in statu naturæ puræ, non sic habuissent rationem proprie dictæ miseriæ : quia post illas non

modo pueri præmature morientes non incurrissent damnationem, sed etiam aliquam ex illis utilitatem Deus ipsis procurasset. Adulti vero iis bene utendo meruissent, ut ad naturalem suam beatitudinem aliquando perveniendo, ab iis penitus eximerentur. Quippe hic divinæ Providentiæ stilus est, ut nullum in suis operibus defectum sinat, ex quo aliquid ad finem suum utile non procuret. Cum ergo beatitudo sit finis ad quem providentia Dei hominem ordinasset etiam in statu naturæ puræ, nullus in eo statu defectus esset quem non ita disposuisset Deus, ut ad acquirendam beatitudinem homini non conferret, nisi ipse sua culpa obstaret. Et ideo nullus defectus ante culpam proprie dictæ miseriæ rationem haberet.

« Hæc solutio et doctrina est ipsius sancti Augustini, nam lib. III *De libero arbitrio*, cap. 20, et sequentibus, probat Deum non esse culpandum sed laudandum, etiam in ea hypothesi in qua hominem creasset ignorantiæ, difficultati et corporearum molestiarum defectibus obnoxium, etiam nullo præcedente peccato; quia defectus illi non obstarent, sed potius aliquo modo conferrent ad assequendam beatitudinem : nam, inquit, ignorantia et difficultas esset proficiendi admonitio et perfectionis exordium. Molestiæ vero corporeæ forent bene utentibus exercendæ virtutis materia. Quantum vero ad parvulos qui ante rationis usum morientes his recte uti non possent, respondet cap. 23, præterquam ex eorum infirmitatibus aliqua utilitas majoribus procurari potest, Deum in secreto judiciorum suorum aliquid bonæ compensationis ipsis reservare posse. Ex quibus constat etiam in hypothesi naturæ puræ juxta sancti Augustini doctrinam, defectus illos non habituros esse rationem miseriæ proprie dictæ. At vero post exortam Pelagianam hæresim, hanc doctrinam prius a se traditam passim recensens, nusquam eam rejicit ut falsam, sed potius semper approbat. Solum, epist. 18, *Ad Hieronymum*, observat, id quod dixerat de parvulis in lib. III *De libero arbitrio*, Deum aliquid bonæ compensationis pro iis quas patiuntur miseriis reservare posse, locum non habere in statu in quo nunc sumus : quia et Scriptura et Ecclesia testatur eos, si absque baptismo decedant, non solum non remunerari, sed etiam damnari. Quapropter cum probat originale peccatum ex eo quod nullus innocens sub Deo justo miser esse possit, non ita urget molestias adultorum; quia ut ipse ait (lib. VI *Cont. Julian.*, cap. 21, circa finem), recte responderi posset per eas molestias exerceri virtutem, atque ita miseriæ rationem non habere; nec proinde injustum fore Deum, si hominem innocentem illis affici permitteret; sed tantum insistit in cruciatibus parvulorum, quibus si absque baptismo decedant, non solum pro iis quas patiuntur molestiis nulla reservatur compensatio; sed insuper præparata est damnatio. Quod sane injustum esset, si nullum haberent originale peccatum : quia sic innocens imago Dei proprie misera esset. Unde juxta sanctum Augustinum nunc quidem molestiæ parvulorum miseriæ proprie dictæ rationem habent, quia nullum ex illis fructum referunt : non habuissent vero in statu naturæ puræ, quia in iis aliquid boni Deus illis procurasset. Quæ sancti Augustini doctrina ita conformis est rectæ rationi, ut mirabilis sit Jansenius, qui tam pertinaciter contendit sublato culpæ puniendæ motivo nullum nec minimum defectum nullamve molestiam posse permittere circa hominem.

« Repones, in statu naturæ puræ quis tandem fructus procuratus foret puero post multos morborum cruciatus immature morienti? quisnam lunaticis furiosis stultis ab ipso suæ nativitatis exordio?

« Resp. in primis : in statu naturæ puræ forte non futuros plures ex his defectibus, quos nunc patitur genus humanum, quique forte non sunt ex ipsis naturæ principiis, sed mera culpæ supplicia et certe vexatio dæmonis, cui etiam pueri obnoxii leguntur, et quam sanctus Augustinus maxime urget, ut probet originale peccatum, tunc minime fuisset. Item nec forte stultitia illa perpetua ab ipso nativitatis exordio. Cæterum si qui sint defectus ex naturæ principiis orientes, illi fuissent quidem in hujusmodi statu, sed minime defuisset modus divinæ sapientiæ ex illis aliquid boni procurare. Quodnam autem foret illud bonum, ipse solus novit, nec nostrum est curiosius explicare. Quæ responsio est ipsius sancti Augustini, lib. III *De libero arbit.*, cap. 23, et epist. 18, *Ad Hieron.*

« Objicies secundo, ac simul instabis : esto absque peccato possit homo subjici corporeis molestiis propter aliquod bonum ex iis procurandum : certe repugnat eum concupiscentiæ subjici, atque cum tam enormi defectu ex Dei manibus prodire : ergo saltem concupiscentia in statu naturæ puræ non fuisset. Probatur innumeris sancti Augustini testimoniis, qui in eo perpetuus est, ut probet contra Julianum concupiscentiam non esse naturalem hominis proprietatem, sed malum naturæ hominis oppositum, quodque non nisi ex aliqua ejus culpa oriri potuit : ergo saltem juxta sancti Augustini doctrinam in natura humana, si nullum præcessisset, peccatum esse non potuit.

« Resp. concupiscentiam duobus modis spectari posse. Primo quoad substantiam, prout est facultas nata appetere bonum sensibile secundum se, et moveri ab objectis oblatis delectabilibus. Secundo quoad defectum, prout in actu exercito excludit ordinem rationis, imo ipsi resistit. Julianus eo insaniæ devenerat, ut non modo laudaret hujus facultatis substantiam, sed etiam ipsam petulantiam qua prorumpit in motus plerumque rationi oppositos, modo tamen ratio illis non consentiret : putabat enim motus illos esse bonos ac laudabiles naturæ igniculos homini inditos, ut ad naturalia quædam bona sensibilia vividius ferretur et excitaretur; seque habere in natura sensitiva hominis ut in arbore ramos et folia : quæ licet ultra modum aliquando luxuriantia, per agriculturæ artem

castiganda sint, non tamen naturæ defectum in arbore arguunt, sed potius vigorem et alacritatem. Hinc concludebat primum hominem fuisse a Deo creatum cum facultate ista concupiscibili qualis nunc est : ut quæ ad naturam pertineret, et etiam ut talis laudabilis esset. Hæc impudentissima libidinis encomia ut refellat sanctus Augustinus, magna rationum vi probat, non naturæ humanæ perfectionem, sed defectum esse, quod facultas concupiscibilis nata sit rationi repugnare, motusque illos libidinosos rationem antevertentes non esse laudabiles sed potius defectus quosdam : tum quia de illis homo naturaliter erubescit, tum quia contra illos per virtutem pugnare debet : quorum neutrum bono competit, sed potius malo et defectui. Unde concludit, non fuisse ex natura hominis qualem Deus instituit perfectum et rectum, ut nec negabat Julianus, sed ex culpa hominis damnati, ob quam donis a Deo concessis spoliari meruerat et suis tradi concupiscentiis. Cæterum Deum potuisse absolute creare hominem, in quo hi appetitus sensitivi defectus qui nunc sunt supplicium peccati forent naturæ primordia, non modo non negat sanctus Augustinus in suis contra Pelagianos concertationibus, sed etiam expresse affirmat cum ait (lib. I *Retract.*, cap. 9, et *De persever.*, cap. 11) : Deum fore laudandum, etiamsi ignorantia et difficultas essent naturæ primordia. Unde uno verbo ad omnes sancti Augustini auctoritates circa concupiscentiam, dicendum eas solum huc pertendere ut evincant concupiscentiæ motus rationi repugnantes non esse humanæ naturæ bonum, sed defectum : nec proinde pertinuisse ad perfectionem hominis a Deo primitus conditi, ut impudenter contendebat Julianus : sed potius ad ejus pertinuisse perfectionem donum illud, quo caro perfecte subdebatur spiritui. Atque ita cum certum sit, nec diffiteretur Julianus, hominem reipsa perfectum fuisse a Deo creatum : recte contendebat contra eum sanctus Augustinus ante peccatum nullos fuisse hujusmodi motus, sed in pœnam peccati postea pullulasse. Atque hinc concludebat concupiscentiam qualis nunc est non esse naturam instituti hominis, sed pœnam damnati. Unde tota ejus disputatio procedebat de homine, qualis reipsa creatus fuit, non qualis creari potuit.

« Instabis : in opere Dei nihil esse posse, de quo merito homo erubescat, ut principium certum passim urgebant sancti Patres contra Pelagianos; sed si homo creatus in statu naturæ puræ esset obnoxius concupiscentiæ motibus, foret in illo Dei opere aliquid erubescendum : nemo enim nisi impudentissimus de illis motibus non erubescit, ut sæpe ait sanctus Augustinus *contra Julianum* : ergo non potuit homo creari in statu naturæ puræ concupiscentiæ obnoxius.

« Resp. argumentum solum probare hominem immediate à Deo creati non debuisse cum actuali concupiscentiæ rationi repugnantis motu, quia de illo solo homo erubescit; non tamen probat creari non potuisse cum ipsa facultate, ex qua tales motus possent exsurgere : neque enim ea secundum se talis est ut de ea erubescatur : sicut quisque quidem merito confunditur de peccato, non tamen de peccandi potentia, quandiu in actum non prorumpit. Sicut ergo homo creari potuit cum libero arbitrio defectivo, cui inesset potentia peccandi, licet peccatum sit inordinatius et detestabilius quam isti motus; ita creari potuit cum appetitu sensitivo defectivo, ex quo hi motus possent exsurgere : enim vero ut defectus est et imperfectio sensitivi appetitus, non ita perfecte subjici rationi, quin ei repugnare possit : ita imperfectio voluntatis est non ita naturaliter subjici legi Dei, quin ei peccando repugnare valeat. Ut ergo creari potuit, imo creata est talis voluntas quæ peccare posset legique Dei repugnare; ita talis appetitus creari potuit non ita rationi subditus, quin ei posset repugnare.

« Dices esse discrimen : nam posse peccare, ita inerat voluntati primi hominis, ut tamen posset etiam non peccare. At vero si homo creatus esset concupiscentiæ obnoxius in statu naturæ puræ, appetitus ita posset concupiscere contra rationem, ut voluntas sæpe hoc impedire nequiret.

« Resp. stare paritatem. Sicut enim homini creato cum arbitrio defectibili et potentia peccandi Deus media sufficientia providit, quibus adjutus si vellet posset non peccare : ita homini in statu naturæ puræ, in quo appetitus non esset perfecte subditus rationi sed posset ab ea deficere, providisset Deus media et auxilia, quibus si uti vellet, appetitum ita rationi subjiceret, ut reipsa nunquam contra rationem concupisceret : nam in primis homines eo in statu, immediate creati de manu creatoris, prodiissent statim omni pure naturali perfectione præditi, tum quoad corpus, tum quoad mentem. Unde habuissent virtutum ordinis naturalis habitus, quibus quandiu uti vellent, appetitum sensitivum, licet ex se ad concupiscendum pronum, cohibuissent, ne contra rationem concupisceret. Pueri vero ab iis procreati, nascerentur quidem sine scientia et virtutibus naturalibus appetitum in officio continentibus : verum sicut providentia Dei corpori eorum ab exordiis imperfecto subsidia providisset, quibus ad perfectum robur et augmentum pervenire possent : ita et eorum animis ab exordio imperfectis congrua subsidia providisset, quibus cum ad usum rationis pervenissent, si recte uti vellent, appetitum sensitivum ita in officio continere valerent, ut nullus in eo motus inordinatus exsurgeret; hæc enim auxilia et subsidia essent naturæ puræ sed innocenti debita, quia unicuique, saltem ante peccatum, debetur auxilium quo præstare valeat id ad quod tenetur. Cum ergo secundum naturæ ordinem natura rationalis sensitivæ conjuncta eam regere et in officio tenere debeat, homini in natura pura constituto media non defuissent, quibus id præstare posset, si voluisset. Unde ut ad argumentum supra factum redeamus : In illo statu opus

Dei qua tale nihil erubescendum habuisset: nam, ut dixi, facultas concupiscibilis, non tamen actu concupiscens, non est magis pudenda quam voluntas defectibilis quidem, sed actu non deficiens; motus autem inordinatus concupiscentiæ pudendus quidem est, sed tunc non fuisset, quandiu voluntas auxiliis recte utens eum prohibere studuisset; id enim potuisset, licet non absque quadam difficultate : sed ut verisimile est longe minori quam nunc sit : neque enim ad tuendam statim naturæ puræ possibilitatem necesse est admittere appetitum concupiscibilem eo in statu tam effrenem fore ac protervum, quam nunc sit in homine lapso.

« Si quis autem quærat quænam fuissent illa auxilia et subsidia in statu naturæ puræ provisa, quibus ratio adjuvaretur ut appetitum sensitivum, et naturaliter non perfecte subjectum, adeoque repugnare valentem, in officio continere posset. Resp. cum multi non desint modi divinæ sapientiæ quibus id fieri posset, non satis nobis esse compertum quemnam determinate elegisset. In genere dici potest illud auxilium fore cognitionem quamdam et amorem boni honesti; quæ non deessent homini, si se ad Deum converteret in primo suæ rationis usu; sicut sine dubio teneretur : quæque se haberent velut momenta quædam contraponderantia, quibus, ut ita dicam, sic libraretur pondus appetitus sensitivi ad delectabilia, ut homo facilius in partem boni honesti tantisper conando, posset omnem actualem motum inordinatum impedire. Deinde verisimile est eo in statu, quandiu saltem genus humanum secundum legem naturalem viveret, filios nascituros optima complexione, et indole ad honestatem aptissima : si enim post originale peccatum tantaque hominis flagitia, inter ipsos infideles plerique nascantur cum laudabilibus quibusdam inclinationibus, alii ad mansuetudinem, alii ad liberalitatem, etc., quid prohibet asserere eo in statu ab originali peccato immuni, singulos pueros optimæ indolis nascituros? Verum in re nobis incomperta ut ad sobrietatem sapiamus, unum defendimus et certum habemus, providentiam Dei in statu naturæ puræ omnia necessaria sufficienter procuraturam fuisse ut homines, nisi eorum culpa obstaret, et honeste in omnibus vivere possent, et ad naturalem beatitudinem pervenire : in qua constituti non modo possent non deficere a sua naturali perfectione, sed etiam in ea sic firmarentur, ut amplius deficere non possent.

« Urgebis : Sanctus Thomas (1-2, quæst. 82, art. 3, ad 1) dicit, quod concupiscentia quæ transcendit limites rationis inest homini contra naturam; sed in statu naturæ puræ nihil fuisset contra naturam : ergo in eo non fuisset concupiscentia transcendens limites rationis; proindeque defectui concupiscentiæ homo non foret obnoxius.

« Resp. distinguendo, concupiscentia transcendens rationis limites inest homini contra naturam quoad actum ipsum inordinatum, concedo. Quoad facultatem natam etiam in hunc actum prorumpere : subdistinguo. Inest contra naturam perfectam et qualis a Deo creata fuit, concedo. Secundum se præcise spectatam, nego. Solutio explicatur exemplo. Cum actus concupiscentiæ rationem excedens sit peccatum saltem veniale; eadem est utriusque ratio. Sicut ergo actus peccati semper est contra naturam, quia est excessus regulæ naturalis et corruptio boni secundum naturalem inclinationem convenientis; at vero ipsa peccandi potentia non est simpliciter contra naturam, sed est defectus naturaliter consequens liberum arbitrium quandiu nondum pervenit ad suam ultimam perfectionem : ita re ipsa concupiscere contra rationem, est contra naturam hominis, quia excedit regulam, cui materialiter subjici debet : nam in homine appetitus sensitivus naturaliter subest rationi, et ab ea in officio contineri debet; at vero posse concupiscere contra rationem, non est contra naturam hominis si secundum se spectetur, sed est quidam defectus eam consequens quandiu nondum ad suam perfectionem pervenit; quia tamen ab initio Deus naturam humanam instituerat ab eo defectu immunem, defectus ille potest dici contra naturam qualis a Deo facta est, non tamen qualis fieri potuit.

« Insistes : homo creari non potuit in vitio et peccato, alias malus esset creatus; sed concupiscentia est vitium et peccatum; est quidem vitium, quia inclinat in bonum apparens rationi contrarium, quæ est ipsa definitio vitii : est etiam peccatum, quia ipse Apostolus (*Rom* VI, passim), eam peccatum vocat; ergo cum ea homo creari non potuit.

« Resp. Nego minorem. Ad probationem primæ partis, distinguo. Concupiscentia inclinat ad bonum rationi oppositum ex se determinate, nego. Indeterminate et quasi per accidens, concedo. Itaque vitium est habitus ex se determinate inclinans ad objectum rationi contrarium : porro concupiscentia ex se solum inclinat ad bonum sensibile, imo cum quadam subjectione ad rationem : quia nata est regi per rationem. Unde non habet rationem vitii, sed solum facultatis defectivæ; quæ non ita perfecte subjicitur suæ regulæ, quin ei aliquando repugnare possit. Nihil autem vetat a Deo esse facultatem aliquam ex se bonam quidem, non tamen ita perfecte quin aliquando deficere possit : ut constat in libero arbitrio; quod licet sit a Deo, non tamen ita perfectum creatum est, quin deficere posset et suam regulam transgredi. Ad probationem secundæ partis dicendum, concupiscentiam vocari peccatum, non quod vere et proprie peccatum sit, sed quia est deformitas causata ex peccato primi parentis. Unde pertinet ad maculam originalis peccati; et quia ad peccatum inclinat, ut definit et explicat concilium Tridentinum (sess. 6).

« Repones. Inclinatio ad peccatum non potest esse a Deo : ergo hoc ipso quod concupiscentia inclinat ad peccatum cum ea homo creari non potuit.

« Resp. Etsi inclinatio ad peccatum non possit esse a Deo, potest tamen esse a Deo facultas inclinans ad bonum cum quodam defectu, ex quo peccatum ortum habere aliquando potest: licet enim Deus non sit auctor defectus, auctor tamen est bonorum quibus defectus aliquis adjungitur; nec tenetur ab iis illos defectus tollere. Id constat in libero arbitrio, in quo cum primo crearetur relicta est potentia peccandi. Porro appetitus sensitivus non est ipsa determinata inclinatio ad peccatum, sed est inclinatio ad bonum sensibile per rationem regenda : non tamen ita rationi subjecta, quin possit aliquando præter rationem illud appetere; ex quo peccatum quandoque oritur : cum scilicet ratio motus illos prævenire negligit. Et sic dicitur inclinatio ad peccatum, non præcise secundum se, sed connotando aliquam ex parte voluntatis negligentiam.

« Replicabis : Esto concupiscentia proprie nec vitium sit, nec peccatum, nec inclinatio omnino per se determinata ad malum : est tamen naturæ humanæ vulnus et deordinatio : unde homo per originale peccatum dicitur vulneratus in naturalibus, quia amisit donum perfecte conjungens partem sensitivam cum ratione; sed homo non potuit a Deo creari cum vulnere : ergo nec cum concupiscentia.

« Resp. Distinguo majorem. Concupiscentia est vulnus naturæ, ut a Deo facta est cum perfecta unione partis sensitivæ cum rationali, concedo. Esset vulnus in statu naturæ puræ, nego. Cum enim vulnus sit solutio continui, supponit partes fuisse prius unitas; porro unitæ quidem fuerunt in natura qualis a Deo facta est : unde superveniens per peccatum solutio proprie vulnus dicitur, et homo vulneratus in naturalibus. At vero in statu naturæ puræ, quod illæ partes re ipsa perfecte non unirentur, vulnus non esset : quia nulla earum unio præcessisset. Sicut partes aliquæ in corpore infantis non uniuntur, quæ tamen uniendæ sunt cum ad perfectam ætatem venerit : nec tamen hæc separatio vulnus dicitur; diceretur autem si postquam unitæ fuerint per violentiam separarentur.

« Dices : *I Joan.* II, 16, dicitur, concupiscentiam non esse a Deo, sed ex mundo; atqui in homine in statu naturæ puræ formato nihil esset ex mundo, sed omnia essent a Deo : ergo in eo non esset concupiscentia.

« Resp. : Ibi nomine concupiscentiæ non intelligi ipsam naturalem facultatem appetendi bona sensibilia, sed modum vivendi secundum passiones carnales et appetitum sensibilem; porro licet hæc facultas appetitiva boni sensibilis sit a Deo : attamen quod aliquis vivat secundum passiones appetitus sensitivi prætermisso rationis ordine, et constituendo finem ultimum in bonis sensibilibus, hoc sane non est a Deo, sed ex corruptione sæculi : nec fuisset in natura pura quandiu homo secundum naturam vixisset : licet accidere potuisset cum homo voluntarie a naturali ordine excidisset.

« Addes tandem : In statu naturæ puræ nihil foret contra jus et ordinem naturæ humanæ; sed quod appetitus sensitivus non ita subdatur rationi quin ei repugnare valeat, hoc est contra jus et ordinem naturæ humanæ : ergo non fuisset in statu naturæ puræ. Major constat. Quia natura pura habuisset sua jura, nec inordinata creari potuit; quæ enim sunt a Deo ordinata sunt. Minor vero probatur. Primo : quia jus et ordo exigit ut inferius subjaceat superiori, et quod ei repugnet id sane est contra jus et ordinem; sed appetitus sensitivus est inferior ad rationem : ergo jus et ordo exigit, ut ei subdatur. Secundo : Appetitus sensitivus in homine non debuit esse inordinatior quam in brutis ipsis; sed in brutis appetitus ille naturaliter subjacet suæ regulæ; videmus enim aves et animalia silvestria fere omnia non affici ullis libidinosis motibus nisi congruo tempore, ac expleto naturæ officio mares et feminas inter se caste vivere : ergo multo magis exigit jus ordoque naturæ humanæ, ut appetitus naturaliter moderatus sit secundum suam regulam quæ est ratio; proindeque ut nullus in eo motus intempestivus oriri possit, sed solum juxta nutum et regulam rationis. Tertio : Christus licet omnes hominis defectus pure naturales assumpserit, non tamen appetitum illum rationi repugnare valentem, qui concupiscentiæ nomine intelligitur : ergo concupiscentia non pertinet ad naturalem hominis imperfectionem, sed est depravatio naturalis ordinis. Quarto : Apostolus ad *Rom.* VII, 24, hanc appetitus sensitivi pugnam contra rationem deplorat ut summam miseriam : *Infelix*, inquit, *ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus ?* ergo non est naturalis defectus in quem hujusmodi querelæ minus cadere possunt : sed est ipsa deordinatio naturalis dispositionis, proindeque contra jus et ordinem naturæ.

« Resp. : Nego minorem, etsi enim sit contra ordinem naturæ ut appetitus actu repugnet rationi, non tamen ut ei repugnare possit; nam sicut peccare repugnat ordini naturæ; posse vero peccare non ita repugnat, sed est imperfectio consequens naturaliter arbitrium creatum, nisi per gratiam in bono confirmetur : ita licet actu concupiscere contra rationem sit contra ordinem naturæ, radix tamen illius actus non est contra ordinem naturæ humanæ, sed importat imperfectionem naturaliter eam consequentem : est enim hic ordo naturæ humanæ secundum se spectatæ proprius, ut procedat a potentia ad actum, ab imperfecto ad perfectum. Unde ejus conditio est ut appetitus ejus sensitivus primo quidem in potentia solum et imperfecte subdatur rationi, potens indifferenter se extendere ad actus etiam præter ordinem rationis : eaque indifferentia paulatim ad determinatum rationis ordinem perduceretur, donec tandem prompte et facile subjectus rationi efficeretur, in quo consistit ejus perfectio.

« Ad primam probationem distinguo majorem : jus et ordo exigit inferius ut subdatur superiori subjectione aliqua secundum utri-

usque modum, concedo. Statim perfecta et omnimoda, omnem repugnandi facultatem excludente, nego. Sic enim uxor naturaliter inferior viro, non ei statim ita naturaliter subjecta fuit, ut nihil moliri posset præter ejus nutum : nam ante viri imperium aut consilium, non modo comedit de ligno vetito, sed etiam ad id ipsum virum suum pertraxit. Sic creata voluntas naturaliter subditur legi æternæ ut regulæ superiori, non tamen ita ut ei repugnare non possit. Similiter dico jus et ordinem naturalem exigere quidem, ut appetitus sensitivus in homine rationi aliqualiter subdatur; non ita tamen quin ei repugnare valeat; id est, ut explicari solet, ut subdatur politice, non tamen despotice. Subjectio despotica est, quæ omnem repugnandi facultatem excludit; sic pes et manus animæ subjiciuntur. Politica vero quæ relinquit aliquam repugnandi facultatem. Prior locum habet in rebus cognitione carentibus, et in quibus non est principium activum sui motus. At posterior est propria rerum in quibus est quoddam sui motus activum principium, nempe aliqua cognitio et aliqua libertas. Sic civis legi subjicitur, filius patri, uxor marito, creata voluntas divinæ. Cum ergo appetitus sensitivus habeat propriam cognitionem, et quodammodo libertatem licet imperfectam, quæ est principium activum motuum ipsius : non est de ejus ratione, ut menti subjiciatur despotice ut membra cognitione carentia, sed solum politice cum quadam resistendi facultate : ita tamen ut scite tractatus obediat, et paulatim per assuetudinem illa ejus indeterminatio minuatur, donec tandem perveniatur ad perfectam subjectionem et concordiam; in qua pax et perfectio hominis consistit. Et hoc fuisset in statu naturæ puræ.

« Ad secundum respondeo : Appetitum brutorum circa ea quæ magis necessaria sunt ad individui vel speciei conservationem, determinari per instinctum naturalem. Unde necessitate quadam congruum modum in illis observant : in aliis vero appetitus temere vagatur innata spontaneitate, prout movetur ab objectis et imaginatione. At vero in homine appetitus non determinatur instinctu naturæ : inde indeterminatior est quam in brutis; sed loco instinctus regitur per rationem ad quam spectat ei modum imponere. Quia vero omnis natura libertate aliqua donata suæ restrictioni aliquatenus repugnat, hinc fit ut appetitus hominis cum quadam difficultate determinationem rationis suscipiat : quæ quidem difficultas est veluti naturalis quidam defectus per virtutem emendandus, donec directio illa rationis firmetur in habitum, quo informatus appetitus jam absque difficultate rationi obtemperat. Et hic modus regendi perficiendique appetitus maxime congruit homini secundum suæ naturæ conditionem spectato : non enim homo ut angelus statim producitur cum omni sua naturali perfectione, sed procedit ab imperfecto ad perfectum, a potentia ad actum. Unde naturalis ejus conditio non exigit ut statim perfectus sit, sed solum ut in se habeat quædam semina et principia ex quibus paulatim suam perfectionem possit acquirere; et hoc est quod innuit sanctus Augustinus (lib. III *De libero arbit.*) cum ait ignorantiam et difficultatem in homine, si culpa non præcessisset, fore proficiendi exordia.

« Ad tertium respondeo : Christum assumpsisse naturales hominis defectus excepto peccato, et iis quæ ad peccatum inclinant. Unde sicut non assumpsit arbitrium indifferens ad bonum et malum, sed determinate se habens ad bonum : ita nec appetitum indeterminatum ad appetendum vel juxta vel contra rationem, sed rationi perfecte subditum.

« Ad quartum respondeo : Hunc locum Apostoli quem late urget Jansenius nihil obstare possibilitati naturæ puræ. Solum enim arguit concupiscentiam non esse aliquod naturale bonum, ut volebant Pelagiani, contra quos idcirco sanctus Augustinus recte instat ex illo Apostoli testimonio neminem de bono conqueri, sed esse defectum quemdam : nam recte quisque dolet etiam de naturali sua imperfectione ; etenim idem Apostolus gemit quod adhuc peregrinaretur a Domino, id est nondum pervenisset ad visionem Dei et gloriam quam in futuro exspectabat, cupitque dissolvi et esse cum Christo : tamen non statim videre Deum, sed prius esse in via et peregrinari imo periclitari circa tantum bonum, non est contra conditionem naturæ humanæ, sed defectus et imperfectio juxta naturæ ordinem præcedens perfectionem.

« Addendum tamen concupiscentiam nunc esse defectum longe magis deplorandum quam foret in statu naturæ. Primo : Quia nunc est pœna peccati, de qua quisque merito lugere potest; sicut nobilis civis ob culpam dignitate privatus, majorem lugendi causam habet, quam innocens plebeius talem dignitatem nunquam adeptus. Secundo : Quia concupiscentia nunc est corruptio perfectionis habitæ : at vero in natura pura foret ut exordium proficiendi. Unde appetitus hominis nunc se habet ut cadaver vita privatum et diffluens per corruptionem, quæ sine dubio est lugenda miseria; in natura vero pura se haberet ut embrio imperfectus quidem et vita perinde ac cadaver carens, sed tamen ad eam tendens; quæ imperfectio non habet rationem deplorandæ miseriæ. Tertio: Propter elevationem ad ordinem supernaturalem quæ in natura pura non esset : nam sicut aliquis ad regnum destinatus magis dolet, si se ad illud inhabilem sentiat ob inclinationes viles et plebeias quam si nullum jus ad regnum haberet; ita homo ad vitam et gloriam Dei nunc destinatus dum sentit a tanto bono se retrahi, et ad vilia pecudum bona inclinari, majorem lugendi causam habet quam si solum destinatus foret ad bona pure humana. »

D'après cela que serait l'état de nature, et comment le déterminer? Les thomistes répondent unanimement : D'après la raison : *in præ-*

senti negotio sequi debemus naturam rerum. Or la raison nous enseigne que l'homme, considéré dans la nature, occupe une place intermédiaire entre les esprits et les corps, spirituel et dès lors capable de la dernière perfection des êtres spirituels, qui est la béatitude, mais le dernier des êtres spirituels et par conséquent contraint de s'élever graduellement à cette perfection; c'est même pour cela que, selon saint Thomas, l'âme est unie à un corps et qu'elle passe de l'ordre sensible à l'ordre intelligible.

Donc 1° Dans l'état de pure nature, l'homme aurait pu être créé immédiatement par Dieu, et créé comme couple unique ou comme couple multiple.

2° Les hommes sortis des mains de Dieu eussent été parfaits, quant à leur âme et quant à leur corps, parfaits autant que l'exige l'état de la vie, lequel n'exige pas la perfection immédiate, mais seulement la possibilité de cette perfection pour l'avenir. Ils auraient donc apparu sur la terre avec le corps tout formé, doués de sens excellents, et de la puissance de gouverner la nature : ce qui implique sinon une science immédiatement possédée de cette nature, du moins des secours particuliers qui leur permissent d'arriver, au bout d'un court délai, à cette science. Leur esprit n'aurait donc pas tellement dominé leur appétit sensitif que celui-ci ne pût se mettre en mouvement de lui-même et sans l'ordre de la raison; mais celle-ci les eût calmés d'un signe avec la facilité prompte et souveraine que nous donnent aujourd'hui de fortes habitudes morales.

3° Ainsi constitués, ces hommes, en tout semblables à Adam (moins les dons surnaturels accordés à celui-ci), auraient été coordonnés à une félicité en harmonie avec leur nature, et que nous avons déjà décrite. Sans doute quelques-uns pourraient s'éloigner d'un chemin qui y mène, mais tous ne s'en seraient pas écartés, car toute une *nature* ne peut se mettre en désaccord avec la fin pour laquelle elle a été créée, autrement cette création serait manquée et vaine.

4° Dans l'état de pure nature, il y aurait lieu à la prédestination gratuite et à la réprobation. En effet, dit Goudin : « Providentia ut supra demonstravimus, non solum ordinat ad finem et media præstat, sed etiam in manu habet mediorum exitum et finis assecutionem : ergo in eo statu non solum media ad beatitudinem naturalem præstaret, sed etiam in manu haberet sic illa media dirigere ac protegere, ut ad finem aliquos perducerent; idque ab æterno determinasset, in quo consistit prædestinatio; alios vero suæ defectibilitati permitteret, qua a fine exciderent, idque itidem ab æterno decrevisset : in quo sita est reprobatio : unicuique enim providet juxta cujusque modum; est vero naturæ defectibilis ut in aliquibus deficiat. Id ergo etiam in eo statu permitteret, uti permittit aliquos a fine supernaturali excidere. Porro illa æterna dispositio qua Deus vias hominum omniaque omnino ad obtinendam re ipsa beatitudinem concurrentia ordinasset, nullum humanum meritum præcederet. Itaque non propter merita, sed gratuita voluntate statuisset Deus sic aliquos dirigere in finem, ut re ipsa non deficerent, alios suæ defectibilitati permittere : ergo etiam eo in statu locus esset gratuitæ prædestinationi et reprobationi. »

5° Il y aurait dans cet état une religion par laquelle les hommes adoreraient Dieu comme principe premier, maître suprême, perfection infinie, secours souverain.

6° Les enfants de ceux que nous venons de décrire naîtraient sans science et sans vertu aucune, mais avec la possibilité de les acquérir, tels en un mot que naissent les hommes actuels, mais seulement ils ne seraient pas affectés de la tache originelle.

7° En se maintenant fidèles à la loi morale, les hommes ainsi envisagés n'auraient d'autres souffrances que celles qui résulteraient de leur constitution physique.

8° L'homme en cet état ne serait pas sujet *dæmonum vexationibus.*

9° Cependant, des fautes seraient possibles ; il y en aurait de commises qui dépraveraient peu à peu l'état social et qui se propageraient dans l'humanité, non-seulement par l'éducation mauvaise et le mauvais exemple, mais par des effets tout physiologiques. Plus l'humanité avancerait dans les siècles, plus elle se corromprait, suivant un mot fameux d'Horace. Comment la divine sagesse aurait-elle remédié à ce mal? elle seule le sait. Peut-être aurait-elle conservé pures quelques races, quelques familles, quelques individualités magnifiquement couronnées des dons du génie et de la vertu. Peut-être eût-elle détruit les races coupables en ne laissant survivre que les familles pures. Tous ces moyens, suivant les thomistes, seraient de l'ordre purement naturel.

10° L'homme, dans l'état de pure nature, aurait pu se repentir de ses fautes et en obtenir le pardon de la miséricorde divine, mais il n'aurait pu arriver au bien, soit par l'innocence, soit par le repentir, sans un secours divin, car, dit Goudin, *in omni statu ad beneficium Dei.*

Tel est l'enseignement de l'école thomiste sur la *pure nature :* il est la condamnation absolue des erreurs lamennaisiennes et ultra-traditionalistes, et sauf quelques-unes de ses formules, il fut celui de toute la scolastique, bien que toutes les écoles du moyen âge n'employassent pas une méthode aussi péripatéticienne, les mêmes principes métaphysiques, et que cette différence vaille la peine d'être étudiée de près. Mais ici nous nous bornons à une simple analyse.

L'état de *pure nature* est-il identique à l'état de *nature complète?* Il y avait dissidence, sur cette question, entre les scolastiques. Durand de Saint-Pourçain affirme

cette identité ; les thomistes la nient. C'est que Durand estime que l'état de nature implique la sujétion de la partie sensitive de l'homme à sa partie rationnelle, en quoi consiste la perfection de la nature humaine. Les thomistes, purs péripatéticiens, ne pouvaient admettre une pareille thèse. Ils posaient donc ces quatre conclusions :

Conclusio prima. — *Status naturæ integræ importat perfectam partium humanarum inter se unionem et concordiam; id est perfectam subjectionem corporis ad animam, et appetitus inferioris ad superiorem; proindeque non modo immunitatem a concupiscentia, sed etiam a morte aliisque corporis passionibus complexionem ejus alterantibus.*

Conclusio secunda. — *Adamus reipsa creatus est in statu naturæ integræ; eaque integritas ad posteros ejus derivasset, nisi ipse peccasset.*

Conclusio tertia. — *Donum illud integritatis, etsi oriretur ex gratia originali sanctificante : ab ea tamen reipsa distinguebatur. Unde homo creari potuit in statu naturæ integræ absque gratia sanctificante.*

Conclusio quarta. — *Donum integritatis præcipue consistebat in quodam vigore animæ indito, quo corpus et appetitum sensitivum sub potestate sua ita continebat, ut in iis nihil contra voluntatem animæ contingeret.*

L'état de justice originelle est celui dans lequel non-seulement la nature est juste, mais dans lequel la justice se propageait avec la nature elle même : *in eo non solum natura justa erat, sed etiam justitia illa cum ipsa natura propagabatur.* Et voilà pourquoi la grâce qui constitue l'homme en cet état est appelée *naturelle*, non qu'elle soit due à la nature de l'homme, mais parce qu'elle lui a été donnée avec sa nature. Cet état est aussi appelé *innocence* et il consiste, suivant saint Thomas, en ce que *inferiora superioribus perfecte subderentur, et superiora ab inferioribus nullatenus impedirentur* (2-3).

Maintenant à quelle cause tient cet état particulier ? non sans doute à la nature ; donc à la grâce, à la grâce sanctifiante, qui nous fait adhérer à Dieu, par un assujettissement bienheureux et filial, qui est le premier don et la source de tous les autres et de l'empire souverain sur la création. Le deuxième don de la justice originelle, c'est la plénitude des vertus infuses, qui sont à la grâce sanctifiante ou à cette filiation qui la constitue ce que les propriétés sont à l'essence. Le troisième don est la plénitude de la science et d'une science exempte d'erreur, non pas cependant de telle manière que les enfants dès leur naissance eussent toute lumière, mais fussent capables d'acquérir toute idée, en rapport avec la vie présente, en partant des données sensibles. Le quatrième don est le souverain pouvoir de l'esprit sur les puissances sensitives, et par conséquent la paix et l'harmonie des facultés humaines. Le cinquième est le pouvoir parfait de l'âme sur le corps, pouvoir en vertu duquel l'âme chasse du corps tout ce qui lui apporterait la souffrance et la corruption. En effet, considéré en lui-même, Adam, en vertu d'une puissance qui lui était inhérente, contenait dans leurs justes limites les diverses humeurs qui par leurs conflits et leurs intempérances produisent la maladie, suivant la physiologie péripatéticienne et thomiste. D'ailleurs il avait tous les aliments à sa disposition et l'arbre de vie qui l'exemptait de la vieillesse. Quant aux dangers extérieurs, sa propre raison et le secours divin l'en préservaient. C'est ainsi que son corps se pouvait conserver perpétuellement sain et vigoureux. Le sixième don est le domaine parfait sur toutes les créatures corporelles. Les animaux obéissaient d'instinct à Adam ; les autres êtres ne pouvaient lui obéir sans doute, mais il s'en servait sans qu'ils lui opposassent d'obstacle ; quant aux astres, sans les dominer, il les voyait par leur influence et par leur mouvement s'assouplir à tous ses besoins. Le septième don, c'est le privilége d'un séjour préparé par la main de Dieu et qu'il cultivait sans travail pénible. Le huitième et dernier, c'est la société de Dieu et des anges.

L'état de nature déchue donne lieu à trois questions : 1° comment la nature humaine est-elle tombée ? 2° qu'a-t-elle perdu dans sa chute ? 3° qu'a-t-elle conservé ?

Goudin et les thomistes déclarent sur le premier article qu'Adam a perdu la justice originelle qui avait été ajoutée à sa nature, par un ordre providentiel et qui n'était pas une de ses dépendances, et ils comparent cette perte à celle d'un fief qu'une famille aurait reçu et dont elle se serait rendue indigne par un de ses aïeux. Du reste nous reverrons ailleurs cette grave question.

Sur le second article, il y avait une profonde dissidence entre les diverses écoles, surtout entre les écoles protestantes et les écoles orthodoxes. Suivant celles-ci, le péché originel exclut *primo et per se* la grâce sanctifiante, et secondairement tous les dons qui lui sont attachés. Dès lors révolte des parties inférieures de l'être humain contre les parties supérieures, puisque leur ordre parfait est un résultat de la grâce. Dès lors encore tendance de l'homme vers les biens sensibles qui l'entraînent comme si sa nature était celle des êtres inintelligents et brutaux. Dès lors, le pouvoir psychologique qui tempérait les humeurs étant brisé, la légion innombrable des maladies et la nécessité de la vieillesse et de la mort ; dès lors enfin la nature humaine en proie à Satan.

Qu'est-il donc resté à ce grand tombé ? La nature, répondent les thomistes ; mais qu'entendre par ce mot ? Ici ils se divisaient. Ceux qui étaient le plus péripatéticiens regardant la grâce comme une substance ou comme une essence, unie sans doute à l'essence humaine, mais constituant une entité scolastique, voulaient que les forces de la nature tombée fussent égales à celles

(2-3) *Voy.* saint Thomas, *Sum. theol.*, part. I, qu. 94.

de la pure nature. Le péché originel enlevait la grâce originelle, et c'était tout. Alvarez et d'autres, moins péripatéticiens, déclaraient que les forces laissées à l'homme déchu sont moindres que celles de l'état de pure nature.

Quant à Goudin, esprit assez médiocre mais disciple zélé, il essaye de concilier ses confrères, et il pose les trois conclusions suivantes :

« Conclusio prima. — *Naturales hominis vires ad bonum per peccatum originale non sunt intrinsece et quoad entitatem suam immutatæ; proindeque nec minores quoad substantiam, quam forent in statu naturæ puræ. Extrinsece tamen et ex appositione impedimentorum quæ in natura pura non forent, factæ sunt minus habiles ad bonum virtutis etiam naturalis ordinis; atque ita hoc sensu possunt dici minores, quam forent in statu naturæ puræ.*

« Conclusionem quoad utramque partem docet sanctus Thomas in 2, dist. 30, quæst. 1, art. 10 ad 3 : *Dicendum*, inquit, *quod bona naturalia dicuntur dupliciter; vel prout sunt in se considerata, secundum quod naturæ debentur ex propriis principiis; et sic nec homo nec angelus per peccatum aliquid naturalium amisit vel in aliquo minutus est.*

« Vel secundum quod ordinantur in finem ultimum; et hoc modo in utroque bona naturalia diminuta sunt quidem, non penitus amissa : in quantum uterque factus est minus habilis, et magis distans a finis consecutione. Et propter hoc etiam homo dicitur gratuitis spoliatus, et in naturalibus vulneratus. Porro licet non explicet ibi sanctus Thomas, unde sit illa minor habilitas ad finem; id tamen explicat 1-2, quæst. 85, art. 2, per appositionem impedimentorum ipsa naturali facultate in tota sua naturali entitate integra manente.

« Probatur prima pars ratione ex principiis sancti Thomæ desumpta. Naturales hominis vires ad bonum, sunt ipsæ facultates ejus naturales; nempe lumen intellectus ad cognoscendum bonum rationi conforme, et naturalis inclinatio ad bonum rationis consequens ex hoc lumine, quæ voluntas dicitur : sed hæ facultates per originale peccatum nec sunt ablatæ, quia necessario consequuntur formam hominis ut proprietates; nec sunt aliqua sui portione mutilatæ; quia sunt spirituales et indivisibiles. Nec demum effectæ sunt remissiores in sua naturali perfectione; nam intendi et remitti non competit naturalibus potentiis quæ uniformi ratione dimanant ab essentia, proindeque non suscipiunt magis et minus, sicut nec ipsa rei substantia; præcipue vero facultates spirituales quæ sunt incorruptibiles et inalterabiles : ergo naturales hominis vires ad bonum non sunt imminutæ per originale peccatum : atque ita intrinsece quoad entitatem minores non sunt quam forent in natura pura. Unde sanctus Thomas, 1-2, quæst. 85, art. 1, in universum pronuntiat, rationale bonum nec tolli nec minui per peccatum.

« Dices : corruptum etiam intrinsece minoris est virtutis quam sanum; sed in statu naturæ foret sana : nunc vero corrupta est : nam sancti Patres vulgo in ore habent naturam peccato primi parentis esse corruptam et vitiatam. Item scholastici doctores post Bedam fatentur hominem fuisse læsum et vulneratum in naturalibus : ergo vires naturales nunc minores sunt etiam in se ipsis et intrinsece, quam forent in statu naturæ puræ.

« Resp. distinguo majorem. Per peccatum dicitur corrupta et vulnerata etiam in naturalibus, eo sensu ut ipsæ spirituales facultates in se ipsis aut destructæ, aut imminutæ, aut alteratæ sint, nego. Sunt enim incorruptibiles, indivisibiles, inalterabiles. Eo sensu quod aliqua sibi addita perfectione, quæ etiam ipsum naturale bonum afficiebat et perficiebat, privatæ sint, concedo. Solutio desumitur ex sancto Thoma, 1-2, quæst. 85, art. 1, ubi sic scribit : *Bonum naturæ humanæ potest tripliciter dici. Primo ipsa principia naturæ, et proprietates animæ ex his causatæ; sicut animæ potentiæ et alia hujusmodi. Secundo cum homo a natura habeat inclinationem ad virtutem, ipsa inclinatio ad virtutem est quoddam bonum naturæ. Tertio modo potest dici bonum naturæ donum originalis justitiæ; quod fuit in primo homine collatum toti humanæ naturæ. Primum igitur bonum naturæ, nec tollitur nec diminuitur per peccatum. Tertium vero bonum naturæ totaliter est ablatum per peccatum primi parentis. Sed medium bonum, naturæ scilicet inclinatio ad virtutem, diminuitur per peccatum : per actus enim humanos fit quædam inclinatio ad similes actus; oportet autem quod ex hoc quod aliquid inclinatur in unum contrarium, imminuatur inclinatio ejus ad aliud. Unde cum peccatum sit contrarium virtuti ex hoc ipso quod homo peccat, diminuitur bonum naturæ, quod est inclinatio ad virtutem* (in quantum scilicet producitur habitus inclinans ad oppositum virtutis). Ex hac sancti Thomæ doctrina, palam est naturam dici læsam et corruptam per originale peccatum, non quod ejus facultates naturales in se corruptæ sint aut imminutæ : sed ex privatione justitiæ originalis, quæ erat bonum naturæ collatum, ejusque potentias perficiebat etiam in ordine suo naturali.

« Instabis : Cum inclinatio ad bonum virtutis sit aliquid intrinsecum potentiæ pertineatque ad ejus vires intrinsecas : et ex sancto Thoma hæc inclinatio per peccatum diminuatur; semper sequitur vires naturales etiam intrinsece per peccatum esse diminutas.

« Resp. cum eodem sancto Thoma, art. sequenti, inclinationem ad bonum virtutis non diminui per peccatum in se ipsa : quia peccatum non diminuit naturam quæ est ejus radix : sed solum diminui per appositionem impedimenti, scilicet vitiosi habitus. Unde in sua intrinseca entitate, integra semper manet nec minuitur, non solum per peccatum originale, sed etiam nec per quævis actualia. Et tamen notandum est impe-

dimentum vitiosi habitus a sancto Thoma memoratum, locum non habere in peccato originali, sed solum in actuali : nam licet ex actu transgressionis Adami in eo relictus sit vitiosus habitus inclinans ad inobedientiæ malum, sicque minuens inclinationem naturæ ad bonum in ipso Adamo; hic tamen habitus non transit ad posteros : quia ut recte docet sanctus Thomas, 1-2, quæst. 81, art. 2, personales actus et quæ ad eos pertinent, cujusmodi est habitus per eos productus, non traducuntur : sed solum id quod ad naturam pertinet; actus autem Adæ et habitus per eum acquisitus personalis fuit; et ideo non traducitur ad posteros, sed solum privatio justitiæ originalis quæ erat propria dos naturæ. Unde vires naturæ humanæ ex hac parte nullatenus sunt imminutæ, sed solum ex privatione justitiæ originalis.

« Urgebis : sanctus Thomas, 1-2, quæst. 82, art. 1, dicit, peccatum originale non esse nudam privationem justitiæ originalis, sed esse quemdam habitum corruptum, et quemdam naturæ languorem : ergo importat intraneam quamdam virium naturalium labefactationem.

« Resp. ex eodem sancto Thoma ibidem habitum duobus modis sumi. Primo pro inclinatione potentiæ ad actum, et hoc modo peccatum originale non est habitus, id est positiva quædam res inclinans ad actum malum : licet enim ex ipso Adami actu talis habitus in eo productus fuerit; personalis tamen fuit, nec ad posteros transivit; sicque peccatum originale dici nequit. Secundo modo habitus dicitur dispositio alicujus naturæ ex multis compositæ, secundum quam bene se habet aut male ad aliquid : sicut dispositio quatuor humorum in animali dicitur habitus, secundum quem bene aut male se habet in ordine ad sanitatem : et hoc modo peccatum originale est habitus; est enim quædam inordinata dispositio potentiarum animæ proveniens ex dissolutione illius harmoniæ, in qua consistebat ratio originalis justitiæ. Unde non importat puram privationem justitiæ originalis, nec etiam destructionem aut imminutionem entitatis facultatum naturalium, nec itidem appositionem alicujus qualitatis eas intrinsece male afficientis : sed importat naturales ipsas potentias ut spoliatas ea harmonia quam habebant per originalem justitiam. Et sic dicitur habitus corruptus et languor naturæ. Idem habet sanctus Thomas quæst. 4 *De malo*, art. 2, ad 4, ubi docet concupiscentiam ex peccato originali factam esse habilem ad malum, non per aliquam formam superadditam, qua inclineturin illud : sed per remotionem justitiæ originalis, quæ appetitum sub ratione continebat, et qua jam destitutus, juxta naturæ suæ modum diffluit ad bona sensibilia. Sicut vinum confracto vase, quo continebatur, juxta naturæ suæ modum deorsum effluit et dissipatur.

« Secunda pars, nempe aliquo sensu et saltem extrinsece vires naturales in statu naturæ lapsæ minus habiles esse ad bonum, proindeque debiliores quam forent in natura pura. Probatur ratione, quam innuit sanctus Thomas loco post conclusionem laudato. Homo in natura lapsa per solas naturæ vires non potest legem naturalem totam servare, nec beatitudinem naturalem promereri; atqui id potuisset in statu naturæ puræ : ergo minores habet vires ad bonum. Minor constat : nam in statu naturæ puræ plures legem naturæ servassent, et beatitudinem naturalem reipsa obtinuissent; alias frustra natura fuisset, si nullus ad naturæ finem pervenisset. Deinde repugnat divinæ providentiæ, ut naturam aliquam sic instituat, vel potius sic destituat, ut nullum ejus individuum ad naturæ finem perveniat; unde omnino concedendum est quod si status naturæ puræ sit possibilis, ut possibilem supra ostendimus, omnes homines in eo constituti ad beatitudinem naturalem pervenire potuissent : imo reipsa plures pervenissent. Major autem, quod nunc in natura lapsa nullus hominum per solas naturæ vires pervienat ad finem naturalem, et totam naturæ legem servet; imo quod nec id possit nisi per Christi gratiam reparetur; hæc, inquam, major certa est : cum enim Pelagiani docerent plerosque etiam sine fide et gratia Christi, per solas naturæ vires legem servare et beatitudinem quamdam naturalem obtinere, quam vocabant vitam æternam, et distinguebant a regno Dei solis fidelibus promisso : id tanquam erroneum ab Ecclesia refutatum est; ergo secundum Ecclesiæ sententiam nullus nunc per solas naturæ vires sine gratia Christi potest legem servare, et naturalem beatitudinem promereri.

« Nec vero responderi potest, in statu naturæ puræ neminem reipsa perseveranter legem naturalem servaturum et beatitudinem naturalem assecuturum fuisse sine speciali Dei auxilio et beneficio : nam etsi hoc verum sit; hujusmodi tamen auxilium et beneficium tunc foret ordinis pure naturalis, ipsique naturæ debitum : etsi enim non deberetur singulis ut reipsa ad suum finem perducerentur, sicque respectu eorum, quibus præ aliis hoc conferretur, speciale beneficium esset : tamen toti naturæ debebatur, ut aliqua ejus individua reipsa pervenirent ad suum finem : ne tota natura totaliter a fine deficeret, sicque frustra esset At vero naturæ lapsæ ut tali, non solum non debetur hoc auxilium, sed etiam debetur ut illo careat : unde nulli hominum, in natura lapsa remanenti, datur. Neque enim aut contigit aut continget unquam ulli gratiam Christi non assecuto, proindeque ex statu naturæ lapsæ non erepto, ut totam naturæ legem perseveranter servet, et ad naturalem beatitudinem perveniat. Ergo stat ratio jam facta, vires naturales nunc esse minus habiles ad bonum, quam forent in natura pura.

« Confirmatur ex communi modo loquendi Patrum et theologorum; nempe hominem per peccatum originale non solum fuisse spoliatum gratuitis, sed etiam in naturalibus vulneratum. Adamum per illud non solum justitiam originalem amisisse, sed etiam fuisse in deterius mutatum, ut definiunt

concilium Arausicanum can. 1; et Tridentinum, sess. 5, item sess. 6, cap. 1, liberum arbitrium fuisse viribus attritum. Quibus loquendi modis aperte significatur non solum amissa esse dona gratuita, sed etiam vires naturales attenuatas esse; licet modum hujus attenuationis non explicent. Unde saltem non ita expedite servantur in eorum sententia qui putant hominem perinde habilem esse ad bonum naturale, ut foret in statu naturæ nullo peccato vitiatæ. Huic probationi accedit alia eaque peremptoria: nam facultas naturalis auxilio Dei destituta, et variis impedimentis implicata, debilior est ad bonum, quam quæ auxilium Dei præsto habet, et ab his impedimentis libera est: ut patet ex terminis. Atqui ut demonstrabitur et explicabitur conclusione tertia, facultas naturalis ad bonum in statu naturæ lapsæ magis destituitur auxilio Dei, et pluribus impedimentis implicatur quam in natura pura: ergo debilior est ad bonum.

« Objectiones quæ hanc secundam partem impugnant commodius proponentur et solventur infra, postquam explicuerimus modum quo vires naturales nunc minores sunt quam in natura pura. Unde sit

« Conclusio secunda. — *Attenuatio et debilitas illa naturalium virium non provenit ex positiva qualitate noxia, vel a pomo, vel a serpente causata in primis parentibus, atque ab illis in posteros transfusa; uti nec ab habitu positivo per actum transgressionis in potentiis Adami impresso, et ab illo cum natura ad posteros transfuso.*

« Prima pars est contra quosdam veteres, Gregorium, Henricum, Gabrielem, Ochamum et alios, qui putarunt naturam in Adamo fuisse affectam morbida quadam qualitate, a pomo vel ex sibilo serpentis causata, quæ ad posteros transeat; eo fere modo quo patrum quidam morbi ad filios propagantur. Secunda vero pars est contra Jansenium, qui censet facultates Adami cum essent in æquilibrio perfecto, et suspensæ ex nutu voluntatis; eo actu quo ad transgressionem Adamus se determinavit, efficacissime fuisse inclinatas ad bonum proprium et commutabile, eamque inclinationem altissime ac profundissime intimis naturæ medullis infixam permansisse, ac quasi in naturam versam: atque ita cum natura ipsa ad posteros traduci; qui proinde nascantur habitualiter aversi a bono justitiæ, et determinati ad bonum proprium et commutabile; sicut videmus ex imaginatione matris, tenero puero imprimi notas indelebiles; et in quibusdam familiis contractos fortitudinis ac generositatis habitus fieri quodammodo hæreditarios, juxta illud poetæ:

Fortes creantur fortibus et bonis.
(Horat., *Carm.*, lib. iv, oda 4, vers. 29.)

quod idem etiam locum habet in vitiosis habitibus. Quanquam, inquit ille auctor, nunquam fiet aut factum est ut aliquis habitus acquisitus ita profundas radices agat in natura cujusvis hominis, quales egit prima illa determinatio impressa potentiis per actum Adami: et hoc propter efficaciam voluntatis moventis, et facilitatem facultatum ad suscipiendos voluntatis motus: hinc enim factum vult, ut ille habitus totam naturam intime penetraverit, atque in ipsa seminali virtute indelebilem quamdam impressionem reliquerit ad producendos filios similiter inclinatos.

« Sed utraque hæc opinio deficit; primo, quia nullo sufficienti fundamento nititur. Secundo, quia peccatum originale non consistit in aliqua qualitate superaddita, sed in privatione justitiæ originalis, ut suo loco explicatur. Tertio, quia inintelligibile est et inexplicabile, quomodo illa positiva qualitas uniformiter transeat ad omnes posteros per virtutem seminis: hæc enim virtus cum sit corporalis, subjacet alterationi et innumeris causis eam variantibus; unde est impossibile, ut accidentariam aliquam impressionem uniformiter a tot sæculis traducat: si ergo peccatum originale in aliqua positiva impressione consisteret, non esset in omnibus æquale, sed in aliis minus, in aliis majus esset; quod nemo theologorum dixerit. Quarto, specialiter contra Jansenium. Sicut Adamus per transgressionem habitum malum contraxit, ita et per pœnitentiam usque ad finem vitæ continuatam, hunc habitum aut ex toto correxit, aut certe continuo imminuit: contrarii enim actus contrarios habitus producunt, et oppositos jam acquisitos destruunt. Si ergo in eo habitu situm foret originale peccatum, vel non traduceretur, vel saltem minus traduceretur: habitu per contrarium actum jam attenuato; quod sane absurdum est. Dicendum ergo cum sancto Thoma (1-2, quæst. 81, art. 2), habitus acquisitos personales esse, nec necessario ad filios cum natura traduci, nisi forte naturalem complexionem fortiter immutent, et vis generativa sit efficacissima; tunc enim etiam aliquæ affectiones individuales transeunt ad prolem: sed hoc valde contingenter fit; unde peccatum originale quod uniformiter transit ad omnes Adæ posteros, non consistit in aliquo positivo habitu quem ipse acquisivit per actum peccati, sed in ipsa privatione justitiæ originalis, qua natura facta est indigna per Adami peccatum: quæ quidem privatio uniformiter pertinet ad omnes ejus posteros. Sed de hoc accuratius, cum de natura peccati originalis.

« Conclusio tertia. — *Debilitas virium circa bonum, et pronitas ad malum, major est in natura lapsa quam foret in natura pura ex tribus capitibus: primo, ex aversione voluntatis a Deo ut ultimo fine tum naturæ, tum gratiæ; secundo, ex subtractione auxiliorum et protectionis divinæ; tertio, ex tyrannide Satanæ passiones ad malum potenter incitantis.*

« Conclusio confirmat sententiam jam superius stabilitam. Si enim constet naturam lapsam his tribus recensitis defectibus esse obnoxiam, a quibus libera foret in statu naturæ puræ: palam est vires ejus ad bonum minores esse, et pronitatem ad malum esse majorem, quam foret in natura

pura. Solum ergo nobis incumbit, ut hæc tria explicemus et probemus.

« Atque in primis naturam per peccatum originale esse aversam a Deo ut ultimo fine etiam in ordine naturæ, vix ullus diffiteri potest : peccatum enim est contra Deum etiam ut auctorem naturæ; unde ex hac aversione debilitatem virium in natura lapsa maxime repetunt Thomistæ, qui nobiscum eam majorem astruunt quam esset in natura pura. Et merito quidem : cum enim intentio finis sit præcipuum motivum et regula electionum, palam est voluntatem ad Deum ut finem ultimum conversam, majores vires habere, quam quæ a Deo est aversa. Hinc sanctus Thomas passim probat hominem in peccato exsistentem, nisi ab eo per gratiam liberetur, non posse omnia peccata mortalia vitare : quia mens ejus est aversa a debito fine, scilicet Deo super omnia dilecto. (III *Cont. gent.*, cap. 160; 1-2, quæst. 109, art. 8, etc.) Solum explicatu difficile est, quomodo mens hominis in solo originali peccato exsistentis sit magis aversa a Deo ut ultimo fine naturali, quam foret in statu naturæ puræ : nam in utroque statu perinde careret gratia habituali, qua mens convertitur in Deum ut auctorem gratiæ, et perinde habet naturalem inclinationem qua veluti habitualiter convertitur in Deum ut ultimum finem naturalem. Demum perinde pura est ab omni positivo habitu eam determinante ad bonum commutabile, et avertente a bono incommutabili : nam, ut diximus, peccatum originale non consistit in aliquo positivo habitu. Quomodo ergo homo intelligitur magis aversus a Deo ut auctore naturæ quam foret in statu naturæ puræ? ut hæc difficultas explicetur.

« Observandum est ex sancto Thoma (1-2, quæst. 109, art. 6), voluntatem sibi non sufficere ad conversionem in Deum etiam ut auctorem naturæ, sed præterea requiri divinum influxum eam in Deum moventem, proindeque in quovis statu sine hoc influxu non posse intelligi conversam in Deum : hæc enim conversio ex duobus perficitur; scilicet ex voluntate ut instrumento moto, et ex Deo ut causa principali movente; porro Deus movet unumquodque secundum cujusque dispositionem : unde si voluntas sit in debita dispositione, adest ei divinus influxus eam movens in Deum ut ultimum finem; secus vero cum habet indispositionem peccati. Cum ergo in natura pura nulla præcessisset indispositio peccati, præsto ei erat divinus ille influxus illam in Deum ut naturæ auctorem convertens atque dirigens; unde ex vi illius conjunctionis cum suo proprio motore, voluntas in natura pura ante peccatum intelligatur conversa, saltem habitualiter, in Deum ut auctorem naturæ super omnia diligendum. At vero natura lapsa per peccatum saltem originale jam corrupta est, et a Deo separata, eique exosa et inimica; proindeque indispositionem habet repugnantem influxui Dei eam ad se convertentis; eoque subtracto influxu ad bonum divinum erigente, necesse est ut sequatur bonum privatum. Ex sancto Thoma (1-2, quæst. 109, art. 3). Unde etiam ante actuale peccatum recte dicitur habitualiter aversa a Deo, non per aliquem positivum habitum, sed præcise ex subtractione illius influxus, et ex sua indispositione ad eum accipiendum. Sicut instrumentum confractum, etiam antequam moveatur, dicitur habitualiter aversum a fine artis propter indispositionem suam motioni artificis repugnantem. Sic docet sanctus Augustinus (serm. 11 *De verb. Apost.*), ubi sic scribit : *Creatus est homo rectus, sed cadens a manu figuli fractus : regebat enim eum ipse qui fecerat; voluit deserere a quo factus erat, permisit Deus tanquam dicens: Deserat me et inveniat se, et miseria sua probet, quia nihil potest sine me. Hoc modo ostendere voluit Deus homini quid valeat liberum arbitrium sine Deo, non malum liberum arbitrium sine Deo.*

« Nec vero dici potest hominem excidisse quidem a manu Dei dirigentis ad se ut ad supernaturalem beatitudinem, non tamen ut ad naturalem; atque ita nunc ad istam perinde conversum esse ac foret in natura pura. Hæc enim cogitatio primo repugnat experientiæ : nullus enim hominum extra Christi gratiam, id est, remanendo in statu naturæ lapsæ, assequitur naturalem beatitudinem; alias esset status medius inter regnum Dei et damnationem æternam, quem toties refellit sanctus Augustinus. Secundo, recidit in dogma Pelagianorum, existimantium homines sine gratia Christi posse naturalem legem observare et beatitudinem assequi. Tertio, peccatum offendit Deum etiam ut naturæ auctorem : est enim contra rationem et legem naturalem : ergo reddit hominem indignum benefico Dei influxu, etiam illo quo promovet ad beatitudinem naturalem. Quarto demum, licet homo potuerit ordinari ad beatitudinem naturalem ut ultimum finem : reipsa tamen non ad eam, sed ad supernaturalem est ordinatus ut ad ultimum finem. Cum ergo ratio Providentiæ sumatur ex ultimo fine, jam non est ordo Providentiæ dirigens hominem præcise ad finem naturalem, sed solum ad beatitudinem supernaturalem : ergo hoc ipso quod homo per peccatum recessit ab ordine Providentiæ in beatitudinem supernaturalem dirigente, excidit etiam a beatitudine naturali : nec fingenda est aliqua providentia eos qui in originali peccato manent dirigens ad naturalem beatitudinem, et convertens in Deum ut naturæ auctorem super omnia diligendum. Ergo stat quod diximus hominem in natura lapsa destitui divino influxu ad Deum etiam ut naturæ auctorem convertente, proindeque esse aversum a Deo etiam ut ultimo fine naturali : non quidem per positivum habitum voluntati superadditum ex peccato originali, sed per ipsam suam voluntatem influxu Dei ad divina erigente destitutam; atque ita suo passionumque suarum pondere ad proprium commodum et ad bona sensibilia inclinatam : quod sane non esset in natura pura; Deus enim naturam nullo peccato vitiatam dirigeret, eaque directione ad

illam veluti conversus, eam ad se converteret et benefico influxu ad se traheret ut naturæ auctorem super omnia diligendum. Nec refert quod Deus propter Christum naturæ reconciliatus ejus ad salutem promovendæ curam reassumpserit : non enim Christus venit et passus est, ut nos ad naturæ puræ statum reformaret, sed ad statum gratiæ. Unde cum omne salutare auxilium sit per Christum, nullum datur quo homo convertatur in Deum præcise ut naturæ auctorem, manente aversione ab eo ut auctore gratiæ; sed omne per se primo respicit Deum ut gratiæ auctorem, et solum ex consequenti ut auctorem naturæ, et ideo si homo illi auxilio consentiat, immediate transfertur ad statum naturæ reparatæ. Si vero illi resistat, remanet in statu naturæ lapsæ, nec ullum speciale habet quo Deum præcise ut auctorem super omnia diligat : ac sic manet a Deo aversus; et ex ea aversione minus habilis ad bonum etiam naturalis ordinis.

« Ex hac doctrina, quam ob rei momentum fusius explicuimus, plura notatu dignissima deduci possunt, suis locis accuratius explicanda, quæ nunc subindicasse sufficiat. Primo hominem sine gratia Christi non posse diligere Deum super omnia etiam ut naturæ auctorem, id palam constat ex dictis : quia nunc non est auxilium naturalis ordinis præcise convertens in Deum ut naturæ auctorem super omnia diligendum : sicut nec beatitudo præcise naturalis huic amori ut præmium statuta; hanc enim cogitationem jam in Pelagianis refutavit Ecclesia. Secundo non posse hominem per naturæ vires, sine Christi gratia se præparare ad gratiam : in tantum enim se præparare intelligeretur, in quantum se ad Deum naturali quodam actu converteret; quod nunc non fit nisi per gratiam Christi. Tertio, non posse sine gratia Christi facere totum quod in se est per solas naturæ vires : nam in statu naturæ lapsæ homo separatus manet a Deo ut a suo proprio motore etiam in ordine naturali modo supra explicato; sicut ergo instrumentum ab artifice separatum, non potest operari, etiam aliquid proportionatum suæ formæ artificiosæ : ita nec homo bonum suum integrum naturale efficere, nisi Deo iterum conjungatur; quod non fit nisi per gratiam Christi. Quarto fictitium esse pactum a Molina excogitatum inter Deum et Christum : ut qui per naturæ vires faceret quod in se est, gratiam Christi consequeretur. Nam natura corrupta nisi per gratiam Christi sanetur, nunquam facit id totum quod in se est, sed semper in aliquo deficit. Quinto demum : Hominem sine gratia Christi non posse totam naturæ legem implere, nec vitare omnia peccata illi repugnantia, nec provenire ad suam naturalem felicitatem. Ut enim peregregie docet sanctus Thomas (1-2, quæst. 109, art. 6) : Cum unumquodque agens moveat ad suum proprium finem, et juxta ordinem agentium, sit ordo finium : movere ad ultimum finem et ad illum perducere, proprium est primi agentis, scilicet Dei; et ideo postquam homo per peccatum recessit a Deo, non potest ad ultimum finem per se ipsum pervenire, nec omnia media sic dirigere, ut in nullo deficiat : licet per lumen suæ rationis quod nondum est penitus aut exstinctum aut obscuratum, possit aliquid boni sed imperfecti efficere. Verum de his quæstione sequenti.

« Quantum ad secundum defectum naturæ lapsæ præ natura pura; quod scilicet nunc magis destituatur auxiliis et protectione Dei etiam circa naturale bonum : illud manifeste sequitur ex principiis fidei : nam auxilium et protectio Dei oritur ex ejus amicitia et benevolentia, ut per se constat. Quis enim dixerit Deum æqualiter juvare et protegere illos quos odit, et quos diligit? atqui per originale peccatum genus humanum iram Dei et indignationem incurrit, ut constat variis Scripturæ locis, et ex consensu perpetuo Ecclesiæ definit concilium Tridentinum, sess. 5. Ergo nunc minus protegitur et juvatur homo quam in natura pura, adversus quam non modo nulla esset Dei ira et indignatio, sed etiam benevolentia et complacentia locum haberet. Ex qua quidem benevolentia plura proficiscerentur beneficia et auxilia, quibus merito suo caret natura lapsa quandiu manet in statu peccati.

« Quantum ad tertium scilicet tyrannidem Satanæ. Constat ex Scriptura homines per peccatum originale illam incurrisse. Unde Tridentinum, sess. 5, illos anathemate percellit, qui id negaverint. Ex ipsa vero naturali ratione palam est, non fore in natura pura : est enim effectus proprius peccati; constat itidem ex eo capite vires naturales magnopere infirmari : non enim solum homines tentat et pervertit circa supernaturale bonum, sed etiam circa naturale : passiones ad omnia flagitia etiam contra naturæ legem inflammando. Quis autem non videt hominem inde fieri debiliorem ad bonum, et proniorem ad malum etiam naturalis ordinis? nec vero dici potest id impedimentum compensari per custodiam bonorum angelorum : nam præterquam malus angelus majorem potestatem habet supra hominem sibi per peccatum obnoxium ad eum in malum impellendum, quam bonus angelus ad bonum, propter defectum subjecti : in statu naturæ puræ foret custodia bonorum angelorum : quia hæc etiam pertinet ad ordinem naturalem, secundum quem inferiora regi debent per superiora, et in illo statu nulla foret impugnatio dæmonum : quia hæc non est ex ordine naturali, sed ex deordinatione peccati.

« Ex his tribus adeo clare constat minores esse vires in natura lapsa quam in natura pura, ut mirum sit oppositum ab aliquibus sustineri; nec enim negare possunt saltem duos posteriores defectus esse in natura lapsa, et non futuros in natura pura. Nec itidem iis admissis negare possunt vires naturales inde infirmari ad bonum, et urgeri ad malum etiam naturalis ordinis; proindeque saltem extrinsece minores esse quam fuissent in statu naturæ puræ.

« Objicies : Sanctus Thomas (1-2, quæst. 87,

art. 7), pœnam originalis peccati ad hoc unum reducit, quod natura sibi relinquatur destituta auxilio justitiæ originalis, cæteras vero pœnas in defectibus remotionem illam justitiæ originalis consequentibus; sed in statu naturæ puræ justitia originalis perinde abesset; proindeque essent omnes defectus et infirmitates absentiam originalis justitiæ consequentes : ergo perinde ac nunc homo foret infirmus.

« Resp. Distinguo minorem In natura pura deesset originalis justitia, ut nunc deest, per modum offensæ et recessus a Deo, nego. Per modum nudæ carentiæ, quatenus natura non foret ad hanc gratiam exaltata, concedo. Et pariter distinguo consequens, in natura pura esset infirmitas consequens nudam carentiam originalis justitiæ, concedo. Consequens illam carentiam ut est offensa Dei, et culpabilis recessus a Deo, nego. Solutio constat ex dictis, imo ex principiis fidei : nam privatio justitiæ originalis nunc non est mera carentia, sed est macula et offensa Dei per actum primi hominis contracta, non solum pro illo sed etiam pro toto genere humano; redditque nunc omnes Adami posteros filios iræ, inimicos Dei, æternæ damnationi obnoxios. Unde ex hac privatione quidam defectus consequuntur, qui non essent in natura pura : nempe aversio a Deo, destitutio auxiliorum ex amicitia Dei erga naturam orientium, demum captivitas sub diabolo; quæ omnia non essent in natura pura.

« Verum hic falluntur oppositæ sententiæ auctores, quod cogitent naturam lapsam, non uti revera est et nomen indicat, ut naturam ab ordine beatitudinis suæ totaliter prolapsam, et in æternam damnationem devolutam : sed ut naturam, lapsam quidem ab ordine supernaturalis providentiæ, stantem tamen veluti in ordine naturæ puræ, et sub ordine cujusdam providentiæ naturalis eam ad beatitudinem pure naturalem sic dirigentis, uti si nullum peccatum præcessisset. Nec attendunt quod ipsi negare non possunt, nempe quod licet possibilis fuerit ordo naturæ puræ, secundum quem Providentia hominem ordinasset ac dirigeret ad illam pure naturalem beatitudinem : iste tamen ordo nec fuit nec est, sed respectu hominis est tantum unicus ordo Providentiæ dirigens ad supernaturalem beatitudinem ut ultimum finem, ad naturalem vero non præcise et seorsim, sed quatenus hæc beatitudo etiam in supernaturali continetur. Unde hoc ipso quod homo per peccatum excidit ab ordine supernaturalis beatitudinis, ex consequenti excidit a naturali; nec jam pro ipso est aliquis Providentiæ ordo ducens ad beatitudinem pure naturalem. Sicut licet natura corporis humani potuerit formari ad animam pure vegetativam aut sensitivam, postquam tamen in utero mulieris stat sub ordine ducente ad animam rationalem, si ab hoc ordine quodam defectu excidat : non relabitur in alium ordinem ducentem ad animam pure sensitivam, sed penitus corrumpitur et excidit ab ordine vitæ; et hoc propter indivulsam conjunctionem hujusmodi vitarum secundum ordinem in quo hæc materia jam erat collocata.

« Instabis : Propter originale peccatum, anima non magis deseritur quam corpus; sed corpus licet supernaturalia beneficia amiserit, perinde tamen secundum modum sibi connaturalem conservatur in vita sicut in natura pura : videmus enim homines post peccatum olim diutissime vixisse, et quod nunc minus vivaces sint, non ex originali peccato, sed ex naturalium causarum conditione accidit; quod perinde in natura pura locum habuisset : ergo similiter cogitandum animam per peccatum amisisse vires et auxilia supernaturalia, sed naturalibus perinde valere ac in natura pura, proindeque eodem modo ad bonum et beatitudinem naturalem dirigi sicut in natura pura.

« Resp. primo : etiam vitæ corporali ex originali peccato pleraque accessisse incommoda, quæ in natura pura non essent; qualia sunt ea omnia plurima et gravia, quæ ex dæmonum impugnatione in ipsum corpus redundant.

« Resp. secundo negando paritatem. Peccatum enim non est malum physicum destruens entitatem corporis, sed est malum morale solvens amiticiam Dei erga hominem. Unde post peccatum corpus quidem perinde conservatur a Deo ac antea, subtractis solum supernaturalibus auxiliis quibus immortalitatem poterat obtinere. At vero anima non perinde dirigitur ad beatitudinem etiam naturalem, sicut si nullum foret peccatum : quia est in statu inimicitiæ Dei; inimicum autem Dei non decet ullo modo ad quamvis beatitudinem perduci a Deo, sed magis permitti et sibi et Satanæ, quibus ducibus non nisi ad æternam damnationem pervenire potest.

« Urgebis : Homo per peccatum indignus fit quovis auxilio etiam ad naturalem beatitudinem perducente, dignusque sit qui sibi et Satanæ relinquatur : videtur tamen illi statim subventum intuitu meritorum Christi, propter quod, ut etiam nos fatemur, nulli deest auxilium saltem sufficiens ad supernaturalem beatitudinem; atque adeo multo minus ad naturalem : ergo ex hoc capite vires naturales minores non sunt quam in natura pura, quippe perinde adest auxilium Dei, imo magis adest quam in natura pura.

« Resp. ut supra dixi : Christi gratiam nullam dari quæ hominem præcise moveat ad beatitudinem naturalem, et ad Deum præcise ut auctorem naturæ : sed omnis per se primo et directe tendit ad beatitudinem supernaturalem, et ad Deum, ut gratiæ auctorem. Unde si homo gratiæ per Christum datæ non deest convertitur ad Deum ut gratiæ auctorem et sic eripitur ex statu naturæ lapsæ, ac transfertur ad statum naturæ reparatæ, in quo admittimus provisa esse ad quodvis bonum, etiam ad ipsas virtutes naturales copiosiora præsidia quam forent in natura pura. At vero si homo auxiliis, per Christum datis desit, sicque remaneat in statu naturæ lapsæ; jam negamus illi seor-

sim adesse auxilia ordinis naturalis, quibus possit in Deum præcise ut naturæ auctorem se convertere, legem naturalem implere, beatitudinem pure naturalem consequi : quod tamen posset in natura pura; alioquin daretur status ille medius beatitudinis naturalis quem in Pelagianis Ecclesia rejecit.

« Nec dicas hunc medium statum non dari, quia si homo per naturæ vires auxilio naturalis ordinis adjutus ad Deum se convertat, statim supernaturale auxilium recipit, quo ad Deum ut gratiæ auctorem et finem ultimum supernaturalem convertatur : hæc enim cogitatio incideret in illud Pelagianum, aut certe Semipelagianum dogma, hominem per naturæ vires posse sibi gratiam comparare.

« Repones : Ipse sanctus Thomas sæpe docet puerum in silvis enutritum, si ductum naturalis rationis in omnibus sequeretur, consecuturum fidem et alia ad salutem necessaria. Item puerum cum primum ad usum rationis pervenit, si in Deum eo quo potest modo se convertat, consecuturum gratiam qua justificetur a peccato originali : ergo supponit per solas naturæ vires hominem in statu naturæ lapsæ posse convertere se in Deum saltem ut naturæ auctorem ; nam his pueris non adest virtus aliqua vel motio supernaturalis, cum hæc supponat fidem ex parte intellectus, qua destitui pueros illos manifestum est.

« Resp. sanctum Thomam iis in locis non dicere puerum in silvis posse in omnibus sequi ductum rationis, ita ut in nullo contra legem naturæ offendat, aut in primo rationis usu posse se convertere in Deum, sine auxilio per Christum dato : quin potius (1-2, quæst. 109, art. 6) docet neminem posse se convertere in Deum, vel facere quod in se est sine gratuito Dei auxilio. Et quia ex fide constat omne gratuitum auxilium quovis modo adjuvans hominem ut evadat damnationem et perveniat ad salutem dari per Christum ; palam est juxta sanctum Thomam, pueros illos re ipsa id præstare non posse sine gratia Christi. Et quia rursus constat omnem Christi gratiam movere in Deum ut gratiæ auctorem, non est mens sancti Thomæ pueros illos converti in Deum præcise ut naturæ auctorem, eoque motu consequi gratiam convertentem in Deum ut finem supernaturalem. Solum ergo iis in locis docet sanctus Thomas, his pueris ad usum rationis pervenientibus non defuturam gratiam qua liberarentur a peccato nisi huic gratiæ impedimentum ponerent. Cæterum per naturæ vires posse impedimentum non ponere, nec asserit nec supponit ; quin potius (III *Cont. gent.*, cap. 160) aliisque in locis docet expresse hominem in peccato exsistentem non posse non ponere impedimentum gratiæ, nisi misericorditer a Deo adjuvetur, proindeque nisi per gratiam Christi, a quo ut a proprio fonte effluit omnis misericordia promovens ad salutem.

« Dices tandem : Deus ut generalis motor totius naturæ unamquamque movet et adjuvat secundum cujusque dispositionem, sed facultates naturales hominis in natura lapsa perinde dispositæ sunt ut in natura pura ; nihil enim suæ perfectionis intrinsecæ ab iis ablatum est, nihil adjunctum quo fierent deteriores, ut nos ipsi fatemur : ergo perinde moventur a Deo ut naturæ auctore ad naturale bonum, sicut in natura pura.

« Resp. Nego minorem ad probationem, non sunt diminutæ aut impeditæ quasi physice per subtractionem aut additionem alicujus physici, concedo. Moraliter, nego. Inest enim homini lapso reatus peccati, quo indignus fit amicabili auxilio Dei ad quamvis beatitudinem ducente ; utpote cum sit aversus a Deo et Deus vicissim aversus ab illo ut ab inimico. Unde nisi Deus propter Christum convertatur ad hominem, ipse homo nunquam convertetur in Deum, sed quanto longius in viis suis procedet, tanto magis a Deo aberrabit, et propriæ cupiditatis pondere inclinante, atque insuper urgente Satana non ad aliquam felicitatem perveniet, sed ad verissimam damnationem. Unde vires ejus non sunt dispositæ ut in natura pura, sed ut in natura vere peccatrice, terribili maledictioni obnoxiæ. »

Nous avons cité cette longue exposition de la doctrine thomiste pour montrer dans quel embarras la métaphysique péripatéticienne jetait le Docteur angélique sur la question de la grâce.

Les puissances naturelles de l'homme ont-elles été *diminuées* par la déchéance ? Il est difficile de dire *non* quand on veut rester attaché à l'orthodoxie, et même sur ce point le concile de Trente a une expression précise et énergique. D'autre part, dans le système péripatéticien, les puissances d'un être sortent de sa substance, et la substance est ce qui ne reçoit ni le plus ni le moins. Au fond, les puissances scolastiques sont ou des accidents ou de simples possibilités dont la notion est renfermée dans celle de l'essence : elles sont donc incorruptibles et inaltérables, à moins que l'essence même ou la nature ne périsse. Ainsi, admettre la diminution des puissances naturelles de l'homme par le péché originel, c'était admettre que ce péché détruisait, supprimait la nature, c'était tomber en pleine hérésie. De tous côtés, des abîmes.

Que fait saint Thomas ?

Il prend son parti avec une sorte d'héroïsme logique, fidèle d'abord à Aristote, et il pose nettement dans la seconde partie de la *Somme* (I p., qu. 85, art. 1), que le bien rationnel n'est ni ôté, ni diminué par le péché originel. « Le bien de la nature humaine, » dit-il, « peut être envisagé de trois manières. D'abord il peut être pris comme l'ensemble des principes constitutifs de cette nature et des propriétés qui en émanent, par exemple, les puissances de l'âme et toutes les choses semblables. Entendu de cette première façon, le bien de la nature humaine n'est ni enlevé, ni diminué par le péché. »

Les forces naturelles de l'âme restent

donc les mêmes après la chute, seulement elles éprouvent alors des oppositions et des obstacles qu'elles ne rencontraient pas auparavant; et c'est en ce sens seulement que les thomistes admettaient que la déchéance avait débilité et blessé la nature humaine. Le rapport de cette nature et de la fin à laquelle elle est appelée est donc changé par la déchéance; mais elle est changée uniquement en ce que *quelque chose*, que nous allons bientôt déterminer, s'interpose entre les deux termes.

Cette explication est-elle en harmonie parfaite avec les expressions des Pères et avec les termes si explicites du concile de Trente? Que devient, dans une pareille dialectique, le *viribus attritus* et le *fractus* que nous trouvons dans les formules consacrées, et ces formules ne sont-elles pas singulièrement à l'étroit dans l'ontologie péripatéticienne qui regarde les facultés comme de simples résultats logiques de l'essence, ou cette essence considérée dans les possibilités dont elle recèle le germe? — C'est ce que nous laissons à juger au lecteur.

L'école nominaliste des XIVe et XVe siècles, Ockam, Gabriel Biel, Grégoire, aurait pu affirmer, avec moins d'inconvénients logiques que saint Thomas, la diminution des vertus ou puissances naturelles de l'homme par le fait de la déchéance; cependant elle se contenta d'une position moyenne, et déclara que le péché originel introduit dans l'homme une sorte de contagion ou de qualité morbide qui passe de générations en générations à travers la race d'Adam; ils en empruntaient la notion aux habitudes de la physiologie galénique. Les jansénistes avaient adopté, pour leur part, une solution un peu différente, en ce qu'elle ne reposait pas sur la même erreur médicale, mais théologiquement semblable. Suivant eux, le péché originel engendre dans la nature humaine une *inclination* naturelle vers le bien périssable qui diminue et même enlève les vertus naturelles de la race déchue. Goudin appelle cette inclination un *habitus*, sans se souvenir qu'il n'y a plus d'*habitus*, proprement dit, dans le jansénisme, parce que le jansénisme est toujours, ou simplement augustinien, ou augustinien et cartésien tout ensemble.

A l'opinion des nominalistes, et même des jansénistes, les thomistes répondaient par un seul argument: le péché originel n'est pas positif, mais négatif; il ne consiste pas dans l'addition d'une qualité mauvaise, mais dans la privation de la justice originelle. D'ailleurs, une qualité positive, qui passerait de génération en génération serait un accident, et dès lors quelque chose de variable, de telle sorte que la déchéance serait plus ou moins grande, suivant les individus: «Ce qu'aucun théologien n'oserait soutenir,» ajoute Goudin; il ne savait pas qu'un jour le comte de Maistre affirmerait ce qui lui semble si extraordinaire; il est vrai que le comte de Maistre, très-grand littérateur et très-petit théologien, a lu le théosophe Saint-Martin bien plus que saint Augustin et saint Thomas.

Mais pourquoi l'homme déchu a-t-il de si basses aspirations, si ses facultés sont les mêmes, et si d'ailleurs rien ne vient les gêner, rien du moins qui soit positif? Les thomistes résolvaient cette difficulté en invoquant leur théorie si contestable elle-même de la prénotion physique. Dans l'état de pure nature, cette prémotion serait nécessaire pour que l'essence humaine fût ordonnée à sa fin naturelle ou à Dieu; donc quand elle manque, ou, ce qui revient au même, quand la nature humaine ne veut plus et ne peut plus la recevoir, parce qu'elle s'est mise en hostilité avec Dieu, les pentes inférieures de la sensibilité prennent nécessairement le dessus.

Les thomistes savaient bien qu'on pouvait leur répondre en invoquant leurs propres principes: par la déchéance, l'homme tombe de la main de Dieu, en tant que Dieu le conduisait à la béatitude surnaturelle, mais non en tant qu'il le conduit à la béatitude naturelle; donc il est dans l'état de pure nature, et il n'a pas de pentes vers les biens matériels. A ces objections, ils répondaient par des textes, et même par une théorie qui semblait nier la possibilité de l'état de pure nature. Mais ces textes pouvaient couvrir en eux les théologiens positifs, ils n'amnistiaient pas les théologiens scolastiques; quant à la théorie, elle courait le risque de les faire tomber sous la condamnation qui frappait Baïus.

Tous ces embarras logiques n'empêchèrent point saint Thomas d'arriver à une des doctrines les plus claires, les plus complètes qu'on puisse concevoir sur la grâce, considérée au point de vue de la théologie scolastique. Mais ils forcèrent les esprits à méditer sur les difficultés que présente la métaphysique péripatéticienne de la nature et des puissances de la nature, au point de vue d'un des dogmes les plus importants du christianisme. Suarez, thomiste en tant de points, ne voulut pas l'être sur la grâce; Goudin lui-même bat en retraite, et s'il me fallait dire quel fait donna le coup de grâce au vieux péripatétisme, j'inclinerais à dire que ce fut la grande discussion du XVIIe siècle sur le jansénisme.

Venons maintenant au cinquième état, à celui de la nature réparée. Il n'y en a point que l'Ecriture ait caractérisé avec plus de soin. Tantôt elle le représente comme un rachat et une rédemption (4); tantôt comme un sublime transfèrement de l'homme au royaume du Fils de Dieu (5); tantôt comme une libération qui l'arrache à la servitude: *Si vos Filius liberaverit, vere liberi eritis* (*Joan.* VIII, 36); tantôt comme une insufflation de vie ou une résurrection: *Convivificavit nos in Christo et conresuscitavit* (*Ephes.* II, 5, 6);

(4) *Fecit redemptionem plebis suæ.* (*Luc.* I, 68.)
(5) *Eripuit nos de potestate tenebrarum et translulit in regnum Filii.* (*Coloss.* I, 13.)

tantôt comme une nouvelle création : *Si qua ergo in Christo nova creatura.* (*II Cor.* v, 17.) (6). Il suit de cette dernière expression, que l'état dont il s'agit n'est pas un simple retour de l'état primitif de l'homme. C'est la même grâce qui agit, sans aucun doute, mais elle agit sur une essence différente, et par conséquent d'après une loi qui aboutit à d'autres effets. L'état de réhabilitation est donc quelque chose d'essentiellement original, et c'est une conception trop répandue, mais parfaitement fausse, que de se le représenter comme identique à l'état de la nature humaine avant la chute (6*).

La cause finale de la grâce, dans ce dernier état, c'était l'innocence de l'homme; sa cause finale dans l'humanité réparée, c'est la manifestation de la plénitude de la miséricorde divine : *Ut ostenderet abundantes divitias gratiæ suæ*, dit l'Apôtre (*Ephes.* II, 7.) La cause efficiente de cette même grâce est Dieu lui-même, sans aucun doute, dans les deux états, mais dans le premier il agit par lui-même; dans le second, il agit par le Christ; de telle sorte que le second Adam n'est plus seulement le sujet, mais la source de la grâce, et qu'ainsi la création, unie merveilleusement au Créateur, se dilate pour ainsi dire dans une plénitude mystérieuse de perfections qui ne lui étaient pas dues, et dont la munificence divine la couronne par un don suprême plus merveilleux que tous les autres. Troisièmement, la cause matérielle de la grâce, c'est-à-dire ce à quoi elle s'appliquait dans la période d'innocence, c'était la nature même de l'homme, la nature non souillée et ne répugnant en rien à ses effluves; dans la période de réhabilitation, cette matière, c'est la nature déchue, pécheresse, indigne de toute grâce. Celle-ci n'a donc pas seulement à s'ajouter à notre être, mais à le reconstituer. Enfin, la cause formelle de l'un et l'autre état, c'est la grâce sanctifiante, mais agissant d'une manière toute différente : dans le premier, elle constitue la justice originelle; dans le second, elle est la grâce médicinale du Rédempteur, agissant peu à peu, se fondant avec notre nature pour la rétablir, et s'infiltrant d'abord dans les hauteurs de l'âme, pour descendre ensuite de ces hauteurs, à travers mille obstacles, juqu'aux dernières fibres de la création. Et sans doute ces obstacles sont un indice de notre misère, mais une fois vaincus, l'âme qui en a triomphé se trouve dans une situation merveilleuse; car la nature n'est pas le simple rapport de quelque chose de divin, elle est identifiée à ce suprême élément qui vit et palpite en elle, et voilà pourquoi les Pères, les Pères grecs surtout, plus préoccupés des dernières fins des choses que de leurs moyens actuels, regardaient comme si supérieur à l'état primitif de l'humanité celui auquel elle est appelée.

Chapitre IV. — *De la nécessité de la grâce.*

Pour prévenir toutes les difficultés dans un sujet qui en fourmille et que d'ailleurs le thomisme encombre de nouveaux mystères, par sa théorie péripatéticienne de la prémotion physique, Goudin commence par définir les termes de la discussion.

Il remarque que le mot de *grâce* peut être pris en deux acceptions.

Dans son sens large, il désigne l'opération divine poussant les facultés humaines, au delà de ce qui leur est dû naturellement, à tout bien, quel qu'il soit. Et cette opération divine agit, suivant Goudin, soit par une *prémotion* de ces facultés qu'elle applique à leur objet, soit par l'irradiation en elles d'une nouvelle puissance (7).

Dans un sens plus précis, la grâce est l'opération divine poussant gratuitement la nature raisonnable aux biens surnaturels, ce qui arrive de trois manières : ou bien par l'irradiation d'un don surnaturel (c'est ce qui constitue la grâce sanctifiante et toute vertu surnaturelle gratuitement répandue dans l'homme); ou bien par une impulsion surnaturelle, en vertu de laquelle Dieu agit sur nous comme premier moteur pour nous pousser aux actes surnaturels; ou bien enfin par une opération providentielle qui dispose l'ordre naturel lui-même de telle façon qu'il commande à nos destinées surnaturelles.

Mais en quoi consiste la *seconde manière* que nous venons d'énumérer, c'est-à-dire l'impulsion divine? Elle consiste, suivant saint Thomas, en une vraie *prémotion* physique analogue à cette prémotion péripatéticienne, en vertu de laquelle les actes ingénérables et incorruptibles d'Aristote, ces moteurs mobiles, meuvent les choses d'ici-bas, c'est-à-dire les mobiles qui ne

(6) L'Apôtre ajoute : *Transierunt vetera, ecce facta sunt omnia nova.* (*II Cor.* v, 17.)

(6*) C'est une erreur, pour le dire en passant, à laquelle J. de Maistre n'a pas toujours échappé. Il l'avait puisée dans la tradition de l'illuminisme martiniste.

(7) « Ex his habentur variæ acceptiones hujus vocis auxilium gratiæ. Primo sed minus proprie accipi potest pro divina operatione gratis seu supernaturale debitum facultates hominis ad quodvis bonum promovente, sive per motionem absque nova virtute superaddita, sive per appositionem novæ virtutis. Verum quia gratia dividitur contra naturam, auxilium præcise sistens in bono naturali, minus proprie dicitur auxilium gratiæ, etiam cum datur præter naturæ debitum : ut si Deus homini rudi subito scientias omnes naturales conferret, auxilium illud licet omnino gratuitum et indebitum esset, minus proprie diceretur auxilium gratiæ. Unde eo misso. Secundo auxilium gratiæ sumitur proprie pro divina operatione gratis et supra debitum naturam rationalem ad bona supernaturalia promovente; et hoc modo tripliciter sumi potest. Primo pro infusione doni supernaturalis; et sic auxilium gratiæ dicitur ipsa gratia sanctificans; et quævis virtus supernaturalis gratis infusa. Secundo pro motione simpliciter supernaturali, qua scilicet Deus ut primus motor ordinis gratiæ nos movet ad actus supernaturales. Tertio pro divina operatione res omnes etiam ordinis naturalis disponente et dirigente ut oportet ad salutem et gratiam nobis procurandam. »

sont pas moteurs. Nous verrons bientôt ce que les Franciscains objectèrent à cette application directe de la métaphysique et de la cosmologie antiques au dogme profond de la *grâce*. Nous nous contenterons ici de citer les explications de Goudin. On s'assurera sans peine que ce théologien se garde fort d'entrer dans le vif du débat avec les scotistes. Comme Suarez, quoique d'une façon moins intelligente, il cherche systématiquement à fuir les vrais débats scolastiques. La grande révolution intellectuelle du XVe et du XVIe siècle, qui transformait la théologie scolastique en théologie positive, se manifestait jusque dans les derniers docteurs de la scolastique qui défendaient leurs maîtres, mais n'avaient déjà plus le sens de leurs doctrines. Sous ce rapport, le protestantisme qui eut tant d'effets scientifiques déplorables, parce qu'il déraya de sa voie véritable la grande et féconde révolution dont nous venons de parler, le protestantisme eut aussi par les réactions qu'il suscita une influence moins funeste. Il désorganisa la raison humaine, dont il niait les droits, mais il désorganisa aussi la scolastique. Vainement après avoir nié Aristote, quand il leur semblait le représentant de la pensée humaine, les réformés le remirent en honneur quand leur fanatisme contre la raison se fut un peu apaisé. Les écoles péripatéticiennes ne pouvaient plus vaincre, elles ignoraient leur propre succès. Les nécessités de la lutte religieuse avaient amené entre elles tant d'alliances, de compromis, tant d'éclectisme mortel, qu'elles s'étaient décomposées sans le vouloir.

Mais revenons à Goudin, voici en quels termes il s'exprime :

« Deus multis modis cor hominis movet ad bonum salutis, ut ipse sanctus Augustinus passim dicit. Unde accuratius distinguendi sunt varii modi divinæ motionis, etiam circa supernaturale bonum : primo in genere duplex distingui potest; moralis et physica. Moralis fit per ostensionem boni allicientis. Physica per influxum effective et intrinsece reducentem facultatem ad actum. Prima pertinet ad causam finalem; secunda ad efficientem. Porro Deus utroque modo voluntatem movet ex sancto Thoma (I part., quæst. 105, art. 4), et per modum objecti et finis allicientis : et per modum causæ efficientis eam interius inclinando.

« Motio moralis duplex distingui potest. Una quæ sita sit in pura propositione boni. Altera conjuncta cum infusione luminis ad bonum percipiendum : hæc enim infusio luminis, licet respectu intellectus sit motio physica, quia in illo aliquid effective ponit: respectu tamen voluntatis, motio pure moralis est, quia in ea nihil effective producit, sed solum bonum ei ostendit. Rursus motio physica etiam duplex distingui potest. Alia quæ est pure motio seu applicatio virtutis jam in rebus exsistentis ad actus proprios, qualis est motio qua Deus applicat omnes rerum virtutes ad proprios actus absque appositione novæ virtutis, quam nostri Thomistæ physicam præmotionem vocant; sine qua, ut ait sanctus Thomas (1-2, quæst. 109, art. 1), nulla creata virtus quantumvis perfecta ponatur, in actum exire potest. Alia vero quæ non est pure motio seu applicatio virtutis jam exsistentis, sed secum aliquid etiam virtutis affert : non per modum habitus permanenter collati, sed per modum passionis transeuntis; ut cum Deus hominem peccatorem omni habitu supernaturali destitutum movet ad quosdam pios actus et affectus circa bona supernaturalia, ut ipsa scilicet et cognoscere et desiderare et amare quodam modo incipiat : cum enim actus illi supernaturales sint, nec in tali homine ullus adhuc supernaturalis habitus exsistat, aut reipsa infundatur, saltem permanenter : necesse est ut motio illa Spiritus sancti conversionem hominis inchoans, non sit pura applicatio virtutis jam exsistentis, sed secum afferat aliquam supernaturalem virtutem; non quidem per modum formæ permanentis, sed per modum motionis transeuntis : nam et ipsæ formæ supernaturales communicari possunt per modum motionis transeuntis, sicut lumen gloriæ sancto Paulo in raptu communicatum fuit ex sancto Thoma (2-2, quæst. 174, art. 3, ad 2), motio ista posterior qua Deus cor hominis non solum applicat, sed etiam actualiter elevat ad supernaturale bonum, proprie dicitur auxilium gratiæ, quia nullum habitum supponit ad hanc motionem disponentem; unde omnino gratuita est. Sed circa priorem motionem quæ est pura applicatio virtutis jam præexsistentis; observandum, eam posse adhuc duplicem distingui : alia enim est generalis, qua Deus ut primus et universalis motor facultates in nobis exsistentes secundum propriam earum dispositionem movet et applicat ad suos actus. Alia vero specialis quam sanctus Thomas vocat divinum instinctum divinamque inspirationem et excitationem, qua Deus interdum mentem hominis specialiter applicat ad aliqua vel cogitanda vel volenda, quæ licet non excedant vires in homine exsistentes, tamen secundum communem rerum cursum ac dispositionem ipsius subjecti, homo nec vellet nec cogitaret; et hoc tam in naturalibus, quam in supernaturalibus esse potest : nam Deus cor hominis interdum specialiter movet ad quædam ad ipsa humana negotia pertinentia; ut cum movit corda virorum Judæ ad constituendum David in regem, cum regis Assueri cor ab ira ad mansuetudinem transtulit, etc. Et similiter corda justorum aliquando subito absque præcedente dispositione specialiter movet ad aliqua supernaturalia cogitanda vel volenda circa objecta virtutum quas jam habent. Unde talis motio non secum affert novam virtutem, sed tantum est præexsistentis applicatio. Hæc specialis motio, præcipue cum respicit supernaturale bonum, proprie pertinet ad actualia gratiæ auxilia. Verum prior illa generalis, qua Deus secundum ordinarium rerum cursum etiam supernaturales virtutes in nobis exsistentes juxta earum dispositionem ad suos actus applicat,

videtur non ita proprie dici auxilium gratiæ : datur enim ex quadam veluti connaturali exigentia: nam licet justo gratis data sit virtus elevans ad supernaturale bonum, attamen sicut supposita collatione naturalis virtutis, debetur quodammodo huic virtuti motio generalis eam juxta suum modum ad actionem promovens : adeo ut non nisi miraculose denegari possit; ita etiam supposito quod Deus justo contulerit virtutes supernaturales, debetur quodammodo generalis motio eas juxta suum modum applicans ad proprios actus.

« Dicendum tamen quod etiam hæc illa motio cum applicat ad actus supernaturales, certo quodam modo considerata, inter actualia gratiæ auxilia proprie dicta vere potest recenseri ; imo eam sanctus Thomas recenset (1-2, quæst. 109, art. 9), his verbis : *Homo in gratiæ exsistens non indiget alio auxilio gratiæ, quasi alio habitu infuso ; indiget tamen alio auxilio gratiæ secundum alium modum, ut scilicet a Deo moveatur ad recte agendum ; et hoc ratione generali : quia nulla res creata potest in quemcunque actum prodire nisi virtute divinæ motionis ;* ubi hanc generalem motionem quatenus hominem justum ad pietatis actus applicat, ipse palam vocat auxilium gratiæ. Porro ut clare intelligatur quomodo hæc motio proprie sit auxilium gratiæ, imo licet generalis videatur, possit quodam sensu gratia specialis censeri. Observandum est ad auxilium gratiæ proprie dictum duo requiri : primo, ut nos adjuvet ad bonum supernaturale ; secundo, ut gratis omnino et non secundum aliquam exigentiam aut debitum ex parte accipientis ipsi conferatur. Prima conditio palam competit tali motioni. Solum secunda prima fronte deesse videtur, quia, ut supra dixi, hæc generalis motio dispensatur juxta rerum exigentiam et modum : sicque quodammodo debita videtur.

« Verum si rem altius consideremus, etiam hæc secunda conditio ipsi competit; et hoc tribus modis a sancto Thoma observatis. Primo, quia ut ait (1-2, quæst. 109, art. 1), hæc generalis motio est secundum providentiæ rationem, et non secundum naturæ necessitatem ; id est, non datur a Deo necessitate naturæ, sed gratuita et liberrima voluntate ; proindeque gratis et libere. Sed hæc ratio paulo communior est ; sic enim omnia omnino quæ Deus facit in rebus etiam juxta naturæ debitum gratis fieri dici possent. Unde (*ibid.*, art. 2, ad 1), affert alium modum ; quia scilicet omnis motus liberi arbitrii reducitur ad aliquem instinctum præcedentem omnem deliberationem hominis, ac proinde gratis immissum. Unde licet homo justus per piam deliberationem ita disponi possit ut exigat per generalem Dei motionem ad actum pietatis eligendum applicari ; sicque aliquem specialem et indebitum gratiæ instinctum, ex quo ipsa processit et sic saltem in sua origine tota hæc motio gratuita fuit. Verum quia contingit ex eodem instinctu hominem ad plura et opposita pervenire posse : omnis enim deliberatio rationis viam habet ad opposita ; juxta hunc modum non satis adhuc explicatur quomodo ex speciali Dei beneficio sit, quod homo bonum pietatis actum potius eligat quam oppositum. Unde tertium modum affert sanctus doctor (quæst. 24, *De verit.*, art. 14), secundum quem clarissime intelligitur quolibet bonum opus etiam cum fit tantum sub generali Dei motione, referendum esse ad actuale Dei auxilium omnino gratuitum ; quia scilicet generalis hæc motio aliter se habet in naturalibus et in voluntariis ; in voluntariis enim voluntas non habet naturalem formam qua determinetur ad unum actum sibi convenientem, ac proinde bonum, sicut in naturalibus, sed flexilis est in bonum et malum ac defectibilis a bono sibi convenienti. Unde, ut ait sanctus doctor (2, dist. 28, quæst. 1, art. 3), cum omne difforme et variabile reducatur ad aliquid uniforme, oportet ut voluntas quæ in bonum et malum flecti potest dirigatur ad bonum ab illa voluntate quæ non nisi recta esse potest, nempe divina. Et ideo ut concludit tum ibi tum expressius quæst. 24, *De verit.*, art. 14 et 15) sine divina misericordia gratis dirigente, nullum omnino bonum ab homine efficitur, nec proinde sine auxilio prorsus gratuito. Quamobrem, ut ait (quæst. 27, art. 5, ad 3), in omni statu et actu voluntas flexilis ad bonum et malum, ut ad bonum potius quam ad malum tendat, indiget divina providentia eam dirigente et adjuvante, idque gratis : non enim aliquo suo merito sibi comparare potuit ut hanc directionem providentia Dei illi potius quam alteri impenderet. Ex hac sancti Thomæ doctrina non satis a plerisque observata, clare elucescit etiam generalem motionem ad opus bonum ut stat sub indebita illa et gratuita Providentiæ directione, merito censeri posse inter auxilia actualia proprie gratuita : nam licet justis hominibus quodammodo debeatur motio generalis eos applicans ad opera justa secundum proprium eorum modum, nulli tamen debetur ut Deus eum præ alio sic dirigat, ut ipse ad bonum actum perveniat a quo deficere potuit uti alii plerique deficiunt ; unde quod unus præ alio, etiam cum sola generali motione, aut malum vitet aut bonum agat, id ipsum tandem reducendum est ad gratuitum Dei auxilium ipsi et non aliis concessum. Et ideo, inquit sanctus Thomas (1-2, quæst. 109, art. 9), etiam post adeptam gratiam et virtutes per quas opera pietatis efficere possumus, semper necesse est nobis ut a Deo dirigamur, non solum in statu naturæ corruptæ propter infirmitatem et varias tentationes, sed etiam ut ait (quæst. 27, *De verit.*, art. 5, ad 3), in statu naturæ sanæ, propter vertibilitatem arbitrii. Hinc illud sancti Augustini (lib. II *Confess.*, cap. 7) : *Gratiæ tuæ deputo quæcunque non feci mala.* Et hom. 23 inter 50 : *Nullum peccatum facit homo, quod non possit facere alter homo, si deserat rector a quo factus est*

homo. Hinc etiam illud Apostoli : *Quis te discernit? quid habes quod non accepisti?* (*I Cor.* IV, 7.) Ex quo vides quod etsi homo dicatur posse aliquid boni efficere cum solo generali auxilio, cum tamen rem altius inspicimus, omnia tandem bona opera, quovis modo fiant, referenda esse ad gratuitum, imo quodam sensu speciale Dei auxilium. Quamobrem ut necessitas auxilii gratiæ distinctius explicaretur, necesse fuit has auxilii divini varias acceptiones subtilius et accuratius distinguere, sine quibus vix quidquam certum ac clarum in hac quæstione statui poterat. Nunc pergendum ad statuenda principia ex quibus quæstio dirimi possit. »

Ceci posé, et maintenant que nous avons quelque idée de la grâce, voyons à quoi tient sa nécessité. Goudin énumère successivement quatre manières fausses de l'expliquer :

1° Le système de Pélage, qui suppose que Dieu est la source de tout bien en ce sens qu'il nous a donné, avec la liberté, la puissance de l'accomplir ;

2° Le système semi-pélagien, qui admet que toutes les bonnes œuvres sont des dons de Dieu, mais de telle sorte cependant que leur principe soit en notre liberté qui s'y prépare et s'y maintient ;

3° Le système moliniste, qui attribue à la grâce le commencement, le progrès et la persévérance dans le bien, mais d'une façon partielle, c'est-à-dire, de telle sorte que notre liberté puisse attribuer à elle-même la gloire d'avoir bien usé de la grâce et d'y avoir consenti ;

4° Le système janséniste, qui pense que dans l'état de chute toute bonne œuvre et le consentement même à la grâce est proprement un don de Dieu, mais qu'il n'en était pas ainsi dans l'état d'innocence, où le secours divin ne donnait pas à l'homme le bon emploi de ce secours, mais le recevait de son libre arbitre (8).

Voici maintenant le système des thomistes. Ils rapportent à Dieu absolument tout ce qui est bon dans quelque action que ce soit, car non-seulement il donne les formes et les vertus par lesquelles les créatures agissent, mais il les meut, il les applique à l'action. En effet tout ce qu'il y a de perfection et de réalité dans une action humaine vient de deux sources : 1° la vertu active de l'agent, 2° l'usage de cette vertu, usage qui constitue le mouvement. Si donc Dieu donne aux êtres leurs puissances et l'application de ces puissances, tout ce qu'il y a dans leurs actes vient de Dieu, sous quelque rapport qu'on les considère (9).

Après cette explication, Goudin s'efforce d'établir qu'elle est identique à celle de saint Augustin, et qu'elle se trouve tout entière, moins le mot de *prémotion physique*, dans les œuvres du Docteur angélique. Ce dernier point est incontestable, quoique les Jésuites qui *thomisaient* aient essayé de jeter quelque doute sur sa réalité (10). Le premier est bien plus sujet à caution. Il est vrai que saint Augustin déclare que Dieu confère à l'homme non-seulement des vertus surnaturelles, mais leur usage. Seulement la théorie thomiste implique quelque chose de plus, car elle implique une définition péripatéticienne de l'usage des facultés, définition qui n'est nullement dans saint Augustin. Suivant saint Thomas, la faculté est une simple possibilité, et il y a toujours entre elle et son objet nécessité absolue d'un intermédiaire, et cet intermédiaire est le secours divin. Cela est vrai dans son système de l'action naturelle comme de l'action surnaturelle, et il suffirait de cette seule remarque pour faire voir

(8) « Itaque primus modus fuit Pelagii dicentis Deum esse auctorem cujusvis boni operis, quia ipse dedit facultatem bene agendi ; cæterum hujus facultatis usum a nobis ex nobis esse. Secundus fuit Semipelagianorum qui bona opera Dei dona esse, simpliciter concedebant ; sed ita ut aliquid in iis a Deo non acceptum humanæ reservarent libertati, nempe initium aliquod ad hæc dona nos præparans ; item ipsam in bonis Dei retinendis constantiam seu perseverantiam. Tertius fuit Molinæ, qui omne quidem boni operis initium, progressum et perseverantiam divinæ gratiæ tribuit, sed partialiter : nostrumque putat ita esse quod bene utamur gratia eique consentiamus, ut id rursus ad gratiam Dei minus referat. Quartus demum fuit Jansenii, qui putavit in statu naturæ lapsæ omne omnino bonum opus, atque hoc ipsum quod gratiæ consentiamus esse proprie Dei donum ; at non item in statu naturæ innocentis : quippe in eo Dei auxilium ita commissum fuisse arbitrio ut bonum usum non daret, sed ab illo exspectaret. Hos itaque omnes modos palam et peremptorie refellit catholica regula jam explicata et constituta : quia licet alii plus alii minus, omnes tamen aliquid boni divino subtrahunt auxilio ut inspicienti constat. »

(9) « Quintus modus huic regulæ omni ex parte conformis est ut explicat sanctus Thomas (I part., quæst. 105, art. 5 ; et 1-2, quæst. 109, art. 1 et sequentibus), nempe quidquid boni in quavis actione est, in Deum auctorem referri, quia ipse non solum dedit formas et virtutes per quas creaturæ agunt, sed etiam eas movet et applicat ad agendum : cum enim iis duobus contineatur quidquid entis et boni a creaturæ actione oritur, scilicet virtute activa et ipso talis virtutis usu qui in motu quodam consistit ; si a Deo sit omnis agendi virtus, ipseque virtutes omnes ad suos actus applicet ; palam est quidquid entitatis et boni est in quavis actione, quovis tandem modo, et in quovis statu spectetur, ad Deum auctorem datoremque referri ; nec creaturam quidquam boni habere a Deo sibi non collatum. At vero si quidpiam ex his duobus a Deo subtrahamus, necesse erit aliquid entitatis et boni subtrahere : puta si cogitemus Deum agendi virtutes contulisse quidem, earum tamen usum sic creaturis permisisse, ut se ipsas ad agendum applicent, Deo non applicante per suam motionem ; quod creatura bene potius quam male utendo sua virtute, bonam potius quam malam actionem profundat, in Deum auctorem proprie referri non poterit ; quod tamen bonum est, imo melius quam ipsa virtus agendi ad bonum et malum indifferens : melius enim est potestate sua bene uti, quam eam ipsam habere. Ex quo vides Thomistas cum in explicanda divini auxilii necessitate et efficacia præmotionem physicam adhibent, non aliquid novum excogitasse, ut perperam ipsis objici solet, sed tritam ab Angelico præceptore semitam fideliter premere. »

(10) *Voy.* S. Thomas, *loc. cit.*

qu'il y a un abîme entre le thomisme et l'augustinianisme sur la question de la grâce. Il est vrai que les deux doctrines s'appliquent principalement à faire ressortir l'opération divine, mais saint Augustin ne définit pas cette opération, saint Thomas, au contraire, la définit, et il la définit à travers les catégories et les nécessités logiques de l'ontologie et même de l'astronomie d'Aristote.

Jusqu'ici nous sommes restés dans les définitions générales; appliquons-les maintenant aux divers secours que nous recevons de la grâce.

La première question qui se pose ici est de savoir si l'homme peut connaître les vérités de l'ordre naturel sans le secours de la grâce. Les thomistes répondaient que l'homme même déchu peut arriver à quelque vérité sans avoir besoin d'aucune lumière infuse, mais non pas indépendamment d'un secours plus général de Dieu qui meut et gouverne son esprit (11). Cette dernière restriction tenait, surtout dans sa formule, à la théorie de la prémotion physique; aussi les thomistes se divisaient-ils sur ce point. Gonet soutenait que ce secours divin n'est que le concours général de la providence divine aux actes humains. Contenson voulait que ce secours fût tout spécial, bien que de l'ordre naturel. Les puissances intellectuelles, suivant les thomistes, sont indéterminées vis à vis de leur objet; elles peuvent donner leur assentiment soit au vrai soit au faux : donc non-seulement il leur faut ce concours général qui fait qu'elles sont et agissent, il leur faut de plus un concours spécial, une impulsion circonscrite et déterminée qui les détourne de l'erreur (12). — Ce n'est pas tout. Si l'homme peut connaître quelques vérités naturelles sans un secours surnaturel, cependant il ne peut sans lui les connaître dans leur ensemble, ni celles qui sont spéculatives, ni moins encore celles qui touchent à la pratique. De plus, les idées même qui sont le plus fondamentales et qu'il est capable de concevoir facilement ne sauraient être tenues constamment et fidèlement dans sa foi. Ainsi les notions de l'existence de Dieu, de sa providence, de sa justice, ont besoin, sous ce rapport, d'une assistance surnaturelle (13).

L'homme peut-il connaître sans un secours surnaturel les choses qui sont de la foi? Oui, répondaient les thomistes, l'homme peut donner son assentiment aux articles de foi par un motif humain, tel que son intérêt ou la tradition nationale, mais non par un motif pur et pieux (14). Les docteurs Franciscains n'admettaient pas non plus cette proposition dans sa teneur rigoureuse; et Molina, qui accepta et poussa plus loin leur opinion, déclare que, sans doute, l'homme ne peut *naturellement* consentir aux articles de foi par un motif surnaturel, mais que néanmoins son motif peut être legitime et dégagé de toute circonstance mauvaise. Ce qui fait croire, c'est l'autorité même de Dieu qui révèle. Molina ajoute qu'une fois instruite l'âme peut même demander à Dieu la foi surnaturelle et ainsi se disposer par le bon usage de sa nature à l'obtention des biens surnaturels. Bien plus, il obtient alors, infailliblement, cette foi, non sans doute par le mérite de ses actes, mais en vertu du pacte suprême entre Dieu et le Christ, pacte qui veut que là où la nature a fait ce qu'elle a pu la grâce lui soit donnée. Telles sont les trois propositions fondamentales de Molina sur cette question; nous les avons séparées à dessein, car elles nous semblent avoir une valeur très-inégale. La première est la simple négation de l'opinion particulière des thomistes; la troisième est celle qui constitue le molinisme proprement dit; la seconde est une sorte d'intermédiaire entre les deux autres.

(11) *Conclusio prima.* — « Homo etiam in statu naturæ lapsæ per naturæ suæ lumen potest aliquod verum cognoscere, nec ad id indiget auxilio superaddito quod sit lumen infusum : indiget tamen auxilio Dei per modum motionis et directionis. » (Ita S. Thomas 1-2, quæst. 109, art. 1.)

(12) « Porro dici non potest ut bene potius quam male agat, dari a Deo pernaturalem formam : quia hæc est indifferens ad bene vel male agendum. Nec etiam per generalem concursum seu motionem; quia quod generaliter omnibus adest, unum ab alio non distinguit. Itaque præter formam omnibus communiter datam, et generalem concursum omnibus perinde exhibitum, oportet aliquid aliud esse a Deo, quo fiat ut ex his causis ad bene vel male agendum indifferentibus, una præ alia bene agat : id est aliquid speciale a Deo collatum, quod alteri collatum non fuit. Cum ergo intellectus defectibilis sit, et indifferens ad assensum veri vel falsi : hoc ipsum quod in operatione sua potius verum quam falsum attingat, est ipsi a Deo non solum communiter movente, sed etiam aliquid speciale illis qui verum assequuntur præstante, quod aliis errantibus non præstat. Hoc autem dicimus esse directionem Providentiæ hunc præ alio ita regentis sub generali concursu, ut præ alio verum attingat. »

(13) *Conclusio secunda.* — « Homo lapsus absque supernaturali auxilio nequit omnes veritates naturales tam speculativas quam practicas collective cognoscere; nec etiam omnes speculativas, multo minus omnes practicas : imo nec eas omnes practicas quæ ad recte vivendum necessariæ sunt sine errore aliquo admisto percipere, nec aliquas fundamentales quæ de facili percipere possunt pure ac constanter tenere, ut exsistentiam unius Dei, ejus providentiam, justitiam, aliaque ejusmodi, quæ de Deo naturaliter sciri possunt : nisi per gratiam Christi ejus corruptio sanetur. »

(14) « Homo veritatem fidei sibi propositam solis naturæ viribus amplecti potest assensu quodam naturali, fundato in motivo pure humano, puta quia sic expedit suis negotiis; quia ita tradidere parentes; demum ob aliquod temporale commodum ex hujus fidei profe-sione captandum.

« Homo sine gratia Christi nullum assensum purum, pium, et nulla vitiatum prava circumstantia elicere potest circa fidei mysteria : eis scilicet adhærendo, non ex aliquo temporali commodo, sed vel ob reverentiam divinæ auctoritatis, vel ob cœlestem quamdam excellentiam in iis divinis veritatibus relucentem, vel demum tali assensu in quo licet nihil supernaturale sit, nil tamen itidem immisceatur quod secundum rectam rationem reprehendi possit. »

On sait néanmoins que Cajétan n'admettait point dans toute sa rigueur cette opinion de quelques thomistes : suivant lui, l'intellect pratique était seul frappé par les résultats de la chute. Les Franciscains allaient plus loin encore que Cajétan et ils ne croyaient pas avec Goudin et ses prédécesseurs que l'homme déchu fût dans une aussi grande incapacité à l'égard des vérités naturelles. Ce n'est pourtant pas que les thomistes méconnussent la valeur de la philosophie antérieure au christianisme ou n'y vissent que l'écho de vieilles traditions encore présentes à la mémoire de l'humanité. Mais ils croyaient que Dieu, par un secours surnaturel, avait soutenu, éclairé, fortifié la raison naturelle, afin qu'elle retrouvât dans ce secours quelque chose de sa force native (15). Ainsi faisaient-ils pénétrer le miracle jusque dans le développement de la connaissance la plus essentiellement rationnelle. Mais encore une fois ils n'exprimaient à cet égard que l'opinion de leur école particulière et on leur disait : Si l'homme ne peut naturellement connaître les vérités naturelles les plus simples sur les choses divines, comment serait-il coupable de se tromper à cet égard? Leur réponse n'était peut-être pas des plus satisfaisantes. Ils disaient :

« Mens hominis lapsi non solum propter passiones, sed etiam propter dæmonis illusiones et aversionem à Deo est maxime indisposita ad divina; unde Aristotele fatente ad illa se habet ut oculus noctuæ ad solem : ergo nec manifestiora pure aspicere aut constanter tenere potest, nisi sanetur. Hinc sanctus Augustinus (lib. x *Confess.*, cap. 6): *Cœlum*, inquit, *et terra et omnia quæ in eis sunt, ecce mihi dicunt ut te amem, nec cessant dicere omnibus : ita ut sint inexcusabiles; alius autem tu misereris cui misertus eris : alioquin cœlum et terra surdis loquuntur laudes tuas.* Idipsum confirmat experientia : quid enim valeat humana ratio in illis egregiis Græcorum Romanorumque ingeniis, quorum circa divina etiam naturaliter ac facile nota errores et inconstantiam sine stupore legere non possumus? Quidam enim aut Deum non esse, aut plures esse, aut non alium præter hunc corporeum mundum esse putarunt. Quidam Providentiam ex toto, alii saltem circa humana sustulerunt. Demum ne alios eorum memorem, si quid certi ac veri de Deo tandem percipere valuerunt, in eo firmiter tenendo quam inconstantes et vagi fuerint, videre est in libris *De natura deorum*, a Cicerone editis, in quibus circa Dei exsistentiam et providentiam incerto ac fluctuanter opinatur. Quid ita? quia scilicet hominis peccatoris intimis visceribus inhæret horror et aversio divini luminis, quo ejus iniquitas redarguitur. Unde nisi per gratiam Deo reconciliari incipiat, eum refugit, et avertere ab oculis perpetuo conatur : juxta illud : *Omnis qui male agit odit lucem, ne arguantur opera ejus.* (*Joan.* III, 20.) Ex hoc fonte manant circa Deum errores, dum homo corruptus aut illum in mente sua destruere molitur, aut certe talem effingere a quo ejus iniquitas nihil timere possit.

« Dices : Si homo nec ea quæ de Deo naturaliter sciri possunt, nec veritates practitas ad recte vivendum necessarias sine gratia Christi certo percipere potest, videntur excusabiles homines gratia destituti, dum circa illa tam enormiter errant : ignorantia enim excusat si talis sit quæ vinci nequeat.

« Resp. : Minime excusari ob hanc ignorantiam eorum quæ naturaliter sciri possunt. Primò quia nulli ratione utenti deest auxilium sufficiens, quo si uti vellet eam ignorantiam fugaret, non solis naturæ viribus, sed gratia adjutis. Unde licet præcise per naturæ vires hanc ignorantiam vincere nequeat, non tamen excusatur. Deinde quia hæc ignorantia semper est voluntaria et affectata : utpote magis orta ex depravato cordis affectu, quam ex mentis impotentia : homo enim corruptus naturalem veritatem sibi necessariam ignorat, quia non vult intelligere ut bene agat, et ne corruptio quam amat luce veritatis confundatur; juxta illud *Joan.* III, 19 : *Hoc autem est judicium, quia lux venit in mundum et dilexerunt homines magis tenebras quam lucem : erant enim eorum mala opera; omnis autem qui male agit odit lucem, et non venit ad lucem, ut non arguantur opera ejus.* Itaque licet ignorantia divinorum supernaturalium eos excuset de fide nihil audierunt : at non itidem ignorantia eorum quæ naturali lumine facile investigari possent, si homo eo vellet uti.

« *An homo sine supernaturali auxilio ea quæ sunt fidei cognoscere possit?* — Divinum aliquod ad ea quæ sunt fidei percipienda requiri auxilium, saltem externum quo revelentur, ne quidem Pelagiani inficiati sunt : *Fides enim ex auditu, quomodo autem audient sine prædicante; quomodo vero prædicabunt, nisi mittantur* (*Rom.* x, 14-17)? nempe a Deo. Unde nec id in quæstionem vertitur, sed solum an homo per naturæ vires fidem sibi exterius annuntiatam amplecti possit sine interno gratiæ auxilio. Semi-Pelagiani putarunt hominem naturæ viribus posse aliquo ad salutem utili assensu adhærere veritatibus fidei : neque enim naturæ vires per peccatum ita attritas esse, quin amplecti possint divinam veritatem sibi propositam, licet assensu minus perfecto

(15) « Quod ergo aliæ nationes fide destitutæ minus horrendis tenebris involutæ fuerint, id jure merito ascribi potest specialiori auxilio Dei, per hanc scientiarum naturalium culturam illas Evangelio convenientius suscipiendo præparantis; ut ostendit Eusebius opere *De præparatione evangelica.* Hinc Clemens Alexandrinus philosophiam vocat introductionem ad fidem. Id etiam innuunt hæc Apostoli verba de gentilibus philosophis ad Rom. I, 19 : *Quod notum est Dei manifestum est illis, Deus enim illis manifestavit.* »

quam quem postea fides infusa præstat. Hinc fidem naturalem esse aiebant saltem initialem aliquam, per quam homo ad Dei dona suscipienda se præpararet. Hunc errorem proscripsit Arausicana synodus, ac deinde Tridentina (sess. 6, can. 3), his verbis ex Arausicana mutuatis : *Si quis dixerit sine præveniente Spiritus sancti inspiratione atque ejus adjutorio hominem credere posse sicut oportet, anathema sit.* Verum cum ea exceptio (sicut oportet) non omnem assensum excludat, sed aliquem certum saluti accommodatum : controvertitur inter Catholicos quousque humana ratio sub solo providentiæ ordinariæ concursu, absque supernaturali auxilio, progredi possit circa veritates fidei sibi propositas. »

Ici Goudin confond sous une même réponse des thèses qui ne sont point de même nature. Mais pourquoi veut-il que le motif d'assentiment aux articles de foi ne puisse être dégagé de circonstances mauvaises? C'est que le bien suivant lui est la perfection de la nature et que la nature déchue, évidemment, ne peut avoir la perfection. Voilà pourquoi saint Thomas déclare quelque part que l'homme déchu est capable de quelque bien, et ajoute : comme par exemple de *bâtir* ou de planter une *vigne*. C'est par ce côté de doctrine que les thomistes ont pu paraître assez rapprochés des jansénistes.

« Probatur primo conclusio ex Scriptura : *II Petr.* I, 4 : *Maxima et pretiosa promissa nobis donavit, ut per hæc efficiamini divinæ consortes naturæ.* Unde *Joan.* I, 12, cætera dicuntur facta, de justis vero dicitur quod ex Deo nati sunt. Et Epistola I ejusdem apostoli cap. II, 2 : *Omnis qui facit justitiam, ex Deo natus est.* Item cap. III, 9 : *Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit, quoniam semen ipsius in eo manet, et peccare non potest, quoniam ex Deo natus est.* Et cap. V, 18 : *Qui natus est ex Deo, non peccat : sed generatio Dei conservat eum. Jac.* I, 18 : *Voluntarie genuit nos.* Porro nativitas et generatio, est naturæ communicatio. Hinc justi per gratiam dicuntur filii Dei, non solum nomine, sed etiam reipsa. *I Joan.* III, 1 : *Dedit nobis ut filii Dei nominemur et simus.* Item fratres Christi eique conformes, ad *Rom.* VIII, 29 : *Prædestinavit conformes fieri imagini Filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus.* Imo dii nuncupantur, *psal.* LXXXI, 6 : *Ego dixi, dii estis, et filii Excelsi omnes.* Easdem expressiones usurpant sancti Patres. Sanctus Augustinus *in psal.* XLIX : *Deus qui justificat, ipse deificat; quia justificando filios Dei facit. Si filii Dei facti sumus, et dii facti sumus.* Sanctus Basilius *Contra Eunomium*, lib. V : *Quomodo*, inquit, *creatura ad similitudinem Dei ascendat, nisi divino ejus charactere participaverit?* Sanctus Gregorius Nazianzenus in *Apologia*, proprium gratiæ effectum dicit deificationem Sanctus Cyrillus Alexandrinus, lib. IV *in Isaiam*, cap. XLIV : *Formatur*, inquit, *in nobis Christus sancto Spiritu, nobis divinam quamdam formam per sanctificationem indente: sic enim in animis nostris elucet character substantiæ Dei.* Ex his locis conficitur peremptorium istud argumentum. Verba quibus Deus nobis dona sua commendat non sunt in sensu hyperbolico accipienda : quasi plus exprimant, quam res ipsis subjectæ; quin imo firmiter credendum est res ipsas verborum expressionem excedere; atqui si gratia non esset propria et physica participatio divinæ naturæ, sed solum moralis : verba jam allata, quibus gratiæ dignitas exprimitur, quod per illam efficiamur divinæ consortes naturæ et filii Dei, palam forent hyperbolica, nec satis vera in sensu proprio, sed solum improprio et diminuto : ergo gratia non est participatio divinæ naturæ solum moralis, sed in sensu proprio; proindeque physice. Minor constat. Qui enim rem aliquam solum moraliter participat, eam impropriissime et solum diminute participat. Major itidem omnino certa censeri debet : nam Deus non est ut homines, qui magnificis verbis exigua bona solent extollere, sed magnitudine rerum promissa et verba quibus exprimuntur longe superat, juxta illud : *Oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparavit Deus iis qui diligunt illum.* (*II Cor.* II, 9.) Unde sanctus Augustinus apud Prosperum sent. 270 : *Tanta est excellentia bonorum spiritualium ut multo plus adeptura sit charitas, quam vel fides credidit vel spes desideravit.* »

CHAPITRE VI. — *Des divisions de la grâce. — De la grâce suffisante et de la grâce efficace.*

La grâce, de l'avis de toutes les écoles du moyen âge, se divise d'abord en grâce interne et grâce externe; et la grâce interne se subdivise en actuelle et habituelle.

La grâce actuelle comprend les impulsions divines par lesquelles Dieu excite aux choses divines notre intellect et notre volonté. La grâce habituelle est un don permanent ou un *habitus* infusé par Dieu, en vertu duquel nous sommes rendus aptes aux choses de l'ordre divin.

Quant à la grâce habituelle, elle se partage elle-même en *gratia gratum faciens* et *gratia gratis data*, la première qui rend l'homme juste et agréable à Dieu, la seconde qui lui permet, sans le rendre tel, de concourir au salut des hommes. l'une peut donc être définie : *Gratuitum Dei donum quo homo in se ipso justus ac acceptus Deo constituitur;* l'autre *Donum Dei gratis collatum ad procurandam aliorum salutem et ad ædificationem Ecclesiæ.*

La première de ces définitions convient *primo ac per se* à la grâce habituelle sanctifiante; elle convient aux vertus qui s'y joignent, et aux dons du Saint-Esprit qui sont, pour ainsi dire, les dons secondaires qui nous donnent une perfection capable de plaire à Dieu. Quoique la foi et l'espérance puissent être sans la grâce, et alors ne constituent pas l'homme dans un état agréable à Dieu,

néanmoins elles demandent à lui être jointes, et c'est pour cette raison qu'elles sont du genre de la grâce *gratum facientis*. Celle-ci du reste, ou du moins la grâce sanctifiante, a ceci de remarquable, qu'elle est la même dans les anges et dans les hommes, et dans toutes les créatures. Dieu pourrait-il, en vertu de sa puissance absolue, faire une grâce sanctifiante d'une autre espèce? Question insoluble (21). — Quant à la grâce *gratis data*, elle renferme les neuf dons suivants que Goudin énumère dans les termes suivants :

« Unde in supernaturalibus eadem mensura est hominis, quæ est angeli, ut dicitur *Apoc.* XXI, et in Scriptura passim nobis promittitur æqualitas cum angelis in gloria. Itaque re ipsa non est nisi unius speciei gratia sanctificans : quanquam secundum gradus et varia munera, effectusque secundarios, juxta subjecti et status conditionem varietur : quomodo dicitur alia gratia innocentiæ, alia naturæ lapsæ. Alia Veteris, alia Novi Testamenti, etc. Cæterum an de potentia Dei absoluta esse possint aliæ species gratiæ sanctificantis, certo determinari nequit. »

Revenons maintenant à la grâce *gratum faciens* pour l'étudier de plus près. Elle se divise en *operante* et *cooperante;* et les premiers linéaments de cette distinction sont déjà dans l'Ecriture. Seulement les théologiens ne sont pas d'accord pour la définir. Suivant saint Thomas, la grâce opérante est celle qui réduit la volonté, simple puissance nue, à son acte, en tant qu'acte surnaturel; elle a donc mission d'agir sur ce que nous appellerions la spontanéité humaine; au contraire la grâce coopérante agit, lorsque la volonté excitée par la première action divine commence à délibérer pour choisir, et se trouve aidée par Dieu dans ce travail réfléchi. Alvarez était d'un autre sentiment, il supposait que la volonté humaine n'est pas une simple capacité qu'un acte supérieur doive faire sortir de son état de possibilité pure. Mais selon Goudin lui-même:

« Gratia gratum faciens spectata sub ratione divini auxilii ad vitam pie instituendam et opera salutaria efficienda, dividitur in operantem et cooperantem. Hæc divisio habetur ex Scriptura, quæ gratiæ duo tribuit. Primo, ut aliquid in nobis operetur, nostram operationem præveniendo; ut *Act.* XIV, quod aperuerit cor Lidiæ purpurariæ ; ad *Philipp.* II, quod operetur velle; unde ad *Ephes.* II, dicimur creati in Christo Jesu in operibus bonis : creatio enim non cooperatio est, sed nuda Dei operatio. Secundo, gratiæ tribuit ut nobiscum jam operantibus cooperetur. *Marc*, XVI, 15 : *Prædicaverunt ubique Domino cooperante I Cor.* XV, 10. : *Non ego, sed gratia Dei mecum.* Eamdem divisionem commendant sancti Patres, sanctus Augustinus passim, sanctus Ambrosius, lib. I *in Lucam*, cap. XII. Item concilium Arausicanum, cap. 20 : *Multa*, inquit, *in homine bona fiunt, quæ non facit homo* (ecce gratiam operantem), *nulla vero facit homo bona, quæ non Deus præstet ut faciat homo* (ecce gratiam cooperantem), et cap. 9 : *Quoties bona agimus, toties Deus in nobis atque nobiscum ut operemur operatur.* Unde hanc divisionem omnes theologi admittunt, sed non uno modo eam explicant.

« Missis aliis explicationibus, dicendum cum sancto Thoma (1-2, quæst. 3, art. 2) : Hanc divisionem aptari posse, tum gratiæ habituali, tum gratiæ actuali. Et quidem habitualis gratia dicitur operans, quatenus dat esse divinum, et sanctos et justos nos constituit : id enim non nostra sed sola Dei operatio in nobis efficit. Cooperans vero quatenus mediantibus virtutibus est principium bonorum actuum, qui etiam a nostro procedunt arbitrio. Gratia vero actualis dicitur operans, quatenus in nobis causat pios motus et actus indeliberatos, ad quos voluntas non se movet, sed tantum movetur a Deo; quique sunt ut prima principia et semina omnis sanctæ deliberationis. Dicitur autem cooperans, quatenus voluntatem jam in actu factam per illos primos motus rursus adjuvat ut illis cooperetur, se ipsam movendo ad alios ex ipsis consequentes. Uno verbo ut exponit Cajetanus ibidem, gratia dicitur operans, quatenus causat in nobis primam intentionem boni supernaturalis, quam sanctus Thomas intelligit nomine actus interioris voluntatis ; dicitur cooperans, quatenus nos adjuvat ut ex illa intentione per propriam deliberationem perveniamus ad piam electionem, quam comprehendit nomine actus exterioris et imperati : omnes enim actus voluntatis præter primum sunt imperati. Ex sancto Thoma (1-2, quæst. 17, art. 5). Hanc vero suam explicationem sic probat sanctus Thomas : *Operatio non tribuitur mobili, sed moventi. In illo ergo effectu in quo mens nostra est mota et non movens, solus autem Deus movens, operatio soli Deo tribuitur : et secundum hoc dicitur gratia operans. In illo autem effectu in quo mens nostra et movet et movetur, operatio non soli Deo tribuitur, sed etiam animæ : et secundum hoc dicitur gratia cooperans.* Porro ut subdit, duplex in nobis est actus, unus ad quem voluntas movetur tantum a Deo, nec se ipsam movet; scilicet prima intentio ; alius vero ex eo consequens, ad quem etiam voluntas se ipsam movet, scilicet electio : nam ex intentione finis voluntas se movet ad eligenda media; ad utrumque autem ut pie fiat opus est actuali gra-

(21) « Gratia gratis data definitur, donum Dei gratis collatum ad procurandam aliorum salutem, et ad ædificationem Ecclesiæ, juxta illud *I Cor.* XII, 7 : *Datur unicuique manifestatio spiritus ad utilitatem*, scilicet aliorum. Apostolus ibidem hujus gratiæ novem species enumerat. Prima, est sermo sapientiæ ; secunda, sermo scientiæ ; tertia, fides ; quarta, gratia sanitatum ; quinta, operatio virtutum, id est, insigniorum miraculorum ; sexta, prophetiæ donum ; septima, discretio spirituum, id est occultorum quæ in corde latent; octava, genera linguarum ; nona, interpretatio sermonum, id est sensuum occultorum in verbo divino. »

tia; unde recte dividitur in operantem et cooperantem.

« Ut hæc sancti Thomæ doctrina melius intelligatur, observandum cum ipso (1-2, quæst. 9, art. 4), aliisque in locis : Quod nihil movet in quantum est in potentia, sed in quantum est in actu; et ideo quandoque est in potentia, quandoque in actu, nec seipsum nec alia movere potest, nisi prius reducatur in actum ab aliquo movente; porro voluntas creata quandoque est in potentia : nam incipit velle, cum antea non actu vellet; unde se ipsam movere nequit, nisi prius ab aliquo superiori reducatur in actum, scilicet ab eo qui solus operatur in voluntate. Itaque ad primum suum actum, qui est prima intentio, voluntas se ipsam non movet, sed tantum movetur a Deo; et quidem in naturalibus, ut voluntas incipiat se movere, satis est Deum illam primo movere ad volitionem boni in communi, ex qua se ipsam movet et per rationem determinat ad eligenda bona particularia; ut ait sanctus Thomas (1-2, quæst. 19, art. 6, ad 3). Verum id non sufficit ut se moveat ad bona supernaturalia : quia sicut conclusio supernaturalis non continetur in principio naturali, ita nec supernaturalis deliberatio vel electio continetur in prima intentione naturali hominis; unde ut ibidem notat, oportet ut Deus incipiat eam determinate movere per gratiam ad primam volitionem boni supernaturalis. Quod ergo Deus voluntatem hominis actu non inclinatam ad bonum supernaturale, vel etiam ab illo aversam, ut contingit in peccatoribus, incipiat ad illud movere, pertinet ad gratiam operantem, quæ comprehendit pias affectiones et cogitationes subitas ac indeliberatas, quibus voluntas præcipue mala, jam incipit erigi ad Deum; pura cogitando de sua conversione, et incipiendo illam ut bonam velle. Cum vero voluntas ea prima volitione excitata incipit deliberare circa suam conversionem; ut perveniat ad eligendum, et cum elegerit perficiat, a divina gratia adjuvatur; tunc proprie dicitur gratia cooperans. Addendum tamen quod quia mens supra se ipsam reflectitur, cum jam in actu facta per illos primos indeliberatos motus incipit se ipsam movere ac deliberare : non solum de aliis, sed etiam de iis ipsis deliberare potest, an illis velit assentiri vel dissentiri; et tunc incipiunt esse liberi, cum scilicet homo eos libere acceptat : quippe cum illos posset respuere. Cæterum ut primo imprimuntur a Deo, nec liberi sunt nec meritorii.

« Atque hinc refellitur dicendi modus Alvaresii ex propriis ejus principiis : homo enim censetur proprie gratiæ cooperari, cum ad actum quem ea operante producit, ipse se movet; ut fatetur Alvarez, et docet Tridentinum; nempe hominem gratiæ cooperari ei consentiendo (sess. 6, cap. 5, et can. 4), sed voluntas non se movet libere ad primos illos indeliberatos actus, ut ex ipsis terminis constat : ergo non sunt a voluntate cooperante, sed solum a gratia eos operante; quanquam ipsius voluntatis sit cum eos in se percipit, reflexione quadam ipsos respuere vel acceptare. Itaque non sunt cooperantis arbitrii saltem ut primo immissi, sed solum ut deinde approbati. Unde Tridentinum contra Lutheranos statuit, hominem gratiæ cooperari, *quatenus*, inquit (sess. 6, cap. 5), *motus illos recipit cum rejicere posset;* seu ut ait can. 4, *illis cooperatur assentiendo Deo vocanti*. Ex quo habetur proprium gratiæ operantis munus esse illos primos pietatis effectus in corde excitare : neque enim ad hoc aliquid homo contribuit. Cooperantis vero gratiæ duo esse munera; primum efficere ut homo primos illos motus per liberum acceptet arbitrium : quippe cum eos posset rejicere, ac veluti in se ipso exstinguere. Alterum ut iis acceptatis fecundum illos eligat et operetur.

« Dividitur quinto gratia in prævenientem et subsequentem, juxta illud *psal.* XXII, 6 : *Misericordia ejus subsequetur me.* Et *psal.* LVIII, 11 : *Misericordia ejus præveniet me.* Unde Ecclesia : *Tua nos*, inquit, *gratia et præveniat et sequatur*. Ratio hujus divisionis est, quia in progressu vitæ spiritualis, quinque sunt ordine quodam sibi succedentia : primo, sanari a peccato; secundo, bonum velle; tertio, bonum volitum efficaciter operari; quarto, perseverare; quinto, finem gloriæ consequi. Itaque gratia ut præstat priores effectus, dicitur præveniens comparatione posteriorum; et e contra subsequens, comparatione priorum. Gratia operans est simpliciter præveniens, quia nullum priorem supponit effectum; cooperans vero potest dici vel præveniens vel subsequens etiam respectu ejusdem effectus, ut comparati ad præcedentes vel subsequentes.

« Dividitur sexto gratia in excitantem et adjuvantem. Excitans dicitur quæ nos in somno, imo in morte peccati jacentes, stimulat ad inchoandam novam vitam. Hæc itidem dicitur et vocans et pulsans : vocans respectu intellectus, cujus est Dei vocem audire. Pulsans respectu voluntatis, cujus est impelli à Spiritu sancto; gratia dicitur adjuvans, quæ jam excitatos adjuvat ad id libere eligendum et efficaciter agendum et constanter tenendum, ad quod primo excitati sumus. Præter has faciliores et ab omnibus theologis admissas divisiones, alia difficilior est gratiæ partitio, in gratiam sufficientem et gratiam efficacem; de qua paulo accuratius erit tractandum. »

Enfin nous touchons à la distinction capitale de la *grâce suffisante* et de la *grâce efficace*.

Les thomistes purs, toujours fidèles à la distinction peripatéticienne de la puissance d'agir et de son usage, c'est-à-dire, partant de ce point de vue que les facultés humaines sont de pures puissances scolastiques, disaient : La *grâce suffisante* est celle qui fournit la faculté de la bonne action, la *grâce efficace* celle qui fournit le bon usage de cette faculté. L'un est la grâce de la possibilité, l'autre celle de l'action. Les théologiens moins thomistes disaient tout simplement : *Gratia sufficiens est, cum non deest homini*

ad opus pietatis præstandum, tametsi ejus defectu non fiat, efficax vero tanta et talis est ut etiam præstet homini ne ab ea deficiat seu illi desit(22).

On n'ignore pas que les disciples les plus exclusifs de Molina prétendirent que cette division en grâce efficace et suffisante n'est pas fondée et qu'en soi Dieu n'accorde que la grâce suffisante, laquelle devient efficace par notre volonté. Bellarmin dans son livre 1er *De la grâce et du libre arbitre* réfuta vivement cette opinion sans pourtant la déclarer hérétique, et le général des Jésuites, Claude Aquaviva, la proscrivit par un décret. Elle était visiblement contraire non-seulement à saint Thomas, mais à saint Augustin, et difficile à concilier avec les saintes Ecritures et même avec les canons du concile de Trente (23). De plus elle ne s'accorde pas très-aisément, si nous ne nous abusons, avec le principe général qui domine toute la doctrine de la grâce.

D'autre part, un certain nombre de thomistes se représentaient la grâce suffisante comme une entité stérile et sans effet, à laquelle Dieu a refusé toute puissance, toute énergie, et qui ne produit absolument rien. D'autres à la vérité répondaient : Non, ce n'est pas une entité stérile, c'est un germe qui se développe, qui a des commencements de pousses fécondes, mais qui est arrêté par l'effort de la volonté mauvaise; c'est la bonne graine que les plantes parasites étouffent. Que le soleil arrive et elle croîtra en dépit de tout. Ce soleil, c'est la grâce efficace :

« Nunc breviter respondemus, esse principium et inchoationem boni operis ac veluti semen illud evangelicum cordi nostro divina bonitate insitum, virtute continens fructum piæ actionis; imo ex quo re ipsa germinaret usque in finem, nisi virtutis ejus cursum homo sua defectiva libertate interrumperet : uti semina terræ mandata nisi spinis ex ea germinantibus, aut ejus ariditate alioque defectu impedirentur; hæc utriusque gratiæ notio infra uberius explicanda, interim ob oculos poni potest exemplo solaris virtutis, quam etiam ingratis et sterilibus plantis quantum est ex parte solis sufficienter adesse omnes intelligunt, sed plantæ defectu accidere quominus sit fructifera. Finge itaque solem præter hunc sufficientem influxum quo plantis omnibus ex æquo præsto est, id habere ut illos qui ex parte plantarum defectus oriri solent, omnes in manu habeat : adeo ut nullus accidat nisi eo permittente, nullus amoveatur nisi eo per uberiorem et gratuitum influxum emendante. Jam clare intelliges solem plantas quas nativo defectu permittit a sua virtute deficere, tantum sufficienter adjuvare; quas vero specialius fovet, ne communi illi suo influxui desint, etiam efficaciter adjuvare; sicque distingui oportere duo solis adjutoria, unum sufficiens tantum, quo tribuit communiter plantis fructum ferre posse; alterum vero efficax, quo tribuit re ipsa fructum ferre. Nec tamen vides ullum ex parte solis influxum suapte natura sterilem esse, sed magis in suo ordine actuosum; tametsi aliquando effectum non obtineat in aliquibus plantis earum defectu; in aliis vero in quibus illum obtinet, id ipsum referatur ad amplius solis adjutorium. Id totum in sole fictum, in Deo vere locum habet; quippe non solum rationabilibus plantis suo flatu vim ferendi pietatis fructus præstat, hisque ad id tanquam generalis motor adest, ut de sole dixi atque ita omnes quantum est ex se sufficienter adjuvat, ipsis præbendo boni operis facultatem; sed præterea sub suo nutu continet omnes earum defectus, neque ullus accidit, nisi ejus permissu, nec ullus removetur nisi ejus beneficio; juxta illud Psalmistæ: *Qui sanat omnes infirmitates tuas.* Et illud sancti Thomæ : *Liberum arbitrium ex se deficientiam habet, ex Deo autem ut non deficiat.* Cum ergo Deus permittit liberum arbitrium sua defectibilitate excidere ab opere sancto, ad quod facultatem habebat ex illa communiori gratia; tunc proprie dicitur tantum sufficiente adjuvare. Cum vero uberiori benignitate providet, ne quis defectus liberum arbitrium ab hoc pietatis opere avertat, et veluti gratiæ cursum interrumpat, dicitur etiam efficaciter adjuvare. Cæterum qua ratione Deus efficiat per specialem gratiam, ut illi quibus ipse adest per communiorem gratiam, ei non desint : alia quæstio est inter defensores efficacis gratiæ. Unum apud eos constat, quoties gratiæ non desumus sed consentimus, hoc ipsum dari et effici a gratia. »

Ceci posé, Goudin définit le secours suffisant en ces termes : *Gratia sufficiens non consistit præcise in uno aliquo determinato, sed in complexione plurium beneficiorum, quibus providentia nulli deficiens, sed in omnes juxta cujusque captum effluens, creatu-*

(22) Voici les explications étendues de Goudin sur ce sujet : « Deus præstat nobis ut pietatis opera possimus, quatenus ut institutor status gratiæ, supernaturalem confert facultatem, eique ut motor ita præsto est, ut non ejus defectu, sed hominis accidat boni operis prætermissio. At vero præstat ut bonum reipsa fiat, quatenus specialiori benignitate nobis confert ut tali facultati non desimus, sed ea recte utamur : cum enim usus ille sit bonus, imo melior quam ipsa facultas : ab eo est a quo est omne bonum. Gratia sufficiens proprie spectat ad providentiam communem, quæ cum res ordinat in finem aliquem, simul eas instruit mediis ad illum sufficientibus juxta cujusque conditionem; non tamen tollit defectus ex earum parte emergentes, quibus sæpe fit ut hæc media cassa sint, nec finis reipsa obtineatur. Efficax vero pertinet proprie ad specialem providentiam, cujus est procurare effectionem rei, et finis assecutionem : ita ut tametsi deficere possit propter causam defectibilem, re ipsa tamen non deficiat. Item prima pertinet ad voluntatem antecedentem quæ respicit rem secundum se, præcisis circumstantiis et defectibus qui intervenire possent, secunda pertinet ad voluntatem consequentem, quæ rem spectat et intendit comprehendendo omnes ejus circumstantias, et providendo ut nihil obsit vel desit, quominus effectus fiat. »

(23) Cf. notamment sess. 6, cap. 13 et 14.

ram rationalem ita instituit et adjuvat ad bonum suum assequendum, ut non auxilii subtractione ac facultatis defectu, sed voluntario suæ voluntatis judicio et abusu ab illo deficiat.

Maintenant à qui est donné ce secours? Personne, répond l'auteur, n'est sur cette terre assez endurci pour manquer de tout secours suffisant, au moins éloigné, secours qui lui permette d'éviter le péché et de remplir le précepte qu'il est actuellement tenu de remplir. Puis il ajoute : il est pieux et raisonnable de croire qu'il n'y aucun homme, même parmi les infidèles et les endurcis, auquel Dieu ne donne suivant les lieux et les temps un secours suffisant — du moins éloigné — pour se convertir et se préparer à la grâce.

Nous avons déjà cité l'opinion de certains molinistes sur la grâce efficace : suivant eux, elle était efficace parce que nous consentions à son action. Molina et Lessius ont incliné vers ce parti. Mais deux autres lui succédèrent. Suivant certains scotistes et suivant certains Jésuites, l'efficace infaillible de la grâce dont il s'agit, ne tient pas à l'événement lui-même, mais à la direction de la *science moyenne*. En d'autres termes, Dieu, suivant ces théologiens, avant de porter son décret sur les actes pieux, sait par sa science moyenne *quels* secours dans telles circonstances doivent avoir notre consentement et quels doivent ne pas l'avoir. Ensuite il détermine dans sa bonté toute gratuite ceux qu'il veut sauver et il choisit pour eux les secours auxquels il a prévu qu'ils donneront ce consentement. D'où il suit que *comme bienfait* (*in ratione beneficii*), la grâce efficace est toujours plus grande que la grâce suffisante, non qu'elle l'emporte sur elle en vertu, mais parce qu'elle est plus opportune. La grâce efficace est donc infaillible, non d'une infaillibilité de causalité, mais d'une infaillibilité de prescience. Telle est la doctrine notamment d'Aquaviva.

Quant à la théorie qui reconnaît une infaillibilité de convenance ou *de congruitate*, elle se rapporte à celle que nous venons de définir et elle en constitue une simple variété.

Signalons enfin la thèse dominicaine qui est l'antithèse de celle des Jésuites et des scotistes. Les Dominicains cherchent le principe de l'infaillibilité d'action de la grâce efficace dans la causalité même de cette grâce, Dieu ayant, disent-ils, un souverain pouvoir sur les cœurs. Voici en quels termes Goudin l'expose :

« Tertia sententia statuit infallibilem gratiæ efficaciam oriri ex omnipotentia divina, et supremo dominio quod Deus habet supra corda hominum, sicut supra omnia quæ in cœlo et sub cœlo sunt : uti eam expressere Patres nostri in congregationibus de auxiliis. Unde non infallibilitas præscientiæ ut vult secunda sententia, sed causalitatis : non enim infallibilitas operationis gratiæ fundatur in præscientia nostri consensus, sed e contra infallibilis certitudo præscientiæ fundatur in infallibilitate divinæ virtutis et causalitatis. Hanc sententiam totus Prædicatorum ordo ut germanam sancti Augustini et sancti Thomæ semper amplexus est; et pro ea ut pro aris et focis contra oppositam semper pugnavit : ut merito transfuga et proditor Dominicanæ doctrinæ dicatur, quisquis eam deserit. Eamdem esse catholicam doctrinam ab Apostolo traditam et ab Ecclesia deinceps contra Pelagianum errorem defensam omnino censemus ; et licet oppositum nulla hæreseos nota inuramus, ne Sedis apostolicæ nondum propalatum contra eam judicium antevertamus, nullatenus tamen cum doctrina gratiæ, uti a sancto Augustino et a pontificibus et a conciliis contra Pelagianos explicata est, posse cohærere, arbitramur.

« Eamdem nobiscum defendunt innumeri alii theologi, imo plerique ex societate etiam ex modernis ut, Pater Garnerius in suo manuscripto, *Tractatu de gratia*, disp. 3, *de gratia efficaci*, lect. 4, art. 2, ubi docet infallibilem connexionem inter gratiam quæ dicitur efficax, et consensum : non esse solius præscientiæ ut vult Suarez, sed etiam causalitatis. Unde, art. 4, postquam prænotavit, ut sententia quædam circa gratiam probetur, oportere ut fidei atque rationi congruat, sic pergit. Tria docet fides : primo, Deum esse omnipotentissimum in trahendis hominum cordibus in bonum; secundo, hominem libera voluntate sequi Deum trahentem; tertio, primam causam discretionis Deo tribui debere quando agitur de operibus salutaribus ; tria itidem docet ratio : Primo, nullam in Deo cognitionem veritatis debere poni præter eam quæ sit aut scientia aut sapientia; secundo, scientiam mediam digne Deo explicandam esse, aut Deo non tribuendam; tertio, in hoc negotio non esse formidandum quoties premuntur vestigia Patrum qui gratiam adversus inimicos suos defenderunt. His suppositis, inquit, vix possum probare eam sententiam sive quæ est Lessii, sive quæ Suaris ; quatenus negat antecedenter ad præscientiam consensus sive absolute sive conditionate futuri, gratiam posse dici efficacem seu infallibiliter illaturam consensum, non possum, inquam, eam probare sententiam : nam antecedenter ad scientiam mediam connexio inter gratiam et consensum debet esse infallibilis ; et in fine tractatus concludit, eam sententiam esse conformiorem non Augustino tantum et Patribus, sed etiam communi prudentium sensui. Subdit autem, fateor eam suas pati difficultates, propterea quod non satis congruit cum nonnullis præjudiciis quæ multorum doctorum mentibus idcirco adhæsere, quia voluerunt recedere quam longissime ab adversariis suis in negotio gratiæ efficacis. Idem auctor passim urget principia gratiæ per se efficacis ; ut supremi Dei dominii, summæ creaturarum a Deo dependentiæ, et quod ipse sit causa omnis boni ; aliaque hujusmodi. Et quamvis infallibilem gratiæ causalitatem reponat in causalitate morali : huic tamen idem tribuit quod Thomistæ causalitati physicæ ; ut magis voce quam re differre videatur, si

attendatur ad ejus principia, Deinde non tanti est quo nomine appelles infallibilem gratiæ causalitatem, modo admittatur ex propriis consensum infallibiliter inferre, infallibilitate causalitatis, scientiam mediam antecedent : quod ipse defendit. Unde vel hinc spes affulget paulatim detersa contentionum amaritudine omnes paulatim ad hanc sententiam reversuros ; quæ sane videtur non tantum in Patrum monumentis, sed etiam in omnium fidelium cordibus insculpta, gratiam Dei infallibiliter nobis consensum dare, ut vera causa dat suum effectum : non enim solum Deo gratias agimus quod dederit esse bonum, sed maxime quod dederit velle ; et hoc præcipue ab ipso petimus.

« § II.— *Refellitur prima et secunda sententia.*

« Contra primam sententiam quæ gratiæ efficaciam ex solo repetit eventu, et quam proscripsit a societate generalis Aquaviva, hic solum apponam quod scribit Bellarminus lib. I *De gratia et libero arbitrio*, cap. 12 : *Hæc opinio*, inquit, *aliena est omnino a sententia D. Augustini, et quantum ego existimo a sententia etiam Scripturarum divinarum ;* nam sanctus Augustinus, *De prædestinatione sanctorum*, cap. 8, dicit, hanc gratiam, efficacem videlicet a nullo duro corde respui, quia ipsa cor emollit. Ubi vides efficaciam tribui gratiæ, non voluntati humanæ ; et libro *De spiritu et littera*, quærens cur Deus uni ita suadeat ut persuadeat, alteri non ita, non respondet quia unus consentit, alter non consentit, sed exclamat : *O altitudo !* Itaque refert in arcanum divinæ voluntatis cur uni detur gratia efficax, alteri non detur. Et epist. 107, *Ad Vitalem*, reprehendit eos, qui dicunt omnes homines fuisse accepturos gratiam Dei, si non illi quibus non datur eam sua voluntate respuerent. Ubi sine dubio loquitur de gratia efficaci....non igitur vult sanctus Augustinus gratiam efficacem pendere ab humana voluntate, sed a divina. Denique tam hoc est in operibus sancti Augustini frequens et obvium, ut supervacaneum sit id pluribus confirmare. Hæc ille de mente sancti Augustini. Peragit postea :

« Quod attinet ad Scripturas sacras, verba illa Domini (*Joan.* VI, 45) : *Omnis qui audivit a Patre et didicit venit ad me*, satis perspicue docent in quo sita sit efficacia gratiæ : illi enim infallibiliter veniunt ad Christum qui Patrem cœlestem habent doctorem : ita ut infallibilitas effectus non habeat pro causa studium discipuli, sed excellentiam magistri : allegat enim ibi Dominus prophetiam *Isaiæ* (LIV, 132) : *Erunt omnes docibiles Dei ;* velut clarius, habetur in textu Græco *docti a Deo*. Vide Augustinum tractantem hunc locum, *De prædest. sanct.*, cap. 8. Alius locus est (*I Cor.* IV, 7) : *Quis te discernit ? quid habes quod non accepisti ?* Nam si vera esset opinio istorum, fidelem ab infideli plane discerneret liberum arbitrium, contra Apostolum. Et ideo non solum posse credere, sed ipsum credere etiam dicit esse donum Dei. (*Philipp.* I, 29.) Et Deum in nobis operari non solum ut possimus velle, sed etiam ut velimus. (*Philipp.* II, 13.)

« Denique hæc opinio, inquit, evertit omnino fundamentum prædestinationis divinæ quam sanctus Augustinus ex Scripturis solidissime comprobavit. Hactenus Bellarminus, apud quem postremum illud argumentum eo fortius est, quod ut ipse statuit disertis verbis eodem libro, cap. 11, sententia prædestinationis non quorumvis doctorum opinio, sed fides Ecclesiæ catholicæ dici debet.

« Quantum ad secundam sententiam, quæ censet infallibilem gratiæ efficaciam repeti ex directione præscientiæ, et quod detur in iis circumstantiis in quibus prævisa est habitura effectum : hæc, inquam, sententia licet præ priori id habeat sane non contemnendum, quod salvet gratuitam prædestinationem et opera pietatis aliquo saltem sensu esse gratuita Dei beneficia ; in multis tamen aliis deficit.

« Primo enim, ruinoso nititur fundamento, nempe scientia media, quam solo loco satis expugnavimus. Secundo, efficaciam gratiæ perinde ac prima non refundit in Deum ut causam, sed in eventum et creati arbitrii consensum : id enim præ prima Deo solum tribuit, ut exploret quam gratiam voluntas efficacem redditura sit, quam infructuosam : illamque præ ista eligat iis quos vult bene operari. Non itaque Deus gatiæ tribuit efficaciam, sed solum quam ex consensu efficacem prævidit, ipse seligit. Unde argumenta quæ gratiam ex consensu efficacem refellunt, hanc secundam sententiam perinde impugnant. Tertio, illud adhuc incommodum habet, quod præterea iis pene omnibus argumentis obnoxia sit quæ proferri solent contra gratiam per se efficacem ; nam homo cui Deus ea solum auxilia seligit quæ frustranda prævidit, nihil amplius aut facit aut faciet, quam ille cui Deus denegat gratiam per se efficacem, ac pure sufficientem tribuit ; ut etiam expendit Mertinonus recens ex societate scriptor in suo Anti-Jansenio (disp. 26, sect, 3, num. 25), unde merito concludit eam sententiam inutiliter excogitatam fuisse ad expediendas aut emolliendas difficultates circa auxilia divinæ gratiæ. Quarto, hæc sententia non salvat modum quo merita et opera bona dari et effici a Deo tradunt Scriptura, Patres, et concilia : nempe ita ut ipse sit qui operatur in nobis velle et perficere ; qui facit ut faciamus, auferendo cor durum, et præbendo cor docile ; qui operatur omnia in omnibus, etc. Hæc enim et innumera hujusmodi in hac secunda sententia vera non sunt, quia juxta eam Deus non operatur nostrum consensum, sed prius explorat ubi et quando consensuri sumus, nec ex duobus æqualiter induratis uni præ alio cor emollit, sed eo solo uni præ alio favet, quod illum in illis ponat circumstantiis in quibus prævidit ipsum cor suum præ alio emolliturum, consensurum, et bene operaturum. Quinto, id palmare incommodum habet hæc sententia ut cum Deum operum bonorum auctorem suo sensu salvare

velit, eumdem imprudenter simili modo malorum operum faciat auctorem; quod ut impium anathematizat Tridentinum. (Sess. 6, can. 6.) Nam juxta hanc sententiam, liberum arbitrium perinde omnibus tribuit Deus quo gratiæ consentire et dissentire possint. Omnibus æqualiter offert suum concursum ad dissensum et consensum, ad actus bonos et malos; quantum vero ad auxilia gratiæ, nonnunquam fortiora tribuit dissentientibus et male agentibus, quam aliis; solaque ratio cur fit ut aliqui præ aliis consentiant, et bene agant, ex libertate eorum provenit: Deus autem eo solo auctor est et dator consensus ac boni operis, quia ipse est qui constituit hominem in iis circumstantiis in quibus prævidit consensurum et bene operaturum: atqui similiter ipse est qui constituit hominem in iis circumstantiis in quibus prævidit gratiæ dissensurum et male operaturum: ergo pari ratione auctor erit ac dator dissensus sicut consensus, demeriti sicut meriti, mali operis sicut et boni. Sexto demum, ne alia congeram quæ expendimus contra sententiam mediam, et pro decretis ex se efficacibus; hæc sententia iisdem refellitur argumentis quibus statim probabimus gratiam esse per se infallibiliter efficacem infallibilitate etiam ordinis et causalitatis.

« § III. — *Statuitur tertia sententia, scilicet gratiam esse per se infallibiliter efficacem, etiam infallibilitate ordinis et causalitatis.*

« Hanc sententiam non modo veriorem esse, imo genuinam esse Ecclesiæ doctrinam, a Patribus, conciliis, Pontificibus contra Pelagianos et eorum reliquias defensam, innumera suadent momenta, e quibus quatuor solum hic breviter expendemus.

« Primum ac peremptorium argumentum petitur ex illa Ecclesiæ regula. Sic confitenda est gratia Dei, ut ejus operationi ac dignationi nihil penitus subtrahatur; sed id quo gratia efficax est, quidquid sit, est sine dubio aliquid, imo præcipuum in negotio salutis: quia parum est habere gratiam, si in vacuum habeatur, seu effectu careat: ergo id tam insigne minime subtrahendum est operationi gratiæ; atque adeo confitenda est efficax efficacia ordinis seu propriæ causalitatis. Minor constat. Major ipsam fidei regulam continet, quæ disertis verbis habetur in Capitulis Cœlestini Papæ, capite ultimo, et quam etiam confirmavimus supra, quæst. 3, art. 1, p. 2, ex Scriptura, Patrum traditione, ac perpetuo fidelium consensu; imo quam aperte tradit Apostolus ad *Rom.* XI, 36: *Quoniam ex ipso, per ipsum et in ipso sunt omnia.* Et *I Cor.* IV, 7: *Quid habes quod non accepisti? si autem accepisti, quid gloriaris?* Et cap XII, 6: *Deus operatur omnia in omnibus.* Consequentia vero constat ex terminis: nam hæ voces sunt synonymæ, gratia est efficax ex propria operatione, et est efficax efficacia causalitatis.

« Hoc argumentum eo pluris faciendum est, quod sanctus Augustinus illud potissimum urget ut Pelagianismi reliquias aliquid tantulum gratiæ subtrahentes penitus eradicet; lib. *De prædest. sanct.*, ubi cap. 3 et 4, ingenue fatetur, cum olim errasset, ut postea Semi-Pelagiani, existimans primum saltem consensum, quo fidei propositæ assentimur, nostrum esse proprium ac nobis ex nobis inesse; se hoc ab errore revocatum fuisse præcipue illo Apostoli testimonio quo præfatum argumentum pressius continetur, *Quid habes quod non accepisti? si autem accepisti, quid gloriaris?* Unde non dubito, si qui similiter existiment gratiam non esse efficacem ex sua causalitate, sed ex aliquo ex parte nostra accedente: quidvis illud sit; eodem quoque argumento, si illud mente præjudiciis libera paulo attentius considerarent, ad saniorem sententiam fore reducendos. Nec dici potest eo quidem argumento funditus subrui primam sententiam, quæ gratiæ efficaciam ex solo eventu repetit; at non item secundam, quæ illam repetit ex eo quod Deus gratuita bonitate nos in iis collocet circumstantiis in quibus consensuros prævidit: non enim id est, operari consensum, sed solum illius operandi occasiones nobis procurare; ut per se notum est. Deinde circumstantiæ non operantur consensum, ut illi auctores fatentur: ergo nec Deus ex eo præcise quod illas apponat. Demum, ut superius dixi, si Deus auctor consensus esset, quia ponit nos in circumstantiis in quibus consensuros prævidit: pariter auctor esset dissensus, cum aliquos in iis ponit circumstantiis in quibus dissensuros prævidit. Itaque hæc sententia consensum operationi gratiæ subtrahit, contra fidei regulam.

« Secundum argumentum petitur ex iis Scripturæ, Patrum et conciliorum testimoniis, in quibus efficacia gratiæ ex eo commendatur, quod Deus ipse sit qui facit ut faciamus, qui cor inclinat quocunque vult, qui duritiam ejus aufert, et proclive ad bonum facit, qui non solum vocat per gratiam, sed etiam aures vocationi obedientes præbet, qui præparat voluntatem, qui aptat nos ad omne bonum, qui demum operatur in nobis ipsum velle, id est, consensum: ut merito ei dicamus illud *Jerem* XXXI, 18: *Converte me, et convertar.* Et *Thren.* V, 31: *Converte nos, Domine, ad te, et convertemur.* His enim et similibus locis commendatur gratia tantæ energiæ et virtutis ut ei nunquam resistatur; sed propria virtute infallibiliter effectum inferat; juxta illud sancti Augustini lib. *De prædest. sanct.*, cap. 8: *Hæc gratia a nullo duro corde respuitur, quia ad tollendam cordis duritiam primitus datur;* quatenus, ut subdit, ipsa aufert cor lapideum et dat cor carneum; id est, aufert resistendi voluntatem et tribuit consentiendi promptitudinem.

« Tertium argumentum sumitur ex iis itidem apertissimis testimoniis, quæ referunt efficaciam gratiæ ad omnipotentissimam Dei potestatem supra corda hominum; ut præter laudata, hæc quæ sequuntur *Prov.* XXI, 1: *Cor regis in manu Dei.* Id est, perfecte est subditum Dei potestati. *Esther* XIII, 9: *In ditione tua cuncta sunt posita, et non est*

qui possit resistere voluntati tuæ. Lucæ III, 8 : *Potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ.* Id est, ex durissimis pios et fideles efficere; qui locus alludit ad illum *Ezechiel.* XXXVI, 26 : *Auferam cor lapideum, et dabo cor carneum;* id est, cor obediens, ut exponit sanctus Augustinus, cap. 16 *De grat. et libero arbit.* Unde cum Deus Abrahæ fidem gentium promisisset, ipse id firmiter credidit : *Plenissime sciens,* inquit Apostolus, ad *Rom.* IV, 21, *quia quæcunque promisit Deus, potens est et facere.* Ex quo loco notat sanctus Augustinus *De prædest. sanct.* cap. 10, apertissime astrui gratiæ efficaciam ex Dei omnipotentia : *Promisit enim,* inquit, *quod ipse facturus fuerat, non quod homines, quia etsi faciunt homines bona quæ pertinent ad colendum Deum, ipse facit ut illi faciant quæ præcipit, non illi faciunt ut ipse faciat, quod promisit; quoniam quæ promisit, potens est et facere; non ait prædicere, non ait præscire, sed ait, potens est et facere.* Vide totum locum : directe enim militat contra efficaciam ex præscientia. Hinc sanctus Augustinus centies refert efficaciam gratiæ ad id quod Deus habeat humanorum cordium quo placet inclinandorum omnipotentissimam potestatem. (Vide *De correp. et grat.*, cap. 14.) Hinc exclamat *Enchiridii* cap. 98 : *Quis tam impie desipiat, ut dicat Deum humanas hominum voluntates, quas voluerit, quando voluerit, et ubi voluerit, in bonum non posse convertere?* Ubi vides eos perstringi, qui efficaciam gratiæ repetunt ex circumstantiis. Sed nimium foret loca omnia recensere.

« Quartum demum argumentum desumitur ex duobus principiis ratione simul ac fide certissimis. Quod homo gratiæ consentiat et bene agat, id semper provenit ex aliquo bono effectu; quod vero dissentiat et male agat, semper provenit ex aliquo defectu : ut enim inquit sanctus Thomas, I part., quæst. 49, art. 1, semper in actione causatur malum propter defectum alicujus principii, sed omne bonum et omnis effectus ad causalitatem Dei reducendus est, defectus vero ad causam secundam : Deus enim est primum principium efficiendi, atque totius boni quod est in creatura; causa vero secunda est sibi principium deficiendi : non enim hoc habet a Deo, sed a se ipsa quatenus est ex nihilo : ergo quovis te vertas, et quemvis modum explicandæ efficaciæ gratiæ sequaris, tandem huc redeundum est, ex nobis quidem fieri quandoque ut gratia sit inefficax : at vero quod sit efficax, id repetendum esse ex divina causalitate : atque ita gratiam esse efficacem ex ipsa Dei causalitate, non vero ex aliquo ex nobis ipsi accedente. Hæc principia non solum fides docet, sed etiam ratio; atque adeo conclusionem ex ipsis sequentem : quam etiam omnes omnino fideles orando confitentur, cum Deo bonorum omnium largitori gratias agunt, non solum quod auxilium quo possent habuerint, sed etiam quod ipsi fideliter consenserint, juxta illud Apostoli *I Cor.* VII, 25 : *Misericordiam consecutus sum ut sim fidelis.*

« His argumentis ita demonstratum puto gratiam non ex præscientia nostri consensus, sed ex efficacia divinæ causalitatis habere ut sit efficax, ut neminem censeam nisi errando posse contra illam veritatem disputare : errando inquam non solum contra fidei regulas, præcipue illam, divinæ gratiæ operationi nihil penitus esse subtrahendum; sed etiam contra philosophiæ principia, ex quibus habemus primum ens esse principium omnis entis; primum bonum esse fontem totius boni; primam causam esse causam omnis effectus et causalitatis causarum secundarum, nec quidquam ejus causalitati debere subtrahi, præter solos defectus, quorum causæ creatæ sunt prima principia, nusquam vero Deus. Non itaque ab iis principiis nos dimovere debet, quod difficile sit hanc efficaciam causalitatis cum libertate et contingentia conciliare : nam propter occulta, negari non debent certa et manifesta. Unde licet nos lateret modus illius concordiæ, imo contra eam difficultates concurrerent quas solvere non possemus : non tamen ob id revocandum esset in dubium id quod fides et ratio constanter astruunt, operationi gratiæ et divinæ causalitati nihil penitus esse subtrahendum. Age tamen nunc expendamus quis sit modus concipiendi gratiam efficacem ex causalitate absque præjudicio libertatis et contingentiæ.

« § IV. — *Referuntur varii modi explicandi gratiam per se et ex propria causalitate efficacem.*

« Primus modus refert efficaciam gratiæ ad causalitatem moralem : quatenus scilicet Deus cum vult voluntatem pietatis actiones reipsa efficere, moralia quædam adhibet motiva, quæ infallibiliter eam ad id perducunt. Quidam tamen, cum putent nullum esse morale motivum ex se infallibiliter consensum inferens, censent hic opus esse scientia media, quæ exploret quibus motivis, et in quibus circumstantiis consensuri simus. Verum hæc sententia gratiam efficacem propria causalitate nomine tenus concedit, reipsa vero eam habet efficacem ex præviso consensu; sicque redit ad secundam sententiam supra rejectam. Unde alii simpliciter concedunt esse motiva quædam moralia, etiam ante scientiam mediam infallibiliter cum consensu connexa, in quibus gratiam per se efficacem constituunt. Hunc modum eo sensu sequitur jam laudatus societatis auctor P. Garnerius. Et ante illum ex nostris Franciscus Aravio, 1-2 quæst. 111, art. 5, dubio 6. Nituntur potissime auctoritate sancti Augustini, lib. I, *Ad Simplicianum*, quæst. 2, et *De spiritu et litt.*, cap. 33; et *in Joan.*, tract. 26 : ubi explicat efficaciam gratiæ per hoc quod Deus utatur suasionibus et motivis ad nos alliciendos congruis; ut pastor ovem ostenso ramo trahit, et mater nucibus puerum.

« Sed hic modus, nisi simul ponat aliquid in voluntate ipsam aptans et inclinans ut a bono divino possit moveri, non satis recedit a Pelagio : qui teste sancto Augustino, lib. *De grat.*, Christi hujusmodi motiones mora-

les admittebat earumque efficaciam valde commendabat. Nec obstat quod ait Bellarminus, Pelagium errasse quod solum admitteret externas motiones, non vero internam luminis infusionem : nam et istam quoque admisit, ut ostendimus supra, cum de variis hæresis statibus ageremus. Et sanctus Augustinus eam ut insufficientem repudiat lib. *De grat. Christi*, cap. 24 : *Legant*, inquit, *et intelligant atque fateantur, non lege atque doctrina insonante forinsecus, sed interna atque occulta, mirabili atque ineffabili potestate Deum operari in cordibus hominum non solum veras revelationes* (ecce illam internam illustrationem), *sed etiam bonas voluntates.* Unde in explicanda efficacia gratiæ, licet quandoque utatur motionibus moralibus : quia suo modo juvant ut effectus fiat, nusquam tamen illam in his præcise statuit, sed in eximia Dei virtute, qua voluntatem præparat, mutat, inclinat, infusaque charitate aptat ut ei bonum divinum placeat. Sic docet non solum in libris quos senior et doctior contra Pelagianos scripsit, sed etiam loco laudato ad Simplicianum ; nam in fine secundæ quæstionis sic habet : *Cum nos ea delectant quibus proficiamus ad Deum, hoc inspiratur et præbetur gratia Dei :* quatenus scilicet, ut alibi explicat, aufert cor durum et dat cor docile, id est, a divinis facile mobile; unde efficaciam gratiæ hujus in eo reponit, non quod Deus objecta proponat, et circa illa intellectum illustret, quod pertinet ad scientiam, quæ sola inflat; sed quod voluntatem emolliat infusione charitatis quæ ædificat; seu, ut loquitur concilium Arausicanum, can. 7, quod det suavitatem in consentiendo. Idem ratio convincit; nam ut dicit philosophus, qualis unusquisque est, talis ei finis videtur : unde vis moralium motionum maxime pendet ex dispositione voluntatis ; unde cor hominis lapsi nisi mutetur et emolliatur a gratia, durum est et lapideum circa res divinas; itaque ut a bono divino tangi possit, necessaria est gratia ex parte voluntatis, cor durum auferens, et dans cor docile. Quod si auctores illi admittant ad efficaciam gratiæ requiri non solum moralia motiva, sed etiam aliam gratiam ex parte voluntatis, quæ eam emolliat et inclinet, ut puto non negare, eam tamen gratiam dicant esse morale auxilium ; hi sola voce different ab aliis, qui gratiæ efficaciam in physica causalitate reponunt.

« Atque hinc refelluntur qui efficaciam gratiæ repetunt ex motivorum moralium congruitate cum naturali cujusque genio et complexione : nam præterquam hic modus Pelagium sapit, gratiam naturæ subjicientem ; nulla est in natura lapsa congruitas, sed magis repugnantia respectu gratiæ, donec eam ipsa gratia reformet : *Lex*, inquit Apostolus ad *Rom.* VII, 14, 23, *spiritualis est, ego autem carnalis sum.... Scio quod non habitat in me bonum.... video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ.* Et cap. VIII, 5 : *Qui in carne sunt, quæ carnis sunt sapiunt; et Deo placere non possunt*, nec proinde illis Deus : hæc enim correlativa sunt. Et alibi, *Animalis homo non percipit ea quæ Dei sunt.* (*I Cor.* II, 14.) Ita que non habemus cor congruum ut tangatur a divinis motivis, sed lapideum, donec illud gratia immutet et reformet, ut dicitur Ezechiel, XXXVI, 26. Sicque prorsus eliminanda est hæc cogitatio, motiva boni divini nos efficaciter tangere propter genii et complexionis dispositionem naturalem.

« Secundus modus hanc gratiæ efficaciam statuit in victrici delectatione. Il vero quidam cum Jansenio sic explicant. Aiunt arbitrium hominis ante peccatum fuisse in æquilibrio, quod nulla præveniens delectatio sensibilis aut spiritualis in alteram partem flecteret, sed ipse proprio nutu ut libuisset inclinaret, atque ita fuisse perfecte liberum libertate indifferentiæ : nunc vero abolita funditus per peccatum hac indifferentia, hominem ita esse delectationis mancipium, ut necessario eat quo illa trahit. Hinc malos œstro quodam sensibilis voluptatis necessario ad flagitia rapi ; bonos vero e contra delectatione gratiæ necessario itidem ad pios actus trahi : atque hoc sensu dicunt gratiam nunc esse infallibiliter efficacem ex hac delectatione victrici, quæ in statu innocentiæ foret solum sufficiens. Sed hic explicandi modus palam erroneus est, quia tollit indifferentiam arbitrii in natura lapsa, quod damnatur in tertia propositione ex Jansenianis. Deinde quo nihil absurdius cogitari potuit, efficaciam gratiæ repetit ex infirmitate per peccatum contracta : non enim foret efficax gratia, nisi voluntatem peccatum debilitasset, eamque ad gratiæ consentiendum infirmiorem effecisset, quod plane absurdum est ; cum e contra peccatum nos duriores et contumaciores, atque ad resistendum gratiæ paratiores efficiat. Unde alii fatentur quidem hominem etiamnum retinere indifferentiam arbitrii, nutuque suo se determinare ; verum, inquiunt, ut id præstet, suaviter induci delectatione boni divini per gratiam infusa, atque hoc pacto victrici : quia, ut inquit sanctus Augustinus in *Expositione Epistolæ ad Galat.*, cap. V : *Quod amplius nos delectat secundum illud operemur necesse est.* Sed licet sanctus Augustinus quandoque hanc delectationem adhibeat ad explicandam gratiæ efficaciam, quia et ipsa suo modo confert ut consentiamus : in ea tamen gratiæ efficaciam unice residere, nec verum est, nec ipse usquam dixit, nec in ejus principiis sustineri potest ; ut hæc momenta e multis demonstrant.

« Primo, quia, ut ipse notat loco laudato, quandoque in nobis æquali momento duæ delectationes decertant, nempe boni divini et boni sensibilis : atque tunc, inquit, æquilibrium timore inclinari : unde sæpius docet martyres et alios fideles, dum acrius tentarentur amore aut timore mundano, utiliter timorem gehennæ et justitiæ divinæ adhibuisse ne succumberent. Non itaque vult efficaciam gratiæ in delectatione unice residere. Secundo lib. IV *Cont. Julian.*, cap. 3, paulo post medium, palam agnoscit delectationem Dei nusquam in hac vita tantam esse, quæ boni proprii complacentia superari nequeat ; idem nempe sentiens, quod cum

omnibus scholasticis docet sanctus Thomas : nempe Deum nondum clare visum nusquam sic allicere voluntatem, ut a bonis sensibilibus abduci non possit. Atque hinc notat, etiam perfectos variis infirmitatibus subjici ne sibi placeant; idque probat exemplo Pauli, qui gratiæ dulcedine non solum perfusus, sed etiam inebriatus, ne vel hinc in seipso magis quam in Domino delectaretur et inflaretur, opus habuit colaphizari per Satanam. Item *De correp. et grat.*, cap. 9, exemplo Davidis, cui abundantia suavitatis pene occasio ruinæ fuit, cum diceret *Psal.* XXIX, 7 : *In abundantia mea non movebor in æternum*, quique ereptus est ex hoc periculo non uberiori delectatione, sed delectationis ablatione, et salubri tremore, ac periculi timore : ut enim notat. cap. 13, in isto tentationum loco, tanta est tentationum infirmitas, ut superbiam possit generare securitas. Quod idem dici potest de delectatione etiam spirituali : unde licet valeat ad abstrahendum cor a carnali voluptate, non itidem ita juvat contra spiritalem superbiam, cui ipsa etiam occasio esse potest; et ideo eam aliquando sanctis ne superbiant subtrahit Deus, juxta illud *Psal.* XXIX, 8 : *Avertisti faciem tuam a me, et factus sum conturbatus.* Itaque etiam in principiis sancti Augustini nulla est delectatio gratiæ in hac vita infallibiliter victrix. Tertio non est gratiæ corruptioni cordis adulari, sed mederi; unde etiam si per peccatum cor nostrum ita corruptum foret, ut delectationem perdite amaret, et semper sequeretur : non foret gratiæ huic corruptioni quasi connivendo nos ad bonum sola delectatione trahere, sed magis cor ita reformare, ut delectabilibus recta et honesta præferret : in hoc enim sanitatem cordis omnes tum Christiani tum ethnici, præter solos Epicureos, statuunt; ut mirum sit primum istud honestæ vitæ rudimentum non advertisse illos delectationis victricis prædicatores. Atque hinc ducitur postremum argumentum. Hic enim dicendi modus Epicureismum sapit, supponens omnes et malos et pios ad agendum unice induci motivo delectationis, nusquam officio, ratione et pura ab omnibus delectationis illecebris honestate : cum e contra schola Christi nos docet non suavia sequi, sed recta : quantumvis ægro nostro palato sint amara; id est, ut ejus verbis loquar, non gaudium, sed crucem; Deumque amare, non quia delectat, sed quia dignus est; in quo purus amor amicitiæ consistit, quo quæritur amici bonum, non proprium, uti facit amor concupiscentiæ, juxta illud : *Charitas non quærit quæ sua sunt* (*I Cor.* XIII, 5) : ob id videmus Deum imperfectos quidem instillata quadam rerum divinarum suavitate ad se quandoque allicere : perfectis vero illam subtrahere; ita ut quæ Dei sunt insipida, amara et cruciantia sæpe sentiant : ut discant Deum colere non solum gratis, sed etiam suo quodam dispendio, præcise quia ipse dignus est; non illecebra propriæ satisfactionis illecti, sed sicca et pura rectitudinis, officii, legisque æternæ regula inducti, qui proprie est cibus fortium; cum delectatio sit lac parvulorum. Hinc Christus et suo et perfectorum nomine, amarum calicem de manu Patris suscipiens, *Verumtamen*, inquit, *non mea voluntas fiat, sed tua.* (*Luc.* XXII, 42.) Non ergo efficacia gratiæ tota est in illecebris delectationis, sed in aliquo secretiori et fortiori, quo nobis dat ut propter Deum etiam quæ nobis magis placerent repudiemus, quæ cruciant fortiter eligamus; non quia nobis, sed quia illi sic placet, cui parere justum ac præ omni alio bono æstimabile est, sive delectet sive cruciet.

« At inquies : Ergo mendose dixit sanctus Augustinus, *quod amplius delectat secundum id ut operemur necesse est.*

« Resp. Id verum esse, sed in sensu sancti Augustini : id enim dixit non absolute, sed in hypothesi, si nullum aliud occurrat motivum : nam, ut sæpe notat etiam ibidem, ab iis quæ nos delectant sæpe timor nos abstrahit; timor, inquam, non solum pœnæ, sed etiam culpæ : quod idem præstare possunt pleraque alia motiva officii, honestatis, utilitatis, etc., ut ipsa confirmat experientia. Deinde latius usurpat delectationem pro quovis affectu ad bonum : ut sensus sit, nos secundum id operari quod magis amamus et ut finem proponimus; quo sensu verissima est hæc sententia, sed manet integra quæstio, unde sit efficacia gratiæ cor nostrum ita confirmantis in Dei dilectione, ut nullum bonum ab ea nos abstrahat : cum certum sit secundum omnes nostrum erga Deum amorem non esse indefectibilem et inamissibilem in hac vita. Itaque modo illo ut insufficienti rejecto.

« Tertius efficaciam gratiæ refert ad actus indeliberatos, piam scilicet affectionem a Deo inspiratam, quæ cum fortior datur quam sit tentatio, semper eam vincimus : et tunc dicitur gratia efficax. Ita e nostris Gonzalez. Verum etsi pia affectio divinitus inspirata multum conferat ad efficaciam gratiæ, non in ea sola residet : inspiratio enim est ut semen actus boni, qui ex ea per deliberationem educitur, sed defectibiliter; qui defectus non semper oritur ex graviori tentatione ut vult Gonzalez, sed etiam ex instabilitate mentis, et innumeris aliis causis. Unde ut ex inspiratione infallibiter oriatur actus bonus liber, non satis est vis et efficacia hujus inspirationis, quæ pertinet ad gratiam operantem, sed requiritur adhuc gratia cooperans, qua fit ut inspiratio illa ad ultimum effectum perveniat. Non ergo infallibilis efficacia gratiæ solum referri potest ad inspirationem, sicut nec ad vigorem solum seminis refertur ut ex eo infallibiliter fructus germinet : nam quantavis sit ejus virtus, innumeris tamen aliis præsidiis indiget, et variis defectibus impediri potest. Unde ut contingit vegetissima semina fructu carere, variis defectibus aliunde ortis; et languidiora fructificare, aptis adjuta fomentis : ita contingit fortiores inspirationes aliquando effectu carere, ac debiliores illum obtinere : aliis præsidiis eas juvantibus.

« Quartus modus efficaciam gratiæ refert

ad multitudinem auxiliorum : quatenus Deus cum vult conversionem aut aliud pietatis opus, tot et tanta adhibet auxilia, ut tandem aliquod expugnet pervicaciam voluntatis; sic integro suo de gratia opere statuit Pater Ludovicus Thomassin, presbyter Oratorii Jesu, contenditque hunc esse modum veterum theologorum. Sed hic modus nihil novi dicit: omnes enim admittunt hanc auxiliorum collectionem, v. g. ad peccatoris conversionem. Verum nodum non solvit : nam integra manet quæstio, unde sit ut e multis illis auxiliis, quorum pleraque frustrantur, unum præ aliis sit efficax. Si dicas, quia præcedentia voluntatem præparaverunt: rursus redit quæstio, unde habeant hæc auxilia ut infallibiliter voluntatem disposuerint. Si reponas et priora cor præparasse, et illud postremum illud convertisse propria sua efficacia ; id ipsum explicandum erit, unde sit hæc efficacia. Si vero dicas hanc efficaciam inde esse, quod voluntas sui consensus arbitrii huic potius auxilio, quam aliis consentiri maluit, ut videtur hic auctor docere: jam sequitur quod ipse omnino rejicit, gratiam esse efficacem ex consensu. Item admittendam esse scientiam mediam, qua Deus certo videat, cuinam auxilio consensura sit voluntas; non enim hoc videt præcise in suis decretis et efficacia auxiliorum, qualem hic auctor explicat. Unde hic modus ab iis defendi nequit, qui censent gratiam esse ex ipsa causalitate divina efficacem.

« Quintus modus gratiæ efficaciam in præmotione physica potissimum reponit. Hunc communiter tenet schola Thomistica; eum autem facile intellexerit probaveritque, quisquis veram atque legitimam præmotionis physicæ ideam in mente habuerit; habebit porro, si nomine præmotionis nihil aliud concipiat, quam ipsam voluntatis applicationem, seu ut loquitur sanctus Thomas 1 part., quæst. 105, art. 2, ad primum Dei inexistentis virtualem contactum, quo voluntatem movet, applicat et ad actum reducit : quæ motio seu virtualis contactus non inest voluntati ut forma quædam habens esse ratum et fixum, id est, permanenter exsistens in ipsa voluntate, sed *est in ea ut intentio sola habens esse quoddam incompletum per modum quo colores sunt in aere, et virtus in instrumento artificis :* verba sunt sancti Thomæ quæst. 3, *De potentia*, art. 7 *ad septimum*, quibus significatur nomine motionis seu præmotionis divinæ intelligi virtutem quamdam agenti creato per modum transeuntis a Deo impressam, qua physice movetur et applicatur ad actum, fitque ut cum prius esset solum in potentia ad agendum, jam actu agat, seu ad actum agendi reducatur. Atque ex ea notione physica præmotionis (quam etiam in ordine supernaturali locum habere indubitatum esse debet, vel saltem hic supponimus ex alibi dictis) jam facile intelligitur eam non immerito adhiberi ad explicandam divinæ gratiæ efficaciam : enim vero si præmotio physica nihil sit aliud quam virtus a Deo voluntati impressa per quam voluntas movetur et applicatur ad agendum ; imo si sit ipsamet applicatio activa voluntatis, cum plane repugnet esse applicationem activam, nisi sit applicatio passiva, repugnetque poni unam et non poni alteram, proindeque sit infallibilis omnino inter utramque connexio, palam necesse est motionem illam quæ ex natura sua est applicatio voluntatis ad actum, itidem ex natura sua infallibiliter operationem voluntatis efficere; sicque medium esse aptissimum ad explicandam gratiæ efficaciam.

« Hanc porro infallibilem atque efficacissimam connexionem inter divinam motionem et consensum voluntatis a Deo motæ non ut nuperum commentum a recentioribus Thomistis excogitatum, sed ut doctrinam in sancto Thoma fundatissimam proferimus. (1-2, quæst. 10, art. 4 ad 3) : *Si Deus*, inquit sanctus doctor, *movet voluntatem ad aliquid, impossibile est quod voluntas ad illud non moveatur, non tamen est impossibile simpliciter; unde non sequitur quod voluntas a Deo ex necessitate moveatur ;* quasi dicat : si Deus moverit voluntatem, oportet eam infallibiliter ad id moveri, ad quod a Deo applicatur, sed eo modo qui naturæ sive conditioni voluntatis congruat, hoc est cum plena libertate : quippe ut dixerat in corpore articuli, *ad divinam providentiam non pertinet naturam rerum corrumpere, sed servare; unde omnia movet secundum eorum conditionem... quia igitur voluntas est activum principium non determinatum ad unum, sed indifferenter se habens ad multa, sic Deus ipsam movet, quod non ex necessitate ad unum determinat, sed remanet motus ejus contingens et non necessarius.*

« Hic sane obiter tria notari velim. Primum, quam indigne quidam inficientur sanctum Thomam agnovisse et admisisse præmotionem et prædeterminationem : quid enim est determinari vel moveri voluntatem a Deo ut agat, nisi prædeterminari vel præmoveri? motio namque moventis natura saltem et causalitate præcedit motum mobilis. Secundum, hanc motionem libertati non nocere, sed potius eam causare : non enim ex necessitate voluntatem determinat ad unum, sed remanet motus ejus contingens, id est, liber. Tertium, hanc motionem esse efficacissimam, quia si Deus movet voluntatem ad aliquid, impossibile est quod voluntas ad illud non moveatur. Quibus similia habet 2-2, quæst. 24, art. 11. *Impossibile est*, inquit, *hæc duo simul esse vera, quod Spiritus sanctus velit aliquem movere ad actum charitatis, et quod ipse charitatem amittat peccando.* Ubi certe non potest non intelligere sanctus Thomas infallibilem connexionem inter motionem Dei moventis et operationem voluntatis a Deo motæ, idque ut ait quæst. 6, *De malo*, art. 3 : *Propter efficaciam virtutis moventis, quæ deficere non potest.* Motio ergo divina, prout explicatur a Thomistis, est medium aptissimum ad explicandam quoque gratiæ efficaciam.

« Multa hic objiciunt et objecerunt olim in congregationibus de auxiliis adversarii argumenta; sed hactenus nullum vidi quod directe nostrum explicandi modum impetat; omnia enim eo tendunt ut ostendant physicam præmotionem non esse admittendam, vel quia sit inutilis, vel quia tollat libertatem, vel quia Deum faciat auctorem peccati; nusquam vero ut probent et evincant physicam illam præmotionem (si daretur, et quam revera dari pertendunt Thomistæ) fore medium minus aptum ad explicandam gratiæ efficaciam. Quapropter cum nec hujus loci sit probare dari præmotionem physicam nec argumenta adversus eam proferri solita solvere, ab iis referendis hic supersedeo.

« Dicet fortasse quispiam, hunc modum, utut ad explicandam hanc gratiæ efficaciam opportunus videatur; attamen pro suspecto habendum : quod cum doctrina sancti Augustini non satis cohæreat; nempe sanctus doctor, lib. *De grat. et libero arbit.*, cap. 16, loquens de gratia efficaci dicit, per eam Deum facere ut faciamus, *præbendo vires efficacissimas voluntati;* cum tamen Thomistæ omnes uno ore fateantur et dicant, præmotione physica non dari vires agendi, sed jam datas ad actum applicari; unde vulgarissimum est apud eos, eam se tenere solum ex parte actus secundi.

« Resp. Dicere quidem Thomistas, præmotionem se tenere solum ex parte actus secundi, per eam vires jam datas ad actum applicari : sed hac virium applicatione vires alias non tribui voluntati, nec dicunt nec dicere possunt; alias contradicerent Angelico suo præceptori, quæst. 3 *De potentia*, art. 7, sic loquenti : *Causa secunda non potest in effectum causæ primæ per propriam virtutem, quamvis sit instrumentum causæ primæ respectu illius effectus : instrumentum enim est causa quodammodo effectus principalis causæ in quantum participat aliquid de virtute illius per motum ejus : sicut dolabra non est causa rei artificiatæ per formam vel virtutem propriam, sed per virtutem artificis a quo movetur et eam participat.*

« Audis sanctum doctorem clare sese explicantem ac docentem, quod quemadmodum instrumentum artis, v. g. dolabræ, participat aliquid de virtute principalis causæ per motum quo applicatur et movetur ad productionem rei artificiatæ : ita causa secunda dum movetur a Deo, recipit quidem motum, sed eum recipiendo simul participat aliquid de virtute causæ primæ : dum itaque dicimus, præmotione physica non dari vires agendi, sed jam exsistentes ad actum applicari, loquimur de viribus agendi quæ rei insint per modum formæ permanentis, seu ut ait sanctus Thomas supra citatus, quæ habeant esse ratum et fixum in natura, quales dat gratia sanctificans seu habitus supernaturales infusi; sed non propterea negamus præmotione physica dari alias vires agendi, quæ scilicet rei insint per modum formæ transeuntis, et *ad modum quo virtus artis est in instrumento artificis.* De quibus intelligendus est sanctus Augustinus, dum dicit Deum facere ut faciamus, *præbendo vires efficacissimas voluntati*, nempe efficacissimas eas vocat, quia se tenent solum ex parte actus secundi, nec proprie ponunt in numero cum motione vel applicatione voluntatis ad agendum, sed sunt ipsa motio regulis divinæ artis temperata atque humanæ voluntati transeunter impressa : ad differentiam aliarum virium, quales dat v. g. gratia sanctificans : hæc enim vires dat quidem, sed quæ ex se ipsis sunt solum sufficientes et quæ efficacissimæ dici nequeant, donec ulteriores accesserint in motione et applicatione consistentes, quas propterea sanctus Augustinus efficacissimas vocat.

« Cohæret igitur optime doctrina nostra cum doctrina sancti Augustini. Dicimus enim cum sancto Thoma, loco laudato, Deum esse causam actionis nostræ, in quantum movet voluntatem nostram ad agendum : *In quo*, inquit, *non intelligitur collatio aut conservatio virtutis*, scilicet permanentis, *sed applicatio virtutis ad actionem*, virtutis, inquam, permanentis, cujus applicatione dicitur una causa operationem alterius efficere : *Sicut homo est causa incisionis cultelli, ex hoc ipso quod applicat acumen cultelli ad incidendum movendo ipsum.* Dicimus deinde cum eodem sancto doctore et conformiter ad mentem sancti Augustini, hac eadem applicatione intelligi collationem alicujus virtutis transeuntis *per modum quo virtus artis est in instrumento artificis*, dum movetur ab ipso. Sed de famosa hac quæstione jam satis.

« Quæstio VI.—*De causa gratiæ.*

« Hæc quæstio procedit præcipue de causa habitualis gratiæ; potest tamen aliquatenus etiam ad actualem pertinere. Nam in spirituali regeneratione habitualis gratia se habet ut forma et terminus, actualis vero ut motus ad illam ducens; porro forma terminans motum, et motus ad formam, easdem habent causas. Cum autem quatuor sint causarum genera : finalis, efficiens, formalis, et materialis : constat in primis causam finalem gratiæ proximam quidem esse nostram beatitudinem, ad quam gratia ducit ut ad finem; ideoque dicitur (*Joan.* IV, 14) : *Fons aquæ salientis in vitam æternam.* Finis vero ulterior est gloria Christi, ultimus gloria Dei, juxta illud *I Cor.* III, 22 : *Omnia vestra sunt, vos autem Christi, Christus autem Dei.*

« Quantum ad causam formalem, cum ea duplex sit, intrinseca scilicet et extrinseca seu exemplaris : constat itidem gratiam non habere causam formalem intrinsecam, quia hæc proprie locum habet solum in compositis; gratia vero est forma simplex; unde non habet causam formalem, sed ipsa est causa formalis hominis justi, seu justificationis : habet tamen causam exemplarem, nempe gratiam increatam seu naturam divinam ad intra communicatam per æternam generationem : gratia enim nostra est participatio divinæ naturæ, et divina filiatio naturalis est propria causa exemplaris adopti-

væ, quæ fit per gratiam, ut docet sanctus Thomas III parte, quæst. 23. Imo Apostolus ad *Rom.* VIII, 29, illis verbis : *Prædestinavit conformes fieri imagini Filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus.*

« Quantum ad causam materialem, constat itidem eam esse ipsam animam, quæ est proprium gratiæ subjectum : nam respectu formarum accidentalium subjectum se habetur materia. Verum quia materia non recipit formam nisi præparata per dispositiones, quæ et ipsæ reducuntur ad materialem causam; potest esse aliqua quæstio circa hujusmodi dispositiones, de quibus proinde hic agendum erit cum sancto Thoma.

« Demum causa efficiens gratiæ Deus est, juxta illud *Psal.* LXXXIII, 12 : *Gratiam et gloriam dabit Dominus.* Sed an ipse solus sit causa gratiæ, potest ambigi. Itaque in hac quæstione totidem articulis quæremus. Primo, an solus Deus sit causa efficiens gratiæ; secundo, an et quomodo ex parte recipientis requirantur dispositiones ad gratiam; tertio tandem, an homo possit esse certus, se habere gratiam : cum enim certitudo effectus petatur ex causis, de hac certitudine agitur in quæstione *De causis gratiæ.*

« ART. I.—*An solus Deus sit causa efficiens gratiæ.*

« Duplex est causa efficiens, principalis scilicet, et instrumentalis. Creaturam posse adhiberi ut instrumentum ad causandam gratiam certum est : nam et hoc modo ad eam concurrunt sacramenta, ut docet sanctus Thomas III parte, quæst. 62, art. 1. Unde hic solum agitur de causa principali gratiæ.

« Conclusio. — *Solus Deus est causa principalis efficiens gratiæ, neque hoc ulli prorsus creaturæ potest competere.* Sic censent communiter theologi, contra Medinam et Cabreram, qui III parte, quæst. 13, art. 2, humanitati Christi tribuunt rationem causæ etiam principalis gratiæ hominum.

« Probatur primo conclusio auctoritate Scripturæ soli Deo vindicantis justificationem impii quæ fit per gratiam. *Job* XIV, 4 : *Quis potest facere mundum de immundo conceptum semine, nonne tu qui solus es? Oseæ* XIII, 4 : *Salvator non est præter me. Isaiæ* XLIII, 25 : *Ego sum, ego ipse sum qui deleo iniquitates tuas.* Quæ expressio minus vera esset, si alius præter Deum id posset.

« Accedit auctoritas Patrum, qui ex eo probant divinitatem Filii et Spiritus sancti, quod ipsis sanctificatio et gratiæ largitio conveniat uti et Patri : hoc enim argumentum palam supponit nullam creaturam id posse. Unde sanctus Augustinus, *De peccat. merit. et remiss.*, lib. I : *Quisquis*, inquit, *ausus fuerit dicere : Justifico te, etiam consequens est ut dicat : Crede in me ; quod nemo dicere potest, nisi Sanctus sanctorum.*

« Probatur secundo ratione. Illius solum est producere gratiam per modum causæ principalis, cujus est naturæ limites transcendere, deificare, in filios Dei adoptare, dare jus ad hæreditatem Dei, peccata remittere, Spiritum sanctum dare, totamque Trinitatem intime præsentem efficere : hæc enim omnia gratia nobis præstat, et proinde qui gratiam producit; atqui nulla creatura, sed solus Deus hæc præstare potest : ergo solus potest gratiam producere. Major constat. Minor declaratur. Ille enim solus potest ultra totius naturæ limites evehere, qui ipse naturæ limites fixit et naturæ Dominus est. Ille solus potest alios deificare, qui per se ipsum Deus est. Ille solus adoptare et jus ad hæreditatem dare, qui in familia pater est, propriusque hæreditatis Dominus. Ille solus peccata remittere, quem peccatum offendit, curu sit supremus Dominus. »

CHAPITRE VII. — *De la cause de la grâce ; conclusion.*

La seule question vivement discutée sur la cause de la grâce était celle-ci : la grâce est-elle concréée, ou bien tirée de la puissance du sujet (*concreata an educta de potentia obedientiali subjecti*)? Tous les Franciscains, Alexandre de Halès, saint Bonaventure, et même parmi les Dominicains, Capréolus et quelques autres adoptaient la première solution. Mais saint Thomas (*De veritate*, quæst. 27, art. 3) adopte la seconde.

On en sera peut-être étonné, si l'on ne se rappelle la théorie métaphysique de l'école dominicaine. On en sera étonné, disons-nous, car la grâce est tellement une *forme*, et presque une forme substantielle dans l'opinion de cette école, qu'elle devrait, à ce qu'il semble d'abord, conclure que la grâce ne peut sortir que d'un acte créateur; mais ici comme sur bien d'autres articles nous trouvons une double tendance, dans l'école thomiste, vers le supernaturalisme un peu exclusif, et vers un demi-naturalisme ; de même que nous y trouvons aussi une double tendance vers une sorte d'idéalisme et vers l'antithèse de l'idéalisme.

Et cette double tendance tient de part et d'autre à la théorie du Docteur angélique sur les rapports de la matière et de la forme, qui se répète dans toutes ses doctrines sur les rapports de l'âme et du corps, de la grâce et de la nature, de la révélation et de la raison, de l'Eglise et de l'Etat. Voici du reste comment il raisonnait :

Etre créé, disait-il, est le propre de la chose qui subsiste elle-même, non de la forme qui est inhérente; celle-ci s'absorbe pour ainsi dire dans son sujet d'inhérence. Donc la grâce n'est pas créée.

L'Ecriture pourtant emploie fréquemment ce terme que proscrit le thomisme ; mais Goudin répond qu'il ne s'agit ici que d'une création morale.

« Quæri potest qua actione fiat gratia; an creativa, an eductiva.

« Quidam censent eam creari, aut certe concreari. Ita Alexander de Hales., D. Bonaventura, Scotus. Imo et e nostris Paludanus et Capreolus. Sed dicendum cum aliis, nec creari nec concreari, sed educi de potentia obedientiali subjecti. Sic docet sanctus Thomas quæst. 27, *De verit.*, art. 3, ad 9 ; et quæst. *De virtutibus in communi*, art. 20.

ad 3, ubi statuit habitus supernaturales, quorum præcipuus est gratia, educi de potentia obedientiali subjecti. Unde, 1-2, quæst. 103, art. 9, justificationem impii opponit creationi ut actiones diversas.

« Probatur ratione sancti Thomæ : I part., quæst. 45, art. 4, aliisque in locis creari proprium est rei subsistentis, non vero formæ inhærentis : ejus enim est fieri et creari, cujus est esse; porro forma subsistens est id quod est : forma vero inhærens non est id quod est, sed quod aliud est : atqui gratia non est forma subsistens, sed inhærens, ut omnes concedunt : ergo non creatur, nec itidem concreatur : nam forma inhærens concreari dicitur, cum producitur per actionem sui subjecti creativam, ut notum est ex terminis; atqui actio producens in nobis gratiam, non creat, sed supponit ejus subjectum : ergo non concreatur, sed educitur. Major constat. Prima pars minoris itidem certa est, nempe gratiam supponere subjectum; quod vero dependenter ab eo fiat, sic probatur. Ab eo dependet in fieri, a quo dependet in esse : utriusque enim par est ratio; sed gratia in esse dependet a subjecto uti reliqua accidentia; nec enim ab eo separata subsistit, sed perit : ergo ab eo dependet in fieri. Adde quod si gratia dum fit crearetur, dum desinit itidem annihilaretur; sed non annihilatur : nam ut docent theologi cum sancto Thoma part. I, quæst. 104, art. 4, ex divinis operibus nihil annihilatur : ergo gratia non creatur.

« Objicies : gratia dicitur in Scriptura creari, *Psal.* L, 12 : *Cor mundum crea in me, Deus.* Ad *Ephes.* II, 10 : *Creati in operibus bonis.* Ad *Galat.* VI, 15 : *In Christo nova creatura.*

« Resp. cum sancto Thoma, 1-2, quæst. 110, art. 2 ad 3 : Gratiam dici creari quasi moraliter, quia nihil meriti, nihil juris supponit; at non creatur proprie physiceque; quia subjectum supponit; unde rarius dicitur creatio, sed reformatio, restauratio, vivificatio, resuscitatio, regeneratio; quæ et similes expressiones proprie conveniunt actioni supponenti et transmutanti subjectum; proindeque formam educenti, non vero eam creanti.

« Instabis. Gratia non continetur in potentia animæ; est enim supernaturalis, id est, supra omnem potentiam naturalem : ergo ex ea non educitur.

« Resp. Non contineri in potentia animæ ad quodvis agens naturale comparata, bene tamen comparata ad agens supernaturale : potentia enim passiva dicitur per respectum ad activam, quæ ex ea aliquid facit; porro Deus potest plus facere in natura quam quævis virtus naturalis; unde potentia naturalis comparata ad virtutem Dei, plura continet quam comparata ad agens naturale; et hoc modo in ea continetur gratia ut in potentia, ex qua educi potest per virtutem Dei.

« Urgebis : In eductione subjectum concurrit ut vera causa materialis ad formam educendam; sed repugnat rem naturalem, qualis est potentia animæ, sua causalitate concurrere ad productionem gratiæ; ut quæ excedit omnem naturæ causalitatem : ergo gratia non educitur de potentia animæ.

« Resp. Nego minorem : gratia enim licet excedat virtutem activam naturæ, non tamen passivam et receptivam potentiam. Vel etiam distinguo. Repugnat causam naturalem concurrere ad productionem gratiæ : sub ratione formæ inhærentis, concedo; sub ratione ipsi propria, transeat. Gratia enim cum sit natura divina accidentaliter participata, duas habet rationes; primo, rationem formæ accidentalis; et hoc modo pendet a subjecto in esse, fieri, et conservari, sicut cætera accidentia. Secundo habet rationem naturæ divinæ; et sic excedit omnem naturæ causalitatem naturalem; licet enim potentia naturalis subjecti suam causalitatem exerceat circa omnem formam accidentalem sibi inhærentem, non tamen hæc causalitas esse potest ratio cur illa forma accidentalis sit supernaturalis; imo ex se potius exigit formam pure naturalem; et sic gratiam sub ratione gratiæ proprie non attingit.

« Dices : Opus nobilissimum et Deo proprium, debet fieri actione nobilissima et Deo propriissima, quæ est creatio; sed gratia est opus Dei nobilissimum et propriissimum : ergo fieri debet per creationem quæ est actio nobilior et Deo propria.

« Resp. Gratiam eo modo fieri debere actione nobilissima et Deo propriissima, quo ipsa est opus Dei nobilissimum et propriissimum; talis autem non est secundum suum essendi modum : quia non subsistit, sed inhæret : unde non debet fieri per creationem quæ propria est formarum subsistentium, sed per eductionem ut formæ inhærentes. Verum quia gratia secundum suam specificam rationem antecellit creaturas, cum sit ordinis divini; actio quoque qua fit secundum rationes sibi proprias, antecellit alias externas Dei actiones, etiam creationem; præcipue in tribus. Primo ex parte principii formalis effectivi : nam principium formale efficiendi creaturas sunt ideæ, singula enim propriis rationibus seu ideis creantur; porro ideæ non sunt natura Dei ut talis, sed particulares quidam eam participandi modi a Deo intellecti; at vero principium formale efficiendi gratiam est natura Dei ut talis; quia per gratiam sumus consortes naturæ divinæ, seu deificamur; porro ut arguit sanctus Thomas 1-2, quæst. 112, art. 1, sicut principium igniendi non est nisi forma ignis, ita nec principium deificandi aliud est quam ipsa natura divina. Secundo, actio qua fit gratia, antecellit creationem ex sua propria et specifica ratione : est enim divina quædam generatio, quod creationi non competit : nam creaturæ procedunt solum a Deo ut artefactum ab artifice per effectionem; justi vero ut filii a patre nati per generationem : qui modus perfectior est, et Deo magis proprius; utpote quædam æternarum processionum expressio. Et hoc ipsum notatur *Joan.* I, 3 : nam de cæteris ut artefactis dicitur : *Omnia per ipsum facta sunt* De justis vero ut de filiis dicitur, *qui ex Deo nati sunt.* (*Ibid.*, 13.) Tertio demum actio qua fit gratia excellit ex

parte termini, non enim terminatur ut cæteræ ad aliquod pure creatum, sed divinum. »

Les autres conclusions sur la cause de la grâce étaient généralement adoptées par toutes les écoles orthodoxes. Toutes admettaient que, suivant le cours ordinaire de la Providence, une disposition préalable à la grâce était demandée de la part de celui qui la recevait (24);

Que dans les adultes cette préparation est un acte libre et un mouvement vers Dieu;

Que les actes qui disposent l'adulte à la grâce ne le disposent pas seulement d'après une loi établie par Dieu, mais en vertu de leur nature; que néanmoins ils y concourent non pas effectivement, mais matériellement et *dispositivement* (25);

Que même dans les enfants, suivant les lois ordinaires, il faut une sorte de disposition imparfaite et proportionnée à leur état (26);

Que lorsque l'homme, par le secours de Dieu, fait tout ce qui est en lui et a ainsi la dernière disposition préparatoire, la grâce sanctifiante lui est infailliblement donnée, en vertu de la préordination de Dieu, mais non en vertu de la nécessité des choses (27);

Que l'homme ne peut jamais être certain qu'il a la grâce, à moins d'une révélation spéciale.

La plupart de ces articles sont posés à la fois contre les semi-pélagiens et contre les luthériens; et ils avaient pour effet métaphysique :

1° De distinguer davantage l'ordre de la raison et de la révélation, de la nature et de la grâce, que le protestantisme tend à absorber l'un dans l'autre;

2° De mettre en lumière l'importance de l'idée de *loi* substituée à celle de *nature*. En effet, la grâce ne peut être une conséquence de la nature : rien n'est plus clair pour qui a la notion de ces deux termes; et en même temps on ne peut les considérer comme n'étant liés par aucun rapport.

(24) Juxta ordinarium Providentiæ cursum ad gratiam ex parte recipientis requiritur prævia quædam dispositio. (Ita in genere statuit S. Thomas hic art. 2.) — « Probatur conclusio ejus ratione. Forma completa et perfecta dans esse fixum et ratum, non introducitur in subjectum nisi prius dispositum et præparatum; sed gratia habitualis est forma completa et perfecta, dans animæ esse supernaturale ac divinum, quod est aliquod esse fixum et permanens, ergo non introducitur absque prævia dispositione subjectum præparante. Minor constat : gratia enim habitualis est forma novi hominis, cui tribuit spiritualem ac divinum quemdam statum; unde se habet ut forma quasi substantialis in illa nova vita divinoque statu. Major vero probatur; primo quidem ratione : nam rectus ordo exigit ut ab extremo ad extremum non subito et immediate fiat transitus, sed quibusdam mediis extrema jungantur; porro forma completa respectu subjecti illa privati et ad eam nullatenus dispositi, se habet veluti extremum : itaque ordo exigit ut mediis illis dispositionibus illi formæ jungatur, subjectum enim dispositum medio quodam modo se habet ad ipsam formam.

(25) « *Conclusio tertia.* — Actus adultum disponentes ad gratiam, non solum ex extrinseca Dei ordinatione, sed etiam ex propria sua natura disponunt ad gratiam; non tamen ad eam concurrunt effective, sed solum materialiter et dispositive. »

« Prima pars est contra quosdam asserentes nostros actus solum moraliter et ex ordinatione Dei disponere ad gratiam. Probatur tamen evidenti ratione. Inchoatio enim ex sui ratione disponit ad consummationem motus ad terminum : et conjunctio patientis cum agente, ad effectum ab eo accipiendum; atqui actus liberi arbitrii per Dei auxilium se convertentis in Deum, est quædam ordinis gratiæ inchoatio, et motus animæ tendentis ad gratiam, per quem homo Deo conjungitur ut fonti gratiæ : ergo ex sua propria ratione hominem disponit ad gratiam accipiendam.

« Confirmatur. Contrariorum contraria est ratio; sed per actum peccati ex ipsa ejus propria ratione homo fit aversus a Deo et indispositus ad gratiam : ergo actus conversionis in Deum, ex sua itidem ratione hominem disponit ad gratiam. »

(26) « *Etiam in pueris, juxta legem ordinariam, requiritur ad gratiam aliqua sive propria sive impropria dispositio eorum statui proportionata.* — Probatur generali principio sancti Thomæ, hic art. 2 : Forma non datur nisi materiæ dispositæ, nempe juxta ejus conditionem ut ibidem ad 3, exponit : ergo etiam in pueris juxta legem ordinariam requiritur aliquid disponens et determinans ad gratiam juxta eorum conditionem; porro differunt ab adultis, quod adulti sint sui juris, suoque actu de se statuant; unde conveniens ipsis dispositio est per actum eorum liberum : at pueri non sunt sui arbitrii, sed alieni; unde non congruit ipsis dispositio per proprium actum, sed per alienam operationem; qua scilicet illis confertur sacramentum gratiæ operativum : hæc enim passiva sacramenti susceptio vices gerit dispositionis eorum statui convenientis : nam sicut adultus proprio actu Christo et passioni ejus se conjungens intelligitur disponi ut ab eo gratiam recipiat : ita puer sub alieno jure positus, hoc ipso quod ab alio recipit sacramentum regenerationis ipsum Redemptori uniens, intelligitur disponi ut ab eo vitam gratiæ recipiat; imo quod adultus suo actu facit ut se ad gratiam præparet, idem, ut notant sancti Patres, puer in sacramento præstat aliena ope : nam mater Ecclesia ei præbet et cor ut credat ad justitiam, et os ut confiteatur ad salutem. Itaque etiam in illis salvatur communis lex non dandi gratiam subjecto prorsus indisposito. »

(27) « *Conclusio secunda.* — Homini etiam per actualis gratiæ auxilium se præparanti, et quod in se est facienti, gratia sanctificans non datur necessario, necessitate rei.

« Dixi necessitate rei; duobus enim modis unum ex alio necessario sequi potest. Primo ex ipsa rei natura, ut proprietates sequuntur formam, effectus causam. Secundo necessitate infallibilitatis, orta ex aliquo extrinseco, puta ex promissione Dei, et lege a Deo constituta. Dicimus homini præparato gratiam non dari priori necessitate : sic videtur docere sanctus Thomas hic art. 3. homo enim præparatus ad gratiam, inquit in arg. *Sed contr.*, se habet uti lutum præparatum ad figuram a figulo recipiendam, quam non ex necessitate accipit, sed ex voluntate figuli. Unde in corpore articuli infallibilitatem gratiæ reducit ad intentionem Dei, id est ad ejus voluntatem quæ frustrari non potest.

« Probatur ratione, quam innuit sanctus Thomas. Dispositiones passivæ non habent ex natura rei necessitatem ad formam, ut mollities luti ad figuram, perspicuitas ad lucem, etc., sed actus hominis præparatorii se habent ad gratiam solum passive et nullo modo active : ergo eam ex necessitate rei non inferunt. »

Il y a donc des rapports qui sont une harmonie établie par Dieu et qui ne dérivent pas de l'essence des choses. Et ces rapports ont une suprême importance.

Avant le protestantisme, — au moins un siècle avant,— l'idée de considérer la *grâce* à travers la théorie des formes substantielles fut battue en brèche. Scot déjà donne le signal à cet égard, quoique d'une façon timide. Ockam va beaucoup plus loin. Les protestants dépassèrent le but : la grâce non-seulement ne fut pas une essence péripatéticienne ou une forme, elle cessa d'être une réalité, et il n'y eut plus qu'une seule chose à considérer dans l'ordre moral, la volonté arbitraire de Dieu qui prédestine : la grâce n'étant aux yeux de Luther et de Calvin qu'une dénomination externe. Cet excès suprême de nominalisme renverse toute l'économie de la foi orthodoxe; et il y eut nécessité théologique pour les esprits préoccupés de la foi, non-seulement de se séparer du protestantisme, mais encore de couper au vif ses racines métaphysiques. De là les diverses tentatives des écoles subséquentes qui en général regardent la grâce comme un *mouvement* qui produit tel ou tel effet : à ce point de vue, elle n'est ni la pure et simple volonté de Dieu constituant une dénomination externe pour celui qui la reçoit, ni une *forme* presque *substantielle;* elle est cette sorte d'*entité* que toute la renaissance étudia avec tant de passion, de succès, quelquefois de folie, et dont elle fit sortir par une admirable analyse les prodromes de l'astronomie, de la physique et de la physiologie modernes, — le mouvement.

Ainsi (admirable correspondance de tous les développements de l'activité humaine) la théologie, par la grande discussion de la *grâce* et surtout par l'influence du dogme catholique, conduit l'esprit humain à ces considérations de philosophie mécanique qui étaient ainsi provoquées par le mouvement intime de la métaphysique, et qui devaient avoir de si larges conséquences scientifiques.

Et ce n'est pas seulement les sciences physiques qui se ressentent de ces grands débats.

La morale et le droit, qui sans doute avaient eu le caractère autonome reconnu à toutes les époques chrétiennes, mais qui en fait s'étaient toujours trouvés subordonnés à des considérations étrangères par suite de la métaphysique péripatéticienne, se dégagèrent par l'effort même du catholicisme contre le protestantisme.

Ce n'est pas que même antérieurement au protestantisme et à la réaction catholique, la nécessité de distinguer scientifiquement l'ordre naturel et l'ordre surnaturel ne fût sentie : à vrai dire, elle l'a toujours été au sein de la civilisation chrétienne. Mais une multitude de circonstances historiques sur lesquelles nous n'avons pas à insister ici, et de plus l'idée platonicienne que domina la philosophie des Pères de l'Eglise, puis l'idée péripatéticienne que domina la philosophie des docteurs, empêchèrent qu'on ne fît droit à cette nécessité importante.

Nous n'avons qu'à nous occuper, *dans cet ouvrage*, de l'influence de l'idée péripatéticienne sur la question des rapports de l'ordre naturel et de l'ordre surnaturel. Et déjà elle est résolue dans ce qui précède.

Tout ce qui est déterminé et sort du domaine de la pure et simple possibilité est une *forme* ou une *essence* dans le péripatétisme. Nous devons donc nous représenter la grâce comme une *essence* ou une *forme*, en d'autres termes comme une *nature* supérieure à celle que conçoit Aristote, mais vue cependant à travers cette dernière, et qui la domine complètement.

Ainsi, le péripatétisme conduit l'esprit humain à se représenter la grâce sur le type de la réalité métaphysique qu'il conçoit et définit; il sait bien qu'elle est au-dessus de la *nature*, mais il ne sort pas pour la concevoir de l'idée de *nature* ou d'*essence*.

Ce n'est pas tout.

De cela seul que la grâce est une essence péripatéticienne, il s'ensuit que son rapport avec la nature sera conçu sur le modèle du rapport entre la forme et la matière. Donc, la grâce sera tirée de la puissance de la nature, et d'autre part celle-ci aura son actualité par la grâce. Sans doute les thomistes n'allèrent jamais jusqu'à poser carrément cette proposition : elle était en opposition directe avec le dogme catholique; mais ils allèrent dans sa direction jusqu'où la foi le leur permettait; et nous avons déjà remarqué leur double tendance à restreindre à la fois l'un par l'autre le domaine de la nature et celui de la grâce, comme ils restreignaient aussi, par des implications qui nous semblent aujourd'hui étranges, celui du monde matériel et celui du monde spirituel.

Quand le scotisme arriva, il fit deux choses : 1° il tint moins de compte de la métaphysique péripatéticienne dans la théologie. 2° il modifia cette métaphysique profondément et sans en avoir conscience. (Circonstance toujours très-favorable; les vraies révolutions se font d'ordinaire par ceux qui ne savent pas qu'ils les font.) Ces deux choses se tiennent, du reste, étroitement, comme nous le verrons bientôt.

On comprend, dès lors, que les Franciscains, tout en regardant la *grâce* comme une *forme*, se préoccupèrent moins que les Dominicains d'être fidèles à cette conception.

Toutes les fois, notamment, que les expressions de l'Ecriture ou des Pères semblaient difficiles à concilier avec elle, c'était elle qu'ils sacrifiaient, et c'est ainsi qu'ils étaient poussés peu à peu à sortir des cadres péripatéticiens, du moins, en théologie.

C'est ainsi, par exemple, qu'ils tendirent à substituer la notion de *mouvement* à celle

de *forme* dans cette importante partie de la théologie.

De plus, le scotisme, tout en conservant la notion de *forme* dans la métaphysique, l'avait, nous l'avons déjà dit, très-radicalement modifiée. La *forme*, dans sa synthèse, tendait à ne devenir qu'une simple *essence*, j'entends un principe spécifique, et dès lors elle ne donnait pas à la matière son entité actuelle. De là suit que les rapports de la matière et de la forme n'étaient plus chez les Franciscains ce qu'ils étaient chez les Dominicains et dans le pur péripatétisme. L'âme et le corps, la nature et la grâce devaient, dès lors, n'avoir plus les mêmes relations dans les deux systèmes; dans le thomisme, l'âme et le corps, la nature et la grâce sont presque identifiés par suite de l'élan métaphysique du système; dans le scotisme, il y a distinction beaucoup plus radicale entre ces diverses entités.

Cependant le scotisme, très-radical dans ses principes, très-timide dans ses conséquences, n'est qu'une préparation. C'est Ockam qui est l'audace de cette timidité; mais c'est l'audace qui détruit, nie et ne remplace pas. Il n'admet pas les *formes*, ou du moins il n'admet pas les *formes* de l'école dominicaine, pas même les *formalités* de Scot, Mayronis et Lychetus; mais il ne leur substitue qu'une sorte d'idéalisme sceptique et de kantisme anticipé qui appelle le mysticisme, et le mysticisme, à son tour, appellera le protestantisme. Mais, à ce point, une réaction religieuse et orthodoxe se produit; l'esprit humain, averti par le concile de Trente, remonte la pente du mysticisme et de l'ockamisme, pour dégager celui-ci de ses négations radicales, et chercher dans la tradition scotiste les éléments d'une doctrine qui supprime la *forme*, et affirme la *force*, ou du moins le mouvement.

En même temps, l'ordre de la *nature* qui était déjà bien entamé par l'ockamisme, et que le protestantisme renverse, reparaît sous la revendication catholique, mais séparé désormais nettement de l'ordre surnaturel, et tous les deux nettoyés de l'idée antique de *forme substantielle*.

C'est ainsi que la grande discussion orthodoxe contre le protestantisme assura les conquêtes de l'esprit métaphysique nouveau et la défaite de la méthaphysique péripatéticienne, tendit à séparer d'une façon plus efficace, parce qu'elle était plus scientifique, l'ordre des vérités rationnelles et des vérités révélées, et permit par là soit à la science moderne, soit au droit moderne, d'avoir leurs véritables principes.

GREGOIRE DE RIMINI, théologien du XVe siècle. — Son principal ouvrage porte le titre suivant : *Gregorius de Arimino in primum et secundum Sententiarum nuperrime impressus, et quam diligentissime suæ integritati restitutus per doctissimum sacræ paginæ professorem, fratrem Petrum Garamanta doctorem Parrhisiensem* (sic) *Augustinianum, — Venundatur Parrhisiis Claudio Chevalon in vico Jacobo sub intersigno Solis aurei*, etc. (Sans date.)

A la lecture de cet ouvrage, qui rappelle par sa forme toutes les traditions scolastiques, et qui est plus rempli encore de subdivisions que ceux de Scot et de ses disciples, on s'aperçoit que l'auteur se rattache d'assez près à Ockam : néanmoins il le combat sur quelques points, et notamment, sur la question de la distinction de l'âme sensitive et de l'âme intellectuelle; il se prononce dans le sens de saint Augustin, et ceci ne doit pas nous étonner. L'ockamisme s'allia, au XVe siècle, soit aux traditions augustiniennes, soit aux tendances platoniciennes ou même mystiques. Grégoire de Rimini représente la première de ces alliances, comme Gerson et Cusa représentent la seconde.

Nous nous demandons, à propos de Grégoire de Rimini, comment il traite la question, si vivement débattue entre les thomistes et les scotistes, de l'actualité de la matière. On sait que, suivant la doctrine officielle, la solution scotiste, qui admet cette actualité, est le comble du réalisme. Si cette opinion était vraie, nous devrions la voir vivement combattue par un disciple d'Ockam qui ne lui est infidèle que sur les applications de son antipathie vis-à-vis des universaux, et qui, du reste, partage pleinement cette antipathie.

Or voici en quels termes Grégoire résout la question.

Substantia corporalis est ens in actis primo modo. (2, dist. 12, act. 1.)

Et lui-même explique un peu auparavant ce qu'il entend par *primo modo :*

« Ens in actis potest accipi dupliciter. Uno modo generaliter pro omni eo de quo contingentes per propositionem de inesse et de præsenti vere enuntiare esse, exempli gratia, dicendo : hoc est, et per appositum illud dicitur ens in potentia de quo non contingit per hujusmodi propositionem, sed tantum per illam de possibili enuntiare esse utpote dicendo : hoc potest esse. Et patet hujus destinationis convenientia, quia dicit Augustinus, lib. v *De Trinitate :* Ab eo quod est esse dicta est essentia.... Alio modo potest accipi ens specialiter pro eo quod est ens in actu primo modo, et est essentia integra et perfecta specie vel perfectio alterius, cum illa perfectam essentiam in determinata specie constituens, et per oppositum ens in potentia potest dici illud quod est ens in actu primo modo tantum, quædam et partialis et incompleta essentia perfectibilis et quasi complectibilis per aliam ut sit essentia integra et perfecta in specie. » (*Ibid.*)

En d'autres termes; il faut distinguer l'être actuel, en tant qu'il n'a pas encore la perfection d'être spécifié et déterminé. — et l'être actuel, en tant qu'il est déterminé et spécifié, ou même qu'il spécifie et détermine.

Nous ferons voir ailleurs quelle est la fécondité de cette distinction; nous noterons seulement ici qu'elle est celle des scotistes; qu'en même temps elle est proclamée par un disciple d'Ockam, et qu'enfin, dans ce-

lui-ci comme ceux-là, elle préside à la question, si vivante au xve siècle, de l'actualité de la matière, c'est-à-dire, de l'élément potentiel.

Par delà ce débat, qu'y a-t-il ? Il y a la théorie de l'acte-puissance, ou du *possest* de Cusa, c'est-à-dire le renversement de l'astronomie et même de la physiologie péripatéticienne.

Mais n'anticipons pas, et contentons-nous de citer, à l'appui de notre assertion, le reste de l'argumentation de Grégoire de Rimini.

« *Et ulterius statuimus et edicimus quod prædicta Aristotelis doctrina ejusque commentatoris Averrois, Alberti, sancti Thomæ, Ægidii de Roma, Alexandri de Halles, Scoti, Bonaventuræ aliorumque realium doctorum quorum doctrina, ut dictum est, retroactis temporibus sana securaque comperta est, tam in sacra theologia quam in artium facultatibus in prædicta universitate Parisiensi, deinceps more solito legatur, doceatur,* dogmatizetur, discatur et intruetur; altera autem prædictorum nominalium (73) in eadem civitate aut alibi quoquoversum in regno nostro, deinceps palam nec occulte quovis modo nullatenus esse legendam... aut aliquatenus sustinendam expresse decernimus. »

Le décret ordonnait ensuite le bannissement des professeurs qui enseigneraient le nominalisme et la destruction des livres où cette doctrine était enseignée. Il y eut une certaine résistance de la part de l'université, et elle n'encloua qu'un seul *exemplaire* de chaque ouvrage. Le président du parlement se plaignit que l'édit n'était pas suffisamment exécuté de cette manière. Alors un Frère mineur, Jean Paillard, proposa d'envoyer une députation à Louis XI pour qu'il temperât son arrêt.

On voit qu'ici comme en Espagne, les Franciscains, c'est-à-dire les scotistes, interviennent en faveur des nominalistes. C'est ce qui prouve leur position intermédiaire entre les disciples de saint Thomas et ceux d'Ockam.

On remarquera également que dans l'édit de Louis XI la première et la plus grande place est donnée aux thomistes.

L'année suivante, le décret de Louis XI fut abrogé par lui-même, ou du moins les livres nominalistes qui avaient été enchaînés solennellement virent briser leurs fers. La députation, qui ne s'était d'abord donné pour but apparent que l'adoucissement de la mesure du prince, en avait obtenu l'inexécution à peu près complète. Cependant la grande réparation envers cette école n'eut lieu qu'en 1481. Cette année même, le recteur de l'université de Paris reçut la lettre suivante :

« Monsieur le recteur,

« Je me recommande à vous et à messieurs de notre mère l'université de Paris, tout comme je puis. Le roy m'a chargé faire déclouer et défermer tous les livres des nominaux, que ja pieça furent scéellez et clouez par M. d'Avranches, ès-colléges de ladite université de Paris, et que je vous fisse savoir que chacun y estudiast qui voudrait... Monsieur nostre maître Berranger vous en parlera de bouche plus au long et des causes qui meuvent le roy à ce faire, en priant Dieu, Messieurs, qu'il vous donne bonne vie et longue.

« Escrit au Plescis du Parc, ce 29 jour d'avril.

« Votre fils et serviteur,
« J. Destouteville. »

Il paraît que la nation allemande fut surtout triomphante de ce nouvel arrêt. On le voit dans un fragment curieux de ses commentaires que cite Du Boulay, et où l'édit de 1475 est comparé à l'ordre de mettre la lumière sous le boisseau.

Les registres de la nation picarde sont un peu moins enthousiastes.

JEAN DE SALISBURY. — *Polycraticus sive de nugis curialium et vestigiis philosophorum*, ouvrage de philosophie morale et politique de Jean de Salisbury.— Il est très-difficile de déterminer le plan de ce livre et son but principal. Il semble cependant que l'auteur, en face des vices des grands, ait voulu leur donner des leçons devenues nécessaires et les instruire de leurs devoirs. Dans le premier livre, il examine les plaisirs qu'ils peuvent se permettre et les dissuade d'user leur vie tout entière dans les distractions de la chasse; singulière habitude qui régnait alors. Dans le second, il les prémunit contre les séductions que les théories superstitieuses des magiciens et des astrologues pouvaient exercer sur leur intelligence; et peut-être ne se montra-t-il pas lui-même suffisamment à l'abri de ces séductions. Dans le troisième, il les met en garde contre les piéges de la flatterie. Les livres IV, V et VI sont un traité curieux de politique où l'auteur considère l'Etat comme un corps organisé, et dans lequel il assigne la place de chaque fonction politique. La royauté, le sacerdoce, la magistrature, l'armée, la tyrannie et ses excès monstrueusement nécessaires sont passés successivement en revue et envisagés, soit en eux-mêmes, soit dans leurs rapports réciproques. Les livres VII et VIII sont un traité de philosophie, où la question morale est surtout abordée; Jean de Salisbury examine les différentes écoles et les solutions qu'elles ont apportées au monde sur la question du souverain bien. Le but de cette partie importante du *Polycraticus* est probablement de montrer aux grands de la terre qu'ils ne trouveront le bonheur ni dans leurs richesses, ni dans leur puissance, ni dans la tyrannie, mais dans la sagesse de leurs désirs et dans l'exercice de la vertu.

L'idée-mère de cet ouvrage est qu'il y a une limite imposée par la volonté de Dieu et par la nature des choses au pouvoir des gouvernements; et il a été certainement inspiré par la vue du despotisme odieux qui régnait alors sur l'Angleterre. On y sent parfois comme le contre-coup douloureux de la juste indignation que son âme en éprouvait. Ces tyrannies contre lesquelles il invoque à la fois et l'autorité de l'Eglise et le bras vengeur des peuples, il a dû en être le témoin : on le devine à la vivacité de son expression. Cette vivacité est souvent extrême

(73) Ailleurs il les cite... « Guillelmi Ockam, monachi Cisterciensis, de Arimino, Buridam, Petri de Alliaco, Marsilii, Adam Dorp, Alberti de Saxonia suorumque similium... »

et le docte évêque va plus loin qu'il ne devrait dans ses ardentes philippiques. Sa doctrine a été condamnée par l'Eglise. Toutefois il faut se rappeler les mœurs des temps et les atrocités commises chaque jour par la royauté anglaise : c'est là une circonstance grandement atténuante.

L'ouvrage de Jean de Salisbury est remarquable également par les enseignements historiques qu'il fournit en abondance. Nous citerons donc quelques fragments qui nous semblent éclairer les idées et les faits du XIIIe siècle d'une assez vive lumière.

FRAGMENTS.

I. « Libertas ergo de singulis pro arbitrio judicat et quæ sanis videt moribus obviare, reprehendere non veretur. Nihil autem gloriosius libertate, præter virtutem, si tamen libertas recte a virtute sejungitur. Omnibus enim recte sapientibus liquet, quia libertas vera aliunde non provenit. Unde, quia summum bonum in vita constat esse virtutem et quæ sola grave et odiosum servitutis excutit jugum, pro virtute quæ singularis vivendi causa est, moriendum, si ingruit necessitas, philosophi censuerunt. At hæc perfecte sine libertate non provenit, libertatisque dispendium, perfectam convincit non adesse virtutem. Ergo et pro virtutum habitu quilibet et liber est, et quatenus est liber, eatenus virtutibus pollet. Econtra vitia sola servitutem inducunt, hominemque personis et rebus indebito famulatu subjiciunt : et licet servitus personæ quandoque miserabilior appareat, vitiorum servitus longe semper miserior est. Quid est itaque amabilius libertate? quid favorabilius ei, qui virtutis aliquam reverentiam habet? Eam promovisse omnes egregios principes legimus ; nec unquam calcasse libertatem, nisi manifestos virtutis hostes. Quæ favore libertatis sunt introducta, noverunt jurisperiti, et quæ ob illius amorem magnifice gesta sunt, historicorum testimonio percelebre est. Cato venenum bibit, ascivit gladium, et ne qua mora protenderet vitam ignobilem, injecta manu, dilatavit vulnus, sanguinem generosum effudit, ne regnantem videret Cæsarem. Brutus arma movit civilia, ut Urbem eximeret servituti. Ipsaque sedes imperii miserabili maluit bello semper affligi, quam dominum, licet mitissimum, sustinere... Libertatis itaque usus eximius est, eique soli displicet qui moribus servilibus vivit... viri tamen optimi et sapientissimi est habenas laxare libertati et quælibet dicta ejus patienter excipere. Sed nec operibus se opponit, dum virtutis jacturam non incurrat... » (*Polycrat.*, lib. VII, c. 25.)

II. « Amico utique adulari non licet, sed aures tyranni mulcere licitum est. Ei namque licet adulari, quem licet occidere. Porro tyrannum occidere non modo licitum est, sed æquum et justum. Qui enim gladium accipit, gladio dignus est interire. Sed accipere intelligitur, qui eum propria temeritate usurpat, non qui utendi eo a Domino accipit potestatem. Utique qui a Deo potestatem accipit, legibus servit et justitiæ et juris famulus est. Qui vero eam usurpat, jura deprimit et voluntati suæ leges submittit. In eum ergo merito armantur jura, qui leges exarmat, et publica potestas sævit in eum, qui evacuare nititur publicam manum. Et cum multa sint crimina majestatis, nullum gravius est eo quod adversus ipsum corpus justitiæ exercetur. Tyrannis ergo non modo publicum crimen, sed si, fieri posset, plus quam publicum est. Si enim crimen majestatis omnes persecutores admittit, quanto magis illud, quod leges premit, quæ ipsis debent imperatoribus imperare? Certe hostem publicum nemo ulciscitur, et quisquis eum non prosequitur, in seipsum et in totum reipublicæ mundanæ corpus delinquit. » (*Ibid.*, lib. III, c. 15.)

III. « Quos quidem affectus in homine ab initio exstitisse sacræ Scripturæ designat auctoritas, appetitum scilicet justi et commodi appetitum. Quorum alter in voluntate, alter in necessitate consistit, et quanto appetitus justi qui in voluntate est, amplius crescit, tanto melior est et dignus ampliori beatitudine... A priore quidem amor libertatis, amor patriæ et tandem extraneorum amor. Nam libertatem non amare non potest, qui seipsum et patriam amat, et in gradu suo extraneum quicunque sincera charitate diligit proximum. Siquidem in eo consistit charitas ordinata. Ab altero vero cupiditas dominationis procedit et laudis et gloriæ, et adeo invalescit, ut ex opinione multorum, res tamen parum consideratæ examinantium virtutibus connumeretur.... Longe igitur virtus Catonis videtur veritati propinquior fuisse quam Cæsaris. » (*Ibid.*, lib. VIII, c. 5.)

IV. « Est ergo tyrannus, ut eum philosophi depinxerunt, quia violenta dominatione populum premit, sicut qui legibus regit princeps est... Princeps pugnat pro legibus et populi libertate ; tyrannus nihil actum putat, nisi leges evacuet, et populum devocet in servitutem... tyrannus pravitatis imago, plerumque etiam occidendus. Origo tyranni iniquitas est, et de radice toxicata, mala et pestifera germinat et pullulat arbor, securi qualibet succidenda. . . . . .

. . . . . .

Ergo respectus honesti et justi, minimus aut nullus est, in facie tyrannorum, et sive ecclesiastici, sive mundani sint, omnia posse volunt, contemnentes quid potentiam antecedat aut sequatur. Utrisque tamen hoc persuaderi vellem, divinum nondum exspirare judicium, quod primigenis et eorum semini inflictum est : quod, quia noluerunt cum possent, inflictum est, ne possint etiam justitiæ obtemperare, cum volunt. » (*Ibid.*, lib. VIII, c. 17.)

V. « Si ergo inveniri non potest ratio subsolarium, quis plene suprasolarium redditurus est rationem? *Quis enim cognovit sensum Domini, aut quis consiliarius ejus fuit?* (*I Cor.* II, 16; *Rom.* XI, 34.) Constat itaque sic rationem omnium veritatis ardore quærendam, ut pia intentio suam infirmitatem agnoscat... Denique apud philosophos cautum est, talia manere prædicata, qualia sub-

jecta permiserint, omniumque prædicamentalium vim et proprietatem naturalium finibus limitari. Eamdemque, cum ad culmen theologiæ ascenditur, quasi nativo colore destitutam, et robore, alterari Plane deficit vis verborum et intellectus ipse mortalis succumbit, ubi divinæ discutitur immensitas majestatis, et in naturalibus obtinet, his scilicet quæ rerum numerum augent vel minuunt, ut quod fuit non possit non fuisse, aut non præteriisse, quod præteriit, dum tamen quod verum fuit, secum forte lecturum, nihilominus verum non fuisse possit..... Hanc autem humano generi indulget academia antiqua licentiam, ut quidquid unicuique probabile occurrit, suo jure defendat. *Solebat nostri temporis Peripateticus Palatinus* omnibus his conditionibus obviare, ubi non sequentis intellectum, antecedentis conceptio claudit, aut non antecedentis contrarium consequentis destructiora ponit, eo quod omnes necessariam tenere consequentiam velint, etsi nonnullæ sola, dum tam magna sint probabilitate contentæ. » (*Ibid.*, lib. II, c. 22.)

VI. « E diverso nihil homini perniciosius homine et in eis tyrannus sæcularis aut ecclesiasticus, perniciosior est. Sed profecto in utroque genere sæcularem ecclesiasticus antecedit..... Rectissimam eminendi viam docuit Christus, qui discipulos suos regibus gentium noluit conformari, ut dominentur in subditis, et qui potestatem exercent, benefici dicantur, sed qui major est sponte minoretur, et solum... sibi vindicet officium ministrandi. At isti aliam prætulerunt, ascendentes ex adverso fratrum, et ministrandi humilitate rejecta appetunt præ regibus gentium dominari.....

« Sic sic, si Ecclesia Dei erigatur in spiritus libertatem ; si ministerium sceleris subire detrectet, aut omnino schismata sopientur, aut manente compage unitatis, soli inter se schismatici dimicabunt. Interim contineat Ecclesia manus suas, quoniam gladius Petri, qui sanguinem carnali sitiebat affectu, mandato Domini ad præsens tegitur in vagina, et discipuli eradicare zizania properantes, præcipiuntur messores angelos exspectare. Oret unitatis integritas, ut in se colligat dissidentes lapis incisus, in quo fundatur Ecclesia, quem schismatici reprobant, qui fecit *utraque unum*, et vestem suam in sortem fidelium integram cedere maluit, quam secari... Oret pacem, quærat pacem, et persequatur etiam fugientem... Meminerit ejus qui cum posset producere plus quam duodecim legiones angelorum, exaltatus in crucem omnia acquisivit..... Schismaticos nocentes accipiunt, sed consentientes justos, nocentes faciunt bella sacerdotalia. (*Ibid.*, lib. VIII, c. 23.)

VII. « Quid itaque sibi volunt, qui rempublicam, id est populum Dei, indebito servitutis jugo nituntur opprimere, non video, nisi forte ea de causa potentiam appetant, ut tormenta miseriæ potenter ferant. Si enim regere tantum appeterent, non dominari, onus officii metientes, nequaquam tanta currerent aviditate. Voluntas enim regentis de lege Dei pendet et non præjudicat libertati. At tyranni voluntas concupiscentiæ servit, et legi reluctans, quæ libertatem fovet, conservis jugum servitutis conatur imponere. Docet hæc Scriptura cui contraire non licet. Dixerunt omnes viri Israelis ad Gedeonem : *Dominare nostri tu, et filius tuus, et filius filii tui... Quibus ille ait : Non dominabor vestri, nec dominabitur in vos filius meus, sed dominabitur Dominus.....* (*Judic.* VIII, 22, 23.) Vidi temporibus meis nonnullos sacerdotali se immiscentes officio et humeros temerarie supponentes, ut arcam præriperent ab humeris levitarum... Alios vidi qui libros legis deputant igni, nec scindere verentur, si in manus eorum jura pervenirent aut canones. Tempore regis Stephani a regno jussæ sunt leges Romanæ, quas in Britanniam domus venerabilis Patris Theobaldi, Britanniarum primatis, asciverat. Ne quis etiam libros retineret, edicto regio prohibitum est et Vacario nostro indictum silentium ; sed faciente Deo, eo magis virtus legis invaluit, quo eam amplius nitebatur impietas infirmare. Quis autem in tot millibus regnare affectantium, esse vult similis Gedeoni ? » (*Ibid.*, VIII, c. 22.)

VIII. « Apud Gnathonicos veritatis eloquium crimen est majestatis. Impetrata tamen venia, unum pro membris in audita capitis insero, non tamen ego, sed Spiritus sapientiæ, Spiritus veritatis, Spiritus sanctus, *qui obturat aurem suam ad clamorem pauperis, ipse clamabit et non exaudietur*. (*Prov.* XXI, 13.) Non enim exaudietur a capite suo, quoniam caput ejus Christus est, et in Christo Deus, et Christus Deus, qui liberat pauperem a potente, et confringit omnia intumentia regna terrarum... eripiens inopem de manu fortiorum ejus, egenum et pauperem a diripientibus eum..... Nec proficit in tortura pauperum, multiplicare vota, et quasi Deus muneribus corrumpi queat, eum simulatis potius quam veris ab impœnitente eleemosynis attentare, cum sapientia protestetur.....; et qui offert sacrificium de rapina pauperis, quasi filium immolat patri..... Non ego, sed Altissimus dicit et facit hæc omnia. Ego quidem non tantum bonis et modestis, sed etiam dyscolis arbitror serviendum in omni humilitate et reverentia, fideliter tamen et in cultu potestatis Deum venerandum, a quo est instituta. (*Ibid.*, lib. VI, c. 27.)

L

LIBER DE CAUSIS ET PROCESSU UNIVERSITATIS. — Titre du plus important ouvrage d'Albert le Grand. Nous avons souvent expliqué comment ce docteur était arrivé à son système. Nous nous bornerons ici, comme confirmation de notre théorie sur ce sujet, à citer les passages les plus saillants de ce livre.

« LIBER PRIMUS.

« *De proprietatibus primæ causæ et eorum quæ a prima causa procedunt.*

« TRACTATUS PRIMUS. — *De opinionibus antiquorum.*

« CAPUT I. — *De opinione Epicureorum.*

« Difficultates quæ sunt circa totius entis principia utcunque tangere cupientes, a primis philosophantibus sumendum est principium. De primo enim omnium principio diverse diversa tradidisse videntur Epicuri, et Stoici, et Peripatetici. Epicurus enim et omnia et unum esse dixit, et omnium principia ad materiam retulit : licet quidam eorum addiderunt principium unum motus : quod cum non nisi in materia contemplabantur, primum principium dicebant esse materiam, formas nihil esse dicentes, nisi modos quosdam materiæ resultantes ex ordine et compositione partium. Ex his enim dicebant causari figuras, et ex figuris motus, vegetari, sentire et universaliter vivere : ex motibus autem calidum, frigidum, humidum et siccum. Calidum quidem ex acutis, frigidum vero ex hebetibus componentes angulis : humidus vero, eo quod subtile est, acutis : eo autem quod interminabile est, dixerunt esse per hebetes angulorum resolutum, et præcipue per rotunda quæ volubilitatis motu non terminantur. Siccum autem dixerunt constare ex acutis, ex hebetibus autem comprimentibus, compressos dixerunt esse acutos, ita ut bene teneant et male recipiant. Et hoc modo cœli et elementorum omnium ponebant generationem : materiam primam omnium dicentes esse principium sive sensibilem sive insensibilem : dicentes formam nihil esse de substantia rei nisi tantum resultationem quamdam ex diversitate situs ordinis partium in toto secundum diversitatem figurarum, primis principiis indivisibilibus componentibus omnia. Et hanc opinionem in tantum secutus est Alexander, quod et intellectum dicebat esse in corpore propter actionem ex compositione corporis et complexione resultantem. Toti ex subtilissimis et rotundis et vacuis, componebant intellectum, ut omnia penetraret ex subtilissimis : ut omnibus mobilibus mobilior esset, ex rotundis : ex vacuis, ut omnium esset comprehensivus : ex magnis autem et vacuis et rotundis componebant cœlum, forte propter eamdem causam, nisi quod ex magno dicebant causari continentiam omnium. Ex rectis vero et grossioribus componi dicebant elementa secundum elementorum diversitatem. Vacuum autem et plenum ponebant propter terminos motus, dicentes plenum a quo est motus : vacuum autem ad quod est ; motum autem similiter a casu et fortuna, præter hoc solum quod acutum dicebant moveri sursum, hebes deorsum, rotundum in circuitu. Id quod ab omnibus vacuum est, dixerunt materiam primam, et ideo omnium susceptibilem. Quod vero subtile et vacuum est in rotundis, subtilium omnium dicebant esse susceptivum, sicut intellectum, vel animam. Quod vero in concavis suscipit, dicebant esse locum. Rectum autem, quod rectum angulum, ut in contractu trium diametrorum vacuum est, materiam dicebant esse corporum et elementorum. Et sic de primo universitatis principio enuntiaverunt : propter quod ejusdem rationis dicebant esse receptibilitatem loci et intellectus : et mediante eo quod dicebant moveri species ad intellectum : corpora autem naturalia ad locum, et formæ resultant in materia ex diversa corporum compositione. Species et corpora non dicebant esse nisi ex diversa corporum dispositione, sicut diximus.

« Isti sunt, qui dicebant Deum noym et materiam primam esse ejusdem essentiæ et vere esse substantiam et nihil aliorum, sed omnia alia accidentia et dispositiones substantiæ, nitentes hoc probare duobus rationibus, quarum una est, quod per se et non in alio exsistentium est genus unum : omnium autem quæ sunt ab uno genere, fluxus est ab uno principio indivisibili : Deus igitur et noys et materia ab una fluunt indivisibili substantia. Principium autem eorum quæ non sunt in alio et in quibus omnia alia sunt, non potest esse nisi id cui prima ratio convenit subjecti : hoc autem primo convenit meteriæ : illi enim nihil substat, et substat omnibus aliis : principium ergo essentiale omnium eorum quæ sunt in substantia, est materia. Deus ergo qui omnibus præbet vim subsistendi, per omnia diffusus videtur esse : unde noys nota quæ speciebus substat præbens eis esse et subsistere in se, per materiam substantia est : species enim intelligibiles nullum habent esse nisi intellectio. Et hæc ratio Theophrastum duxit in errorem, ut diceret eamdem potentiam acceptionis et materiæ et intellectus. Secunda ratio fuit, quod dicebant, quod Deus noys et materia conveniunt in ratione substandi : unumquodque enim illorum omnibus substat : similiter unumquodque illorum cum altero convenit in ratione principiandi : quodlibet enim illorum universaliter est principium omnium : omnia enim naturalia et opus divinum sunt, et opus intelligentiæ, et determinata per materiam. Similiter hæc tria conveniunt in modo principiandi : quodlibet enim illorum principiat per substantiam, non per accidens, nec invenitur differentia illorum, ut dicunt : idem autem est quod non differt differentia : hæc ergo tria sunt idem : simplicia enim sunt per substantiam unam rationem principii habentia et eumdem modum principiandi. Hæc igitur ratio est Epicureorum.

« CAPUT II. — *In quo excluditur prædictus error.*

« Hic autem error facile destruitur. Motus enim non est sine aliquo movente et aliquo moto : virtus autem moventis et virtus moti contrariæ sunt, et præcipue virtus moventis universaliter et moti universaliter : virtus enim moventis ex hoc perficitur quod est perfecta dispositio agendi vel movendi in aliud secundum quod est aliud ; et sic universaliter movens est perfectum in agere ad aliud universaliter : et impossibile

ut in ipsum aliquod agat : propter quod etiam motus secundum quod ab ipso est, est actus perfectus : perfectus autem actus est actus perfecti, ut probatur in iv *Physicorum*. Virtus autem universaliter moti radicatur in potentia recipiendi ab alio motum : et ideo omne universaliter motum, imperfectissimum est : propter quod et motus ejus est actus imperfectus. Substantialiter ergo differunt universaliter movens et universaliter motum, nec ab uno aliquo principio per essentiam fluere possunt. Materia autem prima universaliter motum est. Non potest ergo esse eadem secundum substantiam cum primo movente. Et qui dicunt, quod eorum quæ sunt in genere uno, fluxus est ab eodem principio, hoc quidem verum est, et hoc intelligitur de illis quæ per unum modum sunt in eodem genere. Deus autem in nullo genere est : noys vero et materia non per unum modum sunt in genere uno : sicut nec forma et materia per unum modum sunt in genere uno : propter quod non sequitur, quod ab eodem fluant essentiali principio, sicut nec forma et materia ab uno fluunt essentiali principio, licet sub diversa ratione ad idem genus reducantur. Et quod ulterius addunt, quod idem est a quo non differt differentia : dicendum, quod valde imperfectum est argumentum. Prima enim principia differunt seipsis. Si enim omne quod differt ab alio per aliam a se differentiam differret, cum differentiæ etiam a seipsis differant, oporteret quod differentiæ esset differentia ; et iretur in infinitum. Deus autem et materia prima seipsis et suis substantiis differunt. Noys autem differt ab utroque. Noys autem si primam naturam dicat, dicemus inferius, quod hæc facta est sicut et materia, et quod non fluunt ab uno et eodem proximo principio, quamvis in communi remotum habeant unum principium : et quod non est una ratio subsistendi speciebus intellectualibus et formis materialibus. Et si dicantur hæc tria esse principia, erit æquivoca et non univoca ratio principii in illis. Æquivoca quidam in Deo et materia, per prius autem et posterius in Deo et noy respectu formarum. Quod enim noys constituit formas, et subsistunt in ipsa : hoc est enim per lumen divinum influxum in noym, et non per propriam naturam noys. Similiter quod formæ sunt in Deo per indifferentiam sunt in potentia : in noy autem et a noy differunt. Differunt etiam a se invicem : et hæc clara erunt ubi de intelligentiis faciemus sermonem. Et quod addunt, quod modus principiandi sit idem, noy est verum, nisi valde in communi : et quodlibet istorum per suam substantiam et non per aliud facit formas. In speciali vero isti moti valde differunt. Materia enim facit subsistere per hoc quod est subjectum : noys autem per hoc quod est locus specierum : Deus autem per hoc quod est constitutivus causarum in esse.

« Quod autem motum dicunt a casu et fortuna, valde mirabile est. Eorum enim quæ moventur, quædam semper moventur, sicut cœlum : quædam autem non semper, sed tantum per se et secundum naturam, ut elementa : et horum, ut dicit Avicenna, aut esse motus est ut essentiale, aut aliud de esse ut generatorum, aut consequens esse : propter quod et philosophus dicit, quod motus est a generante, vel ab eo qui removet prohibens : et hoc etiam inferius ostendetur quamvis in naturalibus jam a nobis ostensum sit. Id autem quod est de esse rerum concedere formas, valde irrationabile est : vacuum enim si est, in loco accidit. Receptio autem materiæ et intellectus a receptione loci magnam habent differentiam : loci enim receptio non est de esse loci in actu. Materia autem quidquid recipit, et similiter intellectus sit in actu per receptum : propter quod videtur quod materia, quamvis in potentia ad formam, in actu est per eam : et intellectus autem sit etiam in actu per formam quam recipit. Et si dicatur intellectus locus esse specierum, non hoc dicitur receptionis per similitudinem in loco, sed per similitudinem generantis secundum quod dicimus quod locus generationis est principium quemadmodum et pater : sicut enim perspicuum illuminatum dicitur esse locus visibilium, eo quod perspicuum illuminatum constitutivum est colorum in actu, sit intellectus lumen constitutivum intelligibilium. Non enim constituit perspicuum illuminatum colores nisi in seipso secundum esse colorum visibilium ut visibiles sint : nec lumen intellectus intellectibilia constituit, nisi in seipso. Ex omnibus his patet, quod Epicurus nihil verum tradidit de universali principio. Sicut enim in domo alia est virtus servi, alia domini : virtus enim servi est ut bene moveatur ad domus ordinationem, virtus autem domini ut bene moveat, et principium constitutionis domus est in domino et non in servo : sic est in universali principio, et in universitatis rerum constitutione et esse et ordine in universaliter movente et non in universaliter moto. Epicurus supercurans supra cutem interpretatur : sortitus autem est hoc nomen eo quod primi philosophantes Epicuri nomen supercurantes dicti a plebe quæ non nisi comferentia cogitat : eo quod de supervacuis, ut eis videbatur, rebus scrutarentur, superflua enim reputabantur ; propter quod etiam dicit Aristoteles (lib. vi *Ethicorum*) de Anaxagora et Thale, qui Epicuri fuerunt, quod omnes mirabantur eos tanquam res admirabiles scientes, et de conferentibus ad vitam nullam habentes providentiam. A posteris autem Epicuri quasi super cutem dicti sunt : eo quod quasi in cute, id est in superficie probabantur inquirentes ea quæ in materia apparent, non profundantes perscrutationem usque ad veritatis inquisitionem. Et quia omnia ad materiam retulerunt, propter hoc et delectationem, quæ generatio est in sensibilem animam, summum bonum dixerunt in vita.

« Caput III. — *In hoc adducitur positio Stoicorum de universi esse principio.*

« Omnibus autem quæ contra Epicuros inducta sunt, quidam consentientes Stoicorum induxerunt philosophiam. Cujus philo-

sophiæ licet princeps fuerit Socrates, tamen quia non nisi de moribus scripsit, et de inquisitione veritatis et philosophiæ nihil tractavit; ideo Platonis susceperunt tractatum, qui dicta Socratis compilavit, sicut ipse Plato in libro *Phedonis* testatus est. Volentes autem scire quid erat causa rei uniuscujusque, et videntes quod materia prima nullius rei penitus est causa, ut Avicenna ponit, quamvis subjectum sit quod per aliquid aliud secundum esse est vacuum in actu, universitatis principium dixerunt esse datorem formarum, qui primum agens est secundum formam, et qui seipso largitur omnes formas : ab ipsa enim veritate coacti agentem causam esse posuerunt. Cum autem prius sit agens univocum quam æquivocum, primum agens univoce agens esse dixerunt : si enim æquivoce ageret, per accidens ageret, et sic non esset primum principium. Adhuc primum non ponit esse compositum : compositum enim reducitur ad aliud prius per se. Oportet ergo, quod primum agens et formaliter sit agens et simplex, ex quo sequitur necessario, quod primum agens forma est : et cum sit principium, sequitur quod seipso largitur formas, sicut calor se habet in omnibus calidis. Hæc igitur de causa datorem formarum posuerunt. Quia vero primum indeterminatum est, posuerunt etiam secundos, in quos primus dator influit formas, et per quorum ordinem formæ derivantur ad materiam propter quod Plato dicit : *Dii eorum quorum pater opifexque ego.* Et de formis post pauca subjungit : *Harum sementem ego faciam vobisque tradam, vestrum erit exsequi.* Hujus simile dicebant, sicut si diceremus, quod sol non esset nisi lux. Cum enim omnia lucentia luceant a sole, largitio luminis a sole esset essentialis emanatio, et lumen determinatur per ea in quæ fluit usque ad constitutionem colorum in determinatis corporum. Per eumdem modum ponebant esse formatum in anima quæ formatur. Hæc igitur fuit una pars positionis eorum.

« Formas etiam separatas dixerunt esse perpetuas, sicut in *Timæo* Platonis, hac ratione, quia aiunt, quod factum aliquem habet facientem : si autem et ille factus esset, iretur in infinitum, vel oporteret circulum esse in facientibus et factis : oportet ergo, quod factor primus factus non sit. Factor ergo, non factus, perpetuus, et æternus est : factus autem et faciens non casu vel fortuna facit : omne quod facit, ad rationem referens factum. Factor ergo æternus aut refert ad rationem æternam, aut ad mutabilem. Si ad mutabilem, sequitur quod ad mutabile erit ratio factoris æterni in faciendo : quod omnino impossibile est : quia si mutabilis ratio esset, et ipsa facta relata erit ad aliquam quæ est ante se ratio : et sic igitur in infinitum, quod omnis refugit intellectus. Oportet igitur, quod ratio sit res qua constituitur esse rei perpetua sic. Hac ergo necessitate formas posuerunt æternas. Et cum nihil habens esse in materia perpetuum sit, coacti sunt has rationes ponere separatas et consistentes in lumine datoris formarum. Separatum enim esse idem est ei esse quod est esse in lumine intellectus. Harum autem formarum eas quæ sunt in materia, dixerunt esse imagines vel resonantias : imagines quidem sit ad rationis speciem imitantur : resonantias autem si propter mersionem in materiam ab imitatione deficiunt : separatas autem dixerunt quasi quædam etimagia vel sigilla : sigillata enim cera, vel quodlibet aliud, a sigillo non recipit formam nisi secundum esse quod habet in sigillo, et secundum esse quod in cera habere poterit. Et hoc modo dixerunt facta perpetuis quasi a sigillis procedere : cum tamen perpetua immobilia sunt; mobilia autem ea quæ facta sunt. Cujus opinionis Boetius in libro *De consolatione* dicens : *O qui perpetua mundum ratione gubernas, stelliferi conditor orbis.* Et post pauca : *Cui cuncta superna ducis ab exemplo.* Et in *Timæi* c. 2 : *Operi formam dat opifex suus : quippe ad immortalis quidem et statu gemino persistentis exempli formam operis effigiem honestum efficiat simulacrum, necesse est.* Propter quod tria genera formarum esse dixerunt, scilicet formas ante rem, in re, et post rem. Et eas quidem quæ sunt ante rem dixerunt rerum esse principia et imagines : quæ autem post rem, dicebant accidentales esse, sicut sunt formæ abstractionis quando universale abstrahitur a particulari : propter quod has accidentales esse dixerunt : accidit enim eis quæ jam sunt, universaliter accipi per nudationem a materia. Hæc ergo fuit secunda pars positionis eorum.

« Tertia vero pars fuit, quod ponebant numeros : nulla enim forma sigillatur in materia, nisi proportione numerorum, quæ sunt principia determinantia formam ad materiam hanc vel illam, et potentias materiæ determinantes ad formæ susceptionem, et sic in omni facto est proportio numerorum. Cum vero duplex sit numerus, scilicet numerans et numeratus, erit etiam duplex proportio : si enim quæratur, quis horum sit ante alium et alterius principium constat, quod numerus numerans principium est numeri numerati : primum enim et principium est a quo non convertitur consequentia : posito enim numero numerato, ponitur necessario numerus numerans, et non convertitur. Numerus ergo numerans, numerati est principium. Cum in numerato constituantur ea quæ fiunt, constat numerum eorum quæ fiunt, esse principium ; propter quod in principio arithmeticæ dicitur arithmeticam esse priorem aliis scientiis quadrivialibus, non solum propter hoc quod ad numerum respiciens, omnia constituit opifex : sed et naturali communia : quia si non sit numerus, non erit triangulus, ut patet, quadratum, neque trigonum, vel quadrata radicatio, nec diatesseron, nec alia hujusmodi. Hoc igitur ratione moti, numeros dicebant esse principia.

« Quarta pars positionis fuit, quod ponebant principia et mathematicas lineas et superficies et corpora, quæ omnia reducebant

ad magnum et parvum : parvum dicentes, quod componitur ex paucis : et magnum, quod ex multis. Hæc dicebant esse naturalia. Cujus positionis hæc est ratio. Quia videbant non tantum proportiones esse in factis et facientibus secundum mathematicos, sed etiam compositionem ad figuram, quæ non secundum proportionem discretorum accipi potest, sicut patet in secundo *Geometricæ* Euclidis; talis autem proportio in factis cum facta sit, suæ factionis perpetuam habet rationem : perpetua autem ratio non nisi in mathematicis est : ratio enim in materialibus consequenter ponit rationem in mathematicis, et non e contra. Positio ergo compositionis in mathematicis principium est compositionis in materialibus. Omnium enim natura constantium terminus est et ratio magnitudinis, quem terminum si transeant, inutilia sunt ad factorum constitutionem. Terminus autem accipitur in magno et in parvo non simpliciter, sed per relationem ad virtutes facientis et facti. Hoc igitur modo omnia producebant ex uno. Lumen autem datoris formæ constituit formam : lumen in proportione collationis formæ constituit numerum : lumen vero idem in compositorum ad terminum rei factæ, constituit mathematica. Prunia igitur constituuntur secundum numerum esse et mensuram. Hæc igitur est Stoicorum positio, et sic probata. Stoicorum autem nomen vel facientes cantilenas, vel stantes in porticibus interpretatur. Et ratio nominis est : quia primi philosophantes in poematibus, et philosophabantur poemata, nulla lege metricantilenarum habebant modum; quia autem maxime facta hominum cantabant, quæ ante porticus in theatris et palæstris cantabantur, propter hoc in porticibus stantes dicebant : propter quod etiam Dyonisius loquitur de theoricis Stoice, Œsopi Figmenta quædam ad mystica theoremata referens per modum poetarum. Hoc autem maxime Plato Stoicorum princeps fecit : ideo principium primum patrem nominavit, prolem vero formam ab ipso procedentem, matercu-lam autem omnium susceptivam materiam.

« Caput IV.—*De improbatione positionis Stoicorum.*

« Admirantur autem Peripatetici talem positionem Stoicorum : per se enim notum esse volunt inter motum et movens nullum esse medium. Si ergo sit primum movens nullo modo tangens id quod movet, sed separatum ab ipso, procul dubio non movebit, quia quod non tangit, non agit : et quod non agit, in acto non inducit passionem : inutile est ergo ad facturam agens separatum. Adhuc id quod de esse rei est, aliquid rei est : si igitur rei nihil sit, sequitur ipsum non esse de esse rei principium ; ergo aliquid rei erit separatum, aut nihil rei est : ergo nihil est de esse rei : ex quo sequitur, quod non sit ejus quod est esse principium nisi formæ per actum, sicut sigillum est principium imaginis quæ est in cera. Nos autem quærimus principium ejus quod est esse substantiale. Adhuc eadem sunt principia essendi et sciendi : aliter enim ex propriis et essentialibus non sciretur res : scire enim arbitramur, cum causam cognoscimus uniuscujusque, et quoniam illius causa est, et impossibile est aliter se habere. Si igitur separata inutilia sunt ad constitutionem esse, sequitur quod inutilia sunt ad scire. Ergo nec factum refertur ad ipsa sicut ad principium esse, nec sciens aliquid ad ipsa respondet sicut ad principium cognitionis factorum. Adhuc separatum non conjungitur facto nisi per aliud quod non est separatum : hoc ergo ponere oportebat si perfecta deberet esse doctrina Stoicorum : et sic oportebat ponere plura principia : Adhuc separatum ut separatum nihil est de esse facti : quod autem nihil est de esse facti secundum potentiam vel actum, nulla ratione potest esse principium formale : patet ergo, quod formæ separatæ principium esse non possunt. Præterea quod numeros ponunt, non videtur habere causam : proportio enim quæ in factis est et in factorum potentiis, non in numeratis accipitur secundum quod numerata sunt, sed potius secundum quod relata ad potentiam agentium vel patientium et terminantium et terminatorum : per accidens igitur referuntur ad numerum : numerus igitur non per se principium est, sed per accidens. Similiter etiam impossibile est quod dicunt de mathematicis continuis : ab alio enim habet corpus quod corpus est, et quod corpus naturale est. Ab hyle enim et forma habet quod corpus naturale est : a fluxu autem puncti per tres diametros ad tactum recti anguli se contingentes, habet quod corpus mathematicum est : accidit ergo corpori naturali, quod corpus mathematicum est : mathematica ergo principia naturalis corporis esse non possunt : et quia multa talia in prima philosophia a nobis contra Stoicos dicta sunt : hæc quantum ad dictam opinionem dicta sufficiant.

« Caput V. — *De opinione Avicebron.*

« Avicebron autem in libro qui dicitur *Fons vitæ*, mirabilem tangit positionem circa principium universi esse. Tangit primæ materiæ et primæ formæ investigationem in omnibus per primæ materiæ et primæ formæ, ut dicit, propria. Verbi gratia, quod primæ materiæ est recipere, subjectum primum esse, in se formam tenere, per se exsistere, secundum quod per se exsistere est, id est, non in alio exsistere : formæ autem in alio esse, in actu facere materiam, potentiam materiæ terminare, partem ejus quod est esse, sive substantiæ compositæ. Ex hoc enim procedit ostendens primo materiam esse in omnibus, tam in intellectualibus, quam quantitativis, quam mistis ex contrariis. Et in illa quidem quæ mista est ex contrariis, planum est. Similiter etiam in illa quæ determinata est quantitate. Quod etiam in intellectuali substantia sit, probare conatur per id quod proprietatem materiæ invenit in substantia intellectuali; sic quod substantia intellectualis comprehendit et tenet in se formas omnium. Comprehen-

dere autem et tenere materiæ est : et ubi sunt proprietates, ibi est subjectum. Patet ergo, quod materia prima est in substantiis intellectualibus. Ex hoc dicit, quod materia sit in omnibus præter primum factorem. Quod autem unius generis sit materia, sic probatur; quia quæcunque per divisionem veniunt ab uno primo, ejusdem generis esse videntur. Sustinens autem formam, aliud est sustinens formam simplicem, aliud est sustinens formam determinatam contrarietate : sustinens autem formam et fundans, unius natura est in genere in omnibus his; in omnibus ergo intellectualibus, corporalibus, et ex contrarietate commistis unius rationis in genere materia esse videtur. Adhuc quia materia sustinens novem prædicamentorum accidentia, invenitur non esse prima materia per hoc quod est composita. Subjectum enim accidentis non est simplex, sed compositum. Forma enim accidentalis est compositioni contingens simplici, et invariabili essentia consistens, ut dicitur in sex principiis. Compositum autem non est primum in principiis substantia. Oportet ergo, quod ante materiam illam sit alia materia quæ sit subjectum formæ substantialis tantum. Omnis autem materia quæ quantitate determinata est, vel contrarietate, est materia suspiciens accidentia et accidentium genere. Ergo ante illam est alia quæ primæ formæ substantialis est subjectum. Hæc autem non nisi intellectualis est naturæ materia. Materia ergo prima est in intellectuali natura. Adhuc in omni divisione id quod est prius, fundat et sustinet id quod est posterius, sicut patet in esse, vivere, sentire, intelligere. Intelligere enim fundatur in sentire; sentire in vivere, et vivere in esse. Cum ergo materia sustinens prædicamenta accidentium, non sit prima, constat quod fundatur in alia priori : hæc autem non potest esse nisi illa quæ prima substantiali forma determinata est : primam autem formam constat esse intellectualem per quam in esse determinatur intelligentia : prima ergo materia in intelligentia est. Adhuc prima materia potentia est ad omnia : materia determinata contrarietate, non est potentia ad omnia : non enim est possibilis ad comprehensionem intentionum rerum : ergo ante materiam determinatam quantitate est alia prior materia, quæ non nisi intelligentia esse potest. Adhuc substantia non est possibilis ad susceptionem quantitatis, nisi per potentiam partibilitatis, et per potentiam fluxus unius ex altero secundum ordinem positionis in situ : sed fluit linea ex puncto, vel superficies ex linea, et corpus ex superficie; possibilitas ergo partibilitatis et situs est ante potentiam susceptionis quantitatis; ante ergo materiam quæ determinatur contrarietate, quædam materia prior est : et cum hæc sit in actu in rebus universi esse, oportet quod illa materia sit quæ determinatur substantiali forma intellectualitatis in intelligentia. Adhuc quantitas omnis ad terminum determinata est; quantitas ergo prohibet eam quæ ad omnia est communicatio : prima autem materia possibilis est ad omnia : prima igitur materia quantitate non est determinata. Adhuc primi agentis simplicis primus actus non est compositus, sed est primum simplex susceptibile actionis : materia autem determinata quantitate composita est; primi ergo simplicis primus actus non est in eam. Oportet ergo, quod ante hanc alia sit, quæ primum recipiat actum primi generis. Hic autem secundum esse non invenitur nisi intelligentia. Actus enim primi actoris lumen est intelligentiam constituens. Adhuc primum agens constat infinitum esse, quo est omnia agere; susceptibile ergo actionis, necesse est infinitum esse, quo sit fieri omnia; omnia autem fieri non est possibile nisi intelligentia quantum ad eum qui vocatur possibilis intellectus; hoc enim, ut dicit Aristoteles in tertio *De anima*, omnia est fieri : prima ergo differentia materiæ in intelligentia est ante omnem qualitatem et quantitatem. Adhuc agens universale nihil immediate agit in patiens particulare : patiens autem particulare vel particulariter est materia sustinens quantitatem vel contrarietatem : materia ergo talis non immediate subjicitur primo agenti : oportet ergo materiale primum ponere ante hoc : hoc autem non est nisi materia spiritualis. Talibus igitur et similibus pluribus primam materiam probat esse spiritualem, intellectuali forma determinatam.

« Primam autem formam aliquam probat esse per divisionem et resolutionem. Prima enim divisio substantiæ est in corpoream et incorpoream : et constat, quod unum est genus continens utrumque istorum membrorum; nihil est in genere quod non sit in aliqua specierum : oportet ergo, quod incorporea sit quædam substantia ordine prima ante substantias quæ sunt in genere. Factor enim primus in genere non est, sed anima, licet principium generis vel speciei, in genere non est, ut sensus. Oportet ergo, quod ordine prima in genere exsistens intelligentia sit : intelligentia ergo substantia composita est : prima autem compositio ex materia et forma est : intelligentia ergo substantia composita est : prima autem compositio ex materia et forma est; intelligentia ergo ex forma et materia composita est, et intellectualitas prima est in ordine rerum. Adhuc cum prima materia possibilis sit ad omnia, prima erit forma quæ minime claudit possibilitatem materiæ. Inter omnes autem minime claudit intellectualitas : eo quod intellectualis substantia contentiva est omnium. Prima ergo forma intellectualitas est, et est ante formam cœli et elementi in ordine universitatis formarum : et id quod ante est in ordine, vere principium est ad sequentia : ex intelligentia ergo sicut ex prima forma principiatur quicquid est in cœlis et elementis.

« Talibus ergo inquisitionibus inventa prima materia et prima forma, studet ad inveniendum primum agens, dicens, quod et verum est, primum agens simplicissi-

mum esse in fine simplicitatis. Quod autem in fine simplicitatis est, licet sit per se agens, tamen actio ejus non determinatur ad aliud nisi mediante aliquo : determinans autem illud dicit esse voluntatem : voluntas autem inclinativa est ad volitum : et hoc modo dicit agens primum in actione determinari ad materiam primam, ut influat ei primum actum qui est lumen intellectuale, multiforme quidem secundum intelligentiarum diversitatem quæ est ex illo : et postmodum producit id quod habet quantitatem : materia enim prima, ut dicit, actum primum sine motu suscipit : substantia sine motu susceptibilis non est propter eam quæ est a principio primo distantiam, eam dicit potentiam, esse ad motum : et cum moveri non possit nisi quantum, ex hoc dicit produci quantitatem. Cum autem quantum ex hoc quod quantum est, non sit potentia ad formam, incipit. ut dicit, formarum commutabilitas, ita quod rerum potentia est ad formam alterius : et ibi, ut dicit, incipit formarum contrarietas. Et hoc modo ex uno simplici per voluntatem universa dicit procreari. Intellectualia quidem propter simplicitatem penetrare omnia. Quantitate autem determinata, contentiva esse omnium et locorum et universorum. Contrarietate vero determinata mobilia ad locum unum : et sic compleri et perfici et determinari primæ materiæ possibilitatem. Omnis enim forma quæ sicut in archetypo est in motore primo, sicut est potentia in materia prima, et sicut in subjecto suscipiente eam in esse. Ex hoc dicit esse, quod omnes formæ simplices sunt ex comparatione ad causam primam ad simplices substantias in simplici et invariabili essentia consistentes, et non supercompositæ nisi secundum quod in subjecto sunt, quod si simpliciter esset, simplices essent, ut patet in formis intelligentiæ : et quando compositum est subjectum, situm et quantitate accipiunt, et compositionem quamdam, ita quod in majori sunt majores, et in minore minores. Dicit etiam, quod quia omne compositum ex unitatibus componitur, quod formæ relatæ ad simplices substantias uno sunt relatæ, aut ad substantiam multiplicatæ, et sicut unum simplex in duo agitur per esse quod habet in materia, et ex illo producitur in multiplicitatem per majorem et minorem ad materiam determinationem. Et per resolvere hoc modo reduci ad simplicitatem. Hic autem modus principiandi universum esse in omnibus fere cum Plato convenit, nisi quod iste voluntate dicit fieri, Plato dicit factum esse per intellectualem dictionem et præceptum. Secundum hoc enim materia est clara mater omnium, ut dicit Plato et Augustinus. Primum non est nisi primus intellectus formativus omnium per lumen intellectuale, ut dicit Plato : et actus primus non est nisi verbum intellectus inflexum primæ matriculæ, propter quod ipse in effectu conficitur et in esse constituitur.

« Caput VI.—*De improbatione opinionis Avicebron.*

« Hæc autem opinio Peripateticis non placuit propter quinque rationes potissime. Quarum prima est, quia imperfecta est. Non enim dicit bene unde ortum habeat materia quæ quamvis per generationem et corruptionem non producatur in esse, tamen aliquo modo habet esse : et sic vel erit principium. Si autem est ex principio, non potest esse nisi ex primo universi esse principio : actus autem principii completus est, et completivus : oporteret ergo, quod materia completiva quoddam esset, quod iterum falsum est. Neutrum autem istorum Avicebron determinavit. Secunda ratio est, quod prima materia incompletissima est omnium materiarum : eo quod potentia est et ad omnia nihil actu exsistens, et quod incompletissimum omnium, susceptivum sit actus perfectissimi atque hoc quod disponatur ad illum, impossibile est penitus : cum in secundo de cœlo et mundo determinatum sit, quod propinquissima primo perfectiora sunt, et bonitatem ejus susceptiora quam ea quæ distant ab ipso. Tertia ratio est, quod intelligi non potest, quod potentia exsistens ad actum sine motu perveniat ad ipsum, cum motus non sit nisi actus exsistentis in potentia. Irrationale ergo est penitus, quod prima materia actum primi sine motu suscipiat : et tamen de potentia exeat ad actum. Quarta ratio est, quod id quod plus et quoad plura est in potentia, non uno motu, sed pluribus participiat bonitatem primi : maxime autem in potentia est prima materia, et ab actu remotissima : impossibile est ergo, quod nullo motu participet bonitatem primi sive actum ejus quem vocat primum factorem. Quinta ratio est, quod contra omnium philosophiam est, quod dicit principium agere voluntate : de ratione enim primi est per se et per essentiam suam agere absque omni eo quod determinet ipsum ad actionem : et si per medium aget, jam non erit primum.

« Adhuc fortissime objicitur : quia ab uno simplici non est nisi unum. Hæc autem propositio scribitur ab Aristotele in epistola quæ est de principio universi esse, et ab Alpharabio et ab Avicenna, et ab Averra suscipitur et explanatur. Hac autem positione Avicebron duo quædam quorum neutrum mediante alio fluit, inducuntur, scilicet forma prima et materia prima. Materia enim prima formam non facit esse formam. Similiter forma prima materiam non facit materiam, et sic æque prima sunt, quod non capit intellectus. Adhuc improbatum est, quod voluntas ut voluntas accepta universi esse non potest esse principium primum : voluntas enim ut voluntas diversimode disponitur ad volendum diverse : diverse autem ad agendum per diversa disponi primum principium penitus absurdum est. Adhuc agens per voluntatem ante se habet agens aliud quod est agens per essentiam simplicem : agens ergo quod est principium universi esse, non est agens per voluntatem. Adhuc agens in aliud, est agens determinatum actione : et hoc non est

primum : ante se enim habet agens indeterminatum. Adhuc actioni agentis per se et per essentiam accedit, ut actio ejus determinetur ad hoc vel ad illud : et ante illud quod est per accidens, est actio quæ per se est actio : actio ergo in primam materiam non potest esse prima actio.

« Præterea quod dicit Avicenna de proprietatibus materiæ, quæ sunt recipere, sustinere, et habere formam, etc..., non subtiliter dictum est, ut patet bene : hæc enim si concedantur esse intelligibilia et in materia, ut Aristoteles vult in tertio *De anima*. Per hoc autem quod æquivoce est in multis, non probatur, quod una sit natura illatum quæ sit in omnibus illis. Similiter quæ per divisionem exeunt ab uno, non necessario sunt unius generis, nisi univoce exeant ab illo : per talem autem modum univocatorum forma et materia non exeunt ab uno quod est substantia. Et si dicatur intelligentia esse substantia composita, compositio non erit unius rationis utriusque in utrisque, ne ex eisdem principiis intelligentia et substantia corporea. Hæc autem patebunt in sequentibus. Similiter quod dicit, quod materia sustinens prædicamenta, non sit potentia, non est bene dictum : licet enim ordine rationis componens sit ante compositum, non tamen sequitur, quod ordine rerum sit ante ipsum. Si enim ordine rerum esset ante, oporteret quod illa materia esset communicabilis illi et aliis : et sic omnium illorum esset una communis materia. Quarum autem est una materia communis, harum transmutatio est ab invicem, quod valde est absurdum.

« Ulterius quod dicit, quod agens simplex non agit in compositum prima actione, nihil valet penitus : jam enim diximus, quod actioni primi simplicis accidit determinari ad hoc vel ad illud : quantum enim de se est, æqualiter se habet ad omne quod est. Similiter quod dicit, quod agens infinitum non agit in hoc quod est finitum, non considerate dictum est : licet enim agens primum non finitum sit actione quæ terminetur aliquo patiente, quod totam suscipiat actionem ejus; tamen ex hoc quod est agens, requirit patiens infinitum : quia nihil eorum quæ sunt, potest actionem ejus suscipere. Secundum infinitatem ipsius quæ est in ipso : et ideo suscipit actionem ejus secundum modum possibilem sibi : et hoc est quod dicit Aristoteles quod actus activorum sunt in patientibus secundum modum patientium et non secundum modum agentium. Eodem modo est de hoc quod dicit, quod agens universale non agit in particulare patiens. Actioni enim universaliter agentis accidit ut particuletur ad esse patientis. Sicut illuminationi solis accidit, ut ad pervium vel ad corpus terminatum particulariter determinetur ad esse luminis vel colorum. Præterea non eadem causa assignatur susceptibilitatis et intellectualitatis, corporeitatis et contrarietatis. Si enim concedatur, quod materia est susceptibilitatis, et intellectualitatis, et corporeitatis, et contrarietatis, potentia talis susceptibilitatis non erit unius rationis : et hæc rationis diversitas oportet quod non ab uno, sed a diversis tenetur. Hæc autem diversa ab uno primo simplici non causantur, nec ab una simplici materia, nec causari possunt ab una simplici forma : videtur ergo, quod a nullo tenetur. Dictum ergo Avicebron omnino incongruum est.

« Caput VII.—*Quod necesse est esse unum primum principium in omni genere causarum.*

« Ad probandum autem unum primum principium in omni genere causarum, licet multæ sunt viæ, tamen una est potissima, scilicet quod in omni genere causarum et rerum in quibus invenitur medium compositum ex extremis, necesse est invenire extrema simplicia. In omni autem genere causarum invenitur, quod est causa et causatum. Similiter probat Aristoteles in libro VIII *Physicorum*, quod si in genere moventium et motorum invenitur movens motum, necesse est invenire movens tantum et motum tantum. Et movens tantum erit primum, motum tantum erit ultimum. Si enim dicatur, quod infinita media moventia et mota, sive causantia et causata, constat quod quodlibet illorum erit compositum ex virtutibus compositio moventis et moti, sive causantis et causati. Omne autem compositum resolvitur in componentia. Causans ergo causatum resolvitur in id quod est ante se ut causans, et in id quod est post se ut causatum. Infinitis ergo exsistentibus secundum principium, et finem mediis, sequitur quod infinitum secundum principium resolvitur in id quod est ante se secundum principium, quod est omnino impossibile Infinitum enim secundum principium non habet principium : et sic contradictoria erunt simul vera : quia habebit principium, et non habebit principium. Et similiter sequitur ex parte finis : resolvitur enim causans causatum in aliud post se secundum finem. Et cum infinitum secundum finem non habeat finem, sequitur quod idem secundum idem habebit finem, et non habebit finem, quod omnino impossibile est. Impossibile autem ex hoc sequitur, quod causans causatum procedat in infinitum.

« Si autem aliquis instet dicens generationem inquietam et infinitam esse, sicut probatur in II *De generatione et corruptione*: et sic causans et causatum in infinitum procedere. Et similiter objiciat de allatione circuli. Instantia hæc non valet : hoc enim infinitum non est procedens in generante generato secundum causarum speciem, sed secundum materiæ divisionem in singulis, quæ in infinitum est divisibilis, licet secundum speciem generantis et generati necesse est statum esse in primo quod est generans tantum, et in ultimo quod est genitum. Similiter in allatione circuli ex ratione divisionis et circuli in infinitas partes convenit : eo quod quælibet pars circuli pollens est et pulsa : et hæc infinitas per accidens est : et ex illa non sequitur, quin status sit in specie moventium et motorum, et generaliter causan-

tium et causatorum. Patet igitur, quod in quolibet genere causarum est unum primum principium. Et necesse est ultimum esse, in quo finitur virtus principii primi, ita quod ultra illud nihil de virtute ejus extenditur. Adhuc infiniti nec est virtus agendi vel patiendi, nec actio. Si enim detur, quod virtutem habet, cum illa virtus determinatæ sit alicujus causalitatis, oportet quod in illa causalitate finitum sit et determinatum : positum autem erat, quod esset infinitum. Similiter si dicitur, quod actionem habet, cum omnis actio sit operatio alicujus actus, sequitur iterum, quod in actu determinatum est et finitum : et sic iterum relinquitur, quod infinitum est finitum, quod penitus est absurdum. Causans ergo causatum si abit in infinitum, nullam virtutem habebit vel actionem. Quod autem nullam virtutem habet vel actionem, neque causans, neque causatum est. Causans ergo causatum, si abit in infinitum, nec causans erit ullum neque causatum. Adhuc cum omnis diffinitio detur per causans si bona est, si causans causatum abit in infinitum, sequitur quod nec diffiniat nec diffiniatur; si enim diffinit, ex fine diffinit. Dictum est autem, quod finem non habet. Et si diffinitur, ex fine quem accipit, diffinitur, et stat in illo : dictum autem erat quod ibat in infinitum. Adhuc si causans causatum abit in infinitum, nec demonstrat, nec demonstratur. Si enim demonstrat, ex primis ante quæ nihil est, virtutem habet demonstrandi : positum autem erat primum non habere. Si vero demonstratur, ex primis accipit fidem : suppositum autem fuit prima non habere. Si vero dicatur, quod media talia quæ sunt causata causantia, per se invicem demonstrantur. Sicut si *A* demonstraretur per *B*, et *b* per *a*, sequitur quod idem erit prius et posterius seipso *a;* enim demonstrans est prius *b*, demonstratio *a;* vero demonstratum per *b*, posterius est *a;* ergo prius et posterius est ad *b*, et ad seipsum. Idem sequetur si *a* sit diffiniens *b* et sit diffinitum per *b*. Adhuc omne quod fluit ab alio in aliud, necesse est, quod fluxus sui habeat aliquod principium, vel nunquam devenit ad hoc vel ad illud : virtus enim causandi in omnibus causantibus causatis, ab uno fluit in aliud secundum ordinem; necesse est ergo, quod fluxus sui habet principium, vel nunquam devenit in hoc vel illud causans causatum : omne enim hoc vel illud quod sensu vel intellectu accipit, determinatum est: ante autem quodlibet determinate acceptum, in infinitum finita sunt : si enim daretur, quod finita essent ante, sequeretur quod infinitum esset finitum. Si autem fluxus causandi non devenit ad hoc vel illud, sequitur quod hoc vel illud neque causans neque causatum est : hic autem est secundum omnem ordinem causæ : oportet ergo, quod in genere efficientis aliquid sit efficiens tantum, quod est primum ; aliud effectum tantum, quod est ultimum : aliud efficiens et effectum, quod est medium. Et similiter in genere causæ formalis necesse est, quod aliquid sit quod est forma tantum, et aliud formatum tantum, et aliud medium quod sit formans et formatum. Et similiter in genere causæ finalis aliquid erit finis tantum, ad nihil aliud referebile : aliquid finitum tantum, quod ad aliud refertur, et non consequitur ultimum finem : et aliquid finis et finitum, finis alicujus quod intendit ipsum, finitum autem per hoc, quod refertur ad aliud, quod per ipsum intenditur. Eodem modo est de materia : aliud enim est omnium materiatorum subjectum : aliud autem et subjectum, et alio determinatum. Status igitur est in omnibus causis. Oportet ergo quod aliquid sit primum efficiens, et omnium, et primum movens et omnium. »

LOCIS THEOLOGICIS (*De*). — Ouvrage très-remarquable composé par Melchior Canus (*Voy.* CANUS ([Melchior]), et qui mérita de devenir un des manuels des théologiens du XVIe et du XVIIe siècle. Nous avons déjà dit que ce livre ne se rattache qu'assez indirectement à la tradition scolastique. Les grands problèmes de métaphysique que le moyen âge aborde avec tant d'audace et de puissance n'y sont pas soulevés. Il s'agit pour l'auteur de faire au protestantisme une guerre indirecte, en montrant quelles sont les règles qui doivent présider aux discussions théologiques et comment on peut violer ces règles. Le *De locis theologicis* est donc un traité de logique et non de haute ontologie : c'est l'application des théories péripatéticiennes de la pensée humaine et de ses lois aux problèmes qu'agite le XVIe siècle. On sait qu'Aristote, dans son désir de déterminer les formes générales auxquelles sont soumises les opérations de l'esprit, a recherché, dans un livre spécial, les sources diverses des arguments qu'il est capable de produire. Melchior Canus restreint et spécialise cette recherche : il s'essaye à créer une topique sacrée, en d'autres termes, il se demande à quels principes le théologien doit demander la solution des problèmes qu'il a soulevés, quelles sont les autorités diverses auxquelles il doit se soumettre. Voici du reste en quels termes il explique lui-même son sujet et les diverses parties qu'il embrasse :

« De locis ego theologicis perpetuam orationem habiturus, totam mox in quatuordecim libros partiri constitui. Quorum primus breviter enumeret locos, e quibus idonea possit argumenta depromere, sive conclusiones suas theologus probare cupit, seu refutare contrarias. Decem reliqui erunt, qui fusius et accuratius doceant, quam vim unusquisque locorum contineat, hoc est, unde argumenta certa, unde vero probabilia solum eruantur. In duodecimo et tertiodecimo disseretur, quem usum ejusmodi loci habeant, tum in scholastica pugna, tum in sacrarum litterarum expositione. Nam in concione populari quis eorum sit usus, haud sane difficile dictu est : sed prætereundum tamen, ne ab scholæ instituto aliena videatur oratio. Postremus denique liber, quoniam non omnes loci omni disputationi conveniunt, sigillatim ostendet, quibusnam ar-

gumentis proprie adversum hæreticos, quibus peculiariter adversum et Judæos, et Saracenos, quibus vero tandem adversum paganos transigenda theologo disputatio sit, si quando sit cum his pro fide catholica decertandum. Quæ scilicet cum, favente Deo, plenius absolvero, undique apta atque perfecta erit de locis theologiæ disputatio mea, expletaque omnibus suis numeris et partibus. » (*De locis theologicis*, lib. I, c. 1.)

Plus loin il exprime sa pensée d'une manière plus précise encore :

« Quemadmodum Aristoteles in Topicis proposuit communes locos, quasi argumentorum sedes et notas, ex quibus omnis argumentatio ad omnem disputationem inveniretur, sic nos peculiares quosdam theologiæ locos proponimus, tanquam domicilia omnium argumentorum theologicorum, ex quibus theologi omnes suas argumentationes, sive ad confirmandum, sive ad refellendum inveniant. » (*De locis theologicis*, lib. I, c. 2.)

Quels sont donc ces lieux théologiques dont Melchior Canus va s'occuper dans tout son ouvrage. « Le théologien, » dit-il, « doit consulter à la fois l'autorité et la raison : toutes les deux lui sont absolument nécessaires. Les arguments qui rentrent dans le domaine de ses recherches doivent donc s'emprunter à cette double source. » A ce point de vue on peut admettre dix *lieux théologiques*, ou en d'autres termes, dix principales sources de preuves et d'arguments dans les discussions qui portent sur le dogme révélé. Nous laissons ici encore Melchior Canus exposer lui-même sa doctrine :

« Primus igitur locus est auctoritas sacræ Scripturæ, quæ libris canonicis continetur; secundus, est auctoritas traditionum Christi et apostolorum, quas, quoniam scriptæ non sunt, sed de aure in aurem ad nos pervenerunt, vivæ vocis oracula rectissime dixeris; tertius est auctoritas Ecclesiæ catholicæ; quartus, auctoritas conciliorum præsertim generalium; quintus, auctoritas Ecclesiæ Romanæ quæ divino privilegio et est et vocatur apostolica; sextus, est auctoritas sanctorum veterum; septimus, est auctoritas theologorum scholasticorum; octavus, ratio naturalis est, quæ per omnes scientias naturali lumine inventas latissime patet; nonus, est auctoritas philosophorum qui naturam ducem sequuntur; postremus denique est humanæ auctoritas historiæ, sive per auctores fide dignos scriptæ sive de gente in gentem traditæ, non superstitione atque aniliter, sed gravi constantique ratione. »

On voit, par cette simple division des *Lieux théologiques* quel est le respect profond de Melchior Canus pour la raison et ses nobles prérogatives, puisqu'il ne craint pas d'invoquer son témoignage et celui de la philosophie purement naturelle, dans les discussions théologiques. Sans doute ce temoignage ne peut remplacer celui de l'Ecriture ou de l'Eglise; il doit même leur être subordonné, puisque, supposer que la foi ne dépasse pas la raison, ce serait évidemment la nier. Melchior Canus démontre en passant une vérité aussi simple et aussi incontestable pour quiconque sait se rendre compte de ses propres idées; mais il ne perd pas une seule occasion de venger la nature et la raison des attaques aussi injustes que passionnées des luthériens et des calvinistes. Il est convenu aujourd'hui que le protestantisme a été une première émancipation de la raison et de la philosophie. L'école rationaliste l'a répété sur tous les tons imaginables; et ce qu'il y a de plus admirable, une foule d'écrivains, animés des meilleures intentions et sincèrement catholiques, ont adopté cette théorie sur la parole de leurs adversaires. Dès lors il ne leur restait plus qu'un parti à prendre pour concilier, avec leur foi chrétienne, la thèse historique qu'ils acceptaient, sous bénéfice d'inventaire, des mains des éternels ennemis du christianisme. Ce parti consistait à s'élever contre la raison et la philosophie, à les accuser de tous les malheurs, de toutes les épreuves douloureuses qui sont le prix anticipé des conquêtes de la pensée, et pour ainsi dire, à maudire cette lumière naturelle qui, elle aussi, est sacrée, parce que, suivant le témoignage des saint Augustin, des saint Thomas, des saint Anselme et des Bossuet, elle vient de Dieu. De là cette position fausse et funeste à laquelle tant d'apologistes modernes ont été amenés, en dépit d'eux-mêmes, par la logique et par l'erreur de fait, qui leur servait de point de départ. Chose singulière ! on a vu, par suite de cette malheureuse confiance, que des esprits, sincères d'ailleurs, avaient eue dans les histoires du rationalisme, et qui amenait de leur part une défiance plus malheureuse encore contre la science et contre la civilisation, on a vu, dis-je, les pamphlets des protestants contre la raison repris, après un intervalle de trois cents ans, par des Catholiques, et les orthodoxes se mettre sous ce rapport à l'école de Luther et de Calvin. Les esprits sages et tempérés se sont alors observés; une *Revue*, qui a rendu à la cause religieuse les services les plus éminents, a publié, pour défendre la lumière naturelle et les lettres classiques, des travaux qui ont fait comprendre l'imprudence des attaques qu'on leur livrait. Espérons que les défenseurs du catholicisme suivront les sages conseils qui leur ont été donnés dans ces derniers temps; qu'ils se mettront enfin à étudier consciencieusement les sources historiques dont la connaissance aujourd'hui leur fait trop souvent défaut; et que, tout en ayant pour les historiens rationalistes la juste déférence que méritent leurs travaux, leur caractère et leur gloire méritée, ils ne se livreront pas aveuglément à leurs doctrines et à leurs appréciations. Croyons plus à la raison et moins au rationalisme : la science et la foi y trouveront leur compte.

Quand les Catholiques connaîtront mieux les ouvrages philosophiques ou théologiques de l'école luthérienne, et surtout de ses premiers fondateurs, ils ne s'imagineront plus qu'elle a mis tous ses efforts à faire à la raison une plus large part; quand ils

connaîtront mieux les ouvrages de ses adversaires, ils ne se laisseront plus persuader que leurs pères dans la foi luttaient, au XVe siècle, contre la philosophie aussi bien que contre le protestantisme. Oui, sans doute, il y eut, à cette époque, une ardente et longue polémique entre ceux qui défendaient et ceux qui attaquaient la philosophie et la pensée humaine: seulement ceux qui les attaquaient, c'étaient les protestants; ceux qui les défendaient, c'étaient les Catholiques. Que ceux qui voient dans le protestantisme une émancipation de la philosophie et de la raison arrangent, comme ils le pourront, leur théorie avec l'*histoire vraie:* cette histoire ressort des textes les plus incontestables.

Nous devons donc trouver dans Melchior Canus, de cela seul qu'il est un adversaire du protestantisme, et qu'il le connaît à fond, une *apologie* de la philosophie, au point de vue religieux; nous la trouvons, en effet, dans son *De locis theologicis;* et nous en citerons ici de nombreux et longs fragments, pour que nos lecteurs puissent apprécier à sa juste valeur le préjugé historique qui a été accrédité d'abord par les rationalistes, et accepté ensuite par les écrivains les plus catholiques.

C'est dans les livres IX et X de son grand ouvrage (car il n'a pas consacré moins de deux livres entiers à l'examen d'une question aussi grave) que le théologien du concile de Trente établit la légitimité de la raison et la rigoureuse nécessité, au point de vue religieux, des études philosophiques.

Après avoir rappelé les arguments des adversaires de la lumière naturelle et de la philosophie, il ajoute :

« CAPUT III.—*Memorati erroris architectos ac sectatores percenset.*

« His argumentis nituntur illi, qui in hoc errore fuerunt. Nam fuisse quosdam testatur Clemens Alexandrinus primo *Stromatum* libro in hæc verba : *Non me autem latuerunt ea, quæ ab aliquibus imperite tumultuantibus jactantur, qui dicunt oportere in his versari, quæ fidem continent, externa autem, et quæ sunt supervacanea transilire, quæ nos frustra conterunt, et detinent in iis, quæ ad fidem nihil conferunt. Alii autem etiam philosophiam ex malo ad hominum perniciem existimant in vitam esse ingressam, ut quæ profecta sit a maligno aliquo inventore.* Et rursum eodem libro : *Nonnulli*, ait, *qui se putant esse ingeniosos, nec philosophiam attingere volunt, nec dialecticam, sed nec contemplationem discere naturalem, sed solam et nudam fidem requirunt, perinde ac si cum nullam vitis curam gesserint, velint ab initio statim botros accipere. Dicitur autem dominus vitis allegorice, a quo cum diligentia et agri colendi arte, quæ fit ratione, ac sermone, fructus est vindemiandus*, etc.

« Lutherus etiam, qui omnes omnium hæreticorum hæreses in unam fecit camerinam confluere, non modo asseruit philosophiam esse theologo inutilem et noxiam, verum etiam omnes speculativas disciplinas errores esse. Scilicet morum philosophiam novus hic Socrates mirifice complexus est : quæ in contemplatione versatur, eam solum damnat. Cornelius quoque Agrippa vir post hominum memoriam vanissimus, in suo illo libro, qui *De vanitate scientiarum* inscribitur, non sicut Zethus ille Pacuvianus, philosophiæ solum, sed omnibus humanis disciplinis, atque adeo divinis bellum indixit. Atque horum hominum ingenium quale esse soleat, non est necesse disputare : est enim in promptu. Facile siquidem intelligitur, quamobrem isti discipulos suos a facultatibus, quæ ratione constant, alienos esse velint.

« Quemadmodum enim Epicurus rejicit dialecticam, Alfaquini etiam Machumetis Saracenos procul ab omnibus disciplinis abducunt, quoniam intelligunt disciplinas, artesque omnes rationales doctrinæ perversæ esse contrarias : ita Lutherani, nequando a discipulis errores sectæ absurdissimi deprehendantur, cupiunt eos ab omni cognoscendi ratione sevocare. Sed enim cum veritas veritati nunquam adversetur, consentiat semper, et subserviat, jure ac merito scholæ nostræ auctores nobilissimi humanas omnes scientias tanquam ancillas, ad arcem et ministerium veræ sapientiæ advocarunt. Id, quod Julianus invidens, Christianis lege interdixit studiis bonarum artium. Socrates libro tertio *Historiæ ecclesiasticæ*, cap. 12 et 16; Sozomenus libro VI *Historiæ tripartitæ*, cap. 37. Quapropter mirari non desino, morem ejiciendi humanas rationes, cum in theologia disseritur, in quibusdam etiam catholicorum gymnasiis insertum esse, haud parva certe jactura ecclesiasticæ disciplinæ, si illa consuetudo invalescat. Erunt enim ii, si ita res procedit, optimi, præstantissimique theologi, qui plurima loca memoria tenuerint, et, quod jurisperitis objicitur, qui elenchi fuerint librorum et indices. Id, quod in Germania, regnante Luthero, accidit, ut sutores, qui Novum Testamentum memoriæ mandarant, magni et præclari theologi haberentur; atque adeo mulierculæ quoniam Evangelia, et *Paulinas epistolas* memoriter recitare poterant, omnium academiarum theologos ad disputandum provocarent, auderentque viris concurrere non virgines, sed mulieres corruptissimæ.

« Talis scilicet est Lutherana theologia, in qua quoniam nullum acumen, nullum ingenii specimen est, optimo quisque, splendidissimoque ingenio, quamlibet acie mentis, et veri perspicientia polleat, quamlibet rerum et divinarum, et humanarum ordinem ac connexionem teneat, quamlibet omnium causas, effecta, antecedentia, consequentia non animo solum perlustrarit, sed etiam comprehenderit, nullo tamen apud istos habeatur in pretio. Sed hæc alio loco forte tempestivius dicentur. Nunc ad id, quod erat institutum, revertamur.

« CAPUT IV. — *In quo recensitus error refellitur.*

« Aures itaque ad naturæ rationes occludere, si quando a theologis afferantur, id

nos in errore maximo ducimus. Si enim cadit in theologum aliquando, ut de rebus humanis philosophetur, quod profecto cadit, nisi ex eo exstirpatam humanitatem arbitremur, quænam rogo causa est, cur naturales argumentationes a theologia pellamus, ne, ut quæ divina sit, humanis adminiculis eguisse videatur? Non egeat his, esto : cum suis, hoc est divinis quasi lineis continetur. At volumus ne nos theologum, qui solum divina calleat, in humanis erret, labatur, cæcutiat, hallucinetur? Quid autem interest, ratione animi sublata, non dico inter rusticum et theologum, sed inter theologum et pecudem, aut saxum etiam, aut truncum, aut quidvis generis ejusmodi? Quæ vero ista sit mens, vel quæ hominis ratio potius, si nec philosophiam nec dialecticam habeat, nec ullam omnino humanæ rationis disciplinam? Intelligendum est autem, Christianæ doctrinæ professores duabus quasi indutos esse personis. Quarum una est communis, ex eo, quod omnes participes sumus rationis, a qua omnis argumentatio naturæ trahitur, et ex qua ratio inveniendi argumenti naturalis exquiritur: Altera autem, quæ proprie theologis est attributa, unde argumenta exspectantur, quæ propria sunt theologicæ facultatis. Deponat igitur theologus personam hominis, si ita placet, cum divina tractat; cum vero tractat humana, quænam rogo stultitia erit, hominem ex homine tollere? Quanquam in quacunque disputatione, sive de humanis, sive de divinis disseratur, utramlibet personam deponere, stultissimum erit. Quid enim stultius esse potest, quam vel pedem adjicere, cum caput munus suum explet, vel caput tollere, cum pes munere suo fungitur? Nam nec pes capiti officit, nec caput pedi. Quin etiam, ut Apostolus monet, non potest caput dicere pedibus, *Non estis mihi necessarii.* (*I Cor.* XII, 21.) Sic nimirum, cum nec humanarum rerum intelligentia divinarum cognitioni obsit, nec divinarum cognitio humanarum intelligentiæ, neutram debemus in alterius propria functione abjicere, nisi volumus esse stulti. Porro qui theologiam sic instituit, ut nihil habeat cum naturæ ratione conjunctum, omniaque egregiæ disciplinæ dogmata sola Scripturarum fide metitur, hic, si in ea opinione persistat, et non interdum naturæ bonitate vincatur, nec theologiam colere, tuerique possit, nec fidem, nec humanitatem. Non humanitatem, sæpe enim dicendum est, quia sine ratione humanitas exstirpatur : qui autem rationales disciplinas theologo auferunt, hi suam illi rationem eripiunt. Quoniam si veritatem, quæ in disciplinis cernitur et hominis intelligentia, a ratione tollas, jacebit profecto, vel nulla erit potius. Nec fides rursum se ipsa sola sine doctrina et ratione tutari potest. Nam philosophia, et omni ratione disputandi sublata, cum fide sancta rusticitas manet, quæ, ut Hieronymus ad Paulinum scribit, quantum prodest vitæ merito, tantum simplicitate noceet, si adversariis non resistat. Itaque vacillabit fides, nisi fidelis, quod Petrus ait, paratus sit reddere rationem, id quod sola fide sine ratione fieri non potest. Theologia denique citra naturæ rationem non constat. Cum enim sit homo rationalis, est illi ingenita ratiocinatio, sive agat secum quid, sive cum altero, sive velit humana, seu divina cognoscere. Quare ubi homines disserent, rationem naturalem repellere nec debent, nec vero possunt, nisi homines esse desierint. Ratio enim res omnes continet, quoquo te verteris, præsto est, nulla disputatione excluditur.

«Quamobrem qui naturalem rationem ab usu theologiæ remotam esse volunt, ii omnem a theologia disputationem excludunt : sine qua tamen, quid in unaquaque re verum sit, discerni et comprehendi non valet. Quocirca hoc quidem constat, ut opinor, theologis inter theologos necessariam esse rationem : quæ est disputationis cujusque fons a natura constitutus. Quid? quod gratia non tollit naturam, sed perficit, nec natura gratiam repellit, sed suscipit? sacra igitur theologia, humanæ naturæ rationem non abjiciet. Multa etiam in theologiæ principiis continentur, ut alio quodam loco diximus, quæ nisi naturali ratione, et discursu interveniente, intelligi, et explicari non possunt : in principiis vero ipsis hærere, a consequentibus, et repugnantibus oculorum aciem sevocare stultum erit. Rationem item si a theologia submoveas, theologia ipsa et rem amittet et nomen. Nec enim quidquam aliud est theologia, si interpretari velis, quam sermo, ratioque de Deo. Si autem rem ipsam quæras, est, ut a veteribus theologis definitur, rerum divinarum scientia. Scientia vero, ut Aristoteles demonstravit, non nisi per syllogismum quæritur. Quod si etiam illud addimus, quod recte addi potest, nihil esse fere, cujus in Scriptura sacra mentio non fiat, non angelum, non animam, non aerem, non ignem, non aquam, non cœlum, non terram; concedatur profecto verum esse, si ornate et erudite hæc theologus explicare velit, philosophiam, hoc est, rerum hujusmodi intelligentiam eum habiturum. Maximum itaque ornamentum theologiæ tollit, qui ex ea tollit philosophiam, qua Scriptura etiam ipsa divina, nedum humana ratio excolitur. Ac mea quidem sententia, omnis institutio theologiæ humanæ rationis adjumenta desiderat, sed illa in primis, in qua de rebus naturæ disseritur. Disseritur autem de hujusmodi sæpe numero. Atque ut illud omittam, quod sacra doctrina mores naturæ moderationi consentaneos præscribit, vitia rationi contraria refutat : quo loco sive in scola de hisce definias quidquam, sive populo in concione persuadeas recta, prava dissuadeas, naturæ, rationis, philosophiæ opem contemnere, amentis erit : hoc tamen expeditum est, multa in sacris Litteris haberi, quæ sine philosophiæ, arithmeticæ, geometriæ, geographiæ, astronomiæque subsidiis expediri non queunt. Pleni exemplorum sunt sacri Libri, cum sæpe alias, tum maxime, ubi rerum naturalium quasi miracula, quæ in disciplinis

humanis explicantur, a Salomone, Davide, Job, et cæteris prophetis, in divinæ vel potentiæ, vel sapientiæ commendationem efferuntur. Quod quoniam in tertiodecimo libro fuse sumus ac diligenter persecuturi, non libet in præsentia exponere. Nunc enim satis est fuisse demonstratum, rationes humanas homini theologo non solum utiles, sed etiam necessarias esse. Homo quippe, rationem omnem tollens, theologus, ex auctoritate omnia statuens, esse certe nullo modo potest. Quo etiam magis vituperanda est rei maxime necessariæ tam noxia reprehensio. Una est enim philosophia in rebus humanis, de cujus utilitate Ecclesiæ scriptores eodem omnes ore consentiunt, quanquam a Lutheranis ipsa contemnitur, et fallacia quædam atque ostentatio esse dicitur. Qui autem hoc dicunt, aut nihil contra naturæ rationem existimant se dicere, aut censent se gigantum more bellare cum diis, id est, naturæ repugnare. Si nihil existimant dissonum rationi se docere, quid cum illis disseras, qui rationem naturalem homini theologo eripere, non intelligunt rationi esse contrarium? Sin adversari quidem rationi putant, errant in eo turpiter, quod homini rationali errorem rationi adversum suadere se posse credunt. Abeant igitur, et quoniam cum hominibus homines nec ratiocinari, nec philosophari volunt, ei qui sit ex pecudum genere, sunt enim quidam homines non re (sed nomine) se suamque theologiam insinuent.

« Caput V. — *Philosophiam theologo necessariam ostendit.*

« Porro ut ad illud, quod de ecclesiasticorum auctorum consensu diximus, revertamur; Clemens Alexandrinus (*Stromat.*, lib. I) et a nobis stat, et multas etiam causas affert, cur philosophia sit theologo necessaria : Unam ad philosophos edocendos. Simili enim edocemur simile. Sicut ergo Apostolus Hebræis Hebræus factus est, atque adeo omnia omnibus, ut omnes lucrifaceret (*I Cor.* IX, 19) : ita theologiæ professor fiat necesse est philosophus philosophis, ut hos convenientius faciliusque lucretur. Exhibenda enim cuique sunt, quæ ei conveniunt, et quæ sunt familiaria, ut per propria ad fidem veniat veritatis. Atque hanc etiam causam (*Stromat.*, lib. V) resumit. Alteram affert, ad refellendos sophistas. Nam quo pacto fallaces philosophorum argutias refutare possumus, nisi arguendi et refellendi artem prosequamur? Tertiam, quod varia ac multiplex præceptoris doctrina et delectat, et admirationem adfert, atque adeo auditores captat. Quod varie item multiformi argumento suadetur, id firmius hæret animis discipulorum. Apostolus quoque docere se ait in omni sapientia, ut exhibeat omnem hominem perfectum in Christo : *In omni*, inquit, *sapientia*, hoc est, divina et humana, ut cujusvis generis homines afficeret perficeretque in Christo. (*Col.* I, 28.) Astitit præterea Regina a dextris Christi, circumdata varietate. (*Psal.* XLIV, 10.) Ad hæc, quomodo ferri ac silicis concussione ignis, sic hominum doctissimorum conflictu, et disputatione veritas elicitur. Quam ob causam Peripateticorum morem de omnibus rebus in utramque partem disserendi Cicero sibi dicit placuisse. Disputationes autem inter homines humanæ disciplinæ imperitos solent esse ineptissimæ. Quod si inutilis est sapienti philosophia, quorsum Deus Salomoni philosophiam indidisset? Dedit autem illi Deus horum, quæ sunt, scientiam veram, ut sciret dispositionem orbis terrarum, et virtutes elementorum, divisiones temporum, stellarum dispositiones, naturas animalium, vim ventorum, differentias virgultorum. Si igitur Dominus harum rerum scientiam docet, est vero Deus, qui utilia docet, ut Esa. ait, certe illa non potest esse theologo noxia, sed erit potius accommoda. Et si hæc scientia vera est, ut dicit Salomon, quid dicet Lutherus, qui speculativas omnes disciplinas errores esse affirmat, inanesque fallacias? Pergit Clemens argumentari ex eo etiam, quod athleta, qui non se prius instruxit ad certamen, jure contemnitur. Qui ergo ad certandum cum fidei adversariis multiformibus, non est etiam multiformi disciplina instructus is, non est dignus, qui in perfectis theologis habeatur. Insuper dividere, inquit, voces, quæ in Scriptura efferuntur ancipites, theologo necessarium erit, ne ex amphibolia et eludat et eludatur. Hoc autem præstare, sine grammaticæ artis auxilio non poterit. Quod si grammatica semel admittitur, quid ni dialectica? quid ni philosophia? An volunt grammatici sibi solis theologiam vindicare, cæteros omnes, dialecticos, physicos, astronomos, geometras, ab illius participatione secludere? Id quoniam constat esse vanissimum, fateamur necesse est, humanas disciplinas theologo esse perutiles. *Quod si non sunt*, inquit Clemens, *adhuc necesse est illas addiscere, ut rite valeant damnari. Qua enim fronte de his sententiam ferimus, quæ perspecta, et cognita non habemus?* Hactenus Clementem Alexandrinum secuti sumus, non ut interpretes, sed, ut solemus reliquos, judicio arbitrioque nostro quantum quoque modo videtur, e fontibus eorum haurientes.

« Origenes autem, ut Eusebius auctor est libro sexto *Ecclesiast. hist.*, cap. 15, philosophiæ studia detrectantibus respondet, se huic quidem operam navasse diligentem, sed non absque virorum gravissimorum exemplo : Panthæni, Heraclæ, aliorumque similium qui cum essent doctores apostolici, nihilo secius philosophorum libros legere, et in philosophiæ studiis exerceri solebant. Refert etiam Eusebius Origeni morem istum fuisse, ut si quos nostrorum adolescentulorum ingeniosos videret, traderet eis etiam ea, quibus philosophi discipulos suos velut primis elementis imbuere solent : dicere vero solitum, non parum ad intelligentiam Scripturarum emolumenti fidelibus conferri, si in liberalibus et philosophicis litteris exercerentur : nostræ enim philosophiæ partes Græcos antevertisse, nec debere partes suas

omittere veritatem, quia eas sibi præveniens falsitas vindicasset. (*Vide* etiam Eusebium, lib. iv, cap. 7; et Sozomenum, lib. iii *Hist.*, c. 15.)

« Theodoretus quoque lib. viii *Hist. tripart.*, c. 8, Didymum refert grammaticam, rhetoricam, arithmeticam, geometriam, astronomiam, syllogismosque Aristotelis didicisse, quod adversus mendacium arma veritatis exsisterent. Fortiter enim expugnantur hostes, quando adversum eos ipsorum armis utimur. (Socrat. lib. iii, c. 16; et Damasus, lib. iv, c. 18.) Neque statim prava opinione fallaris, contra hostes hoc esse licitum, in aliis disputationibus dissimulandum? quia, ut Hieronymus ad Magnum ait, omnes pene omnium doctorum Ecclesiæ libri ejusmodi eruditionis plenissimi sunt. Quod autem ibidem Theodoretus ait, hujusmodi disciplinis veritatem, nempe fidei, non erudiri, id significat, non his Evangelium quasi tignis fulciri : aut inde catholicæ veritatis probationem pendere. Alioqui viri gravissimi ad ea etiam suadenda, quæ fidei nostræ ac religionis propria sunt, naturalia argumenta inseruerunt. Exemplo nobis sunt Eusebius libro tertio *Hist. eccles.*, cap. 25, et lib. ix, cap. 8; Melito rursum apud eumdem lib. iv, cap. 26; Justinus quoque eodem Eusebio referente, lib. iv, cap. 8; Tertullianus præterea in *Apolog.*, id quod Eusebius etiam retulit, lib. ii, cap. 24; Lucianus denique martyr, et summa eruditione vir, eodem Eusebio auctore, lib. ix, cap. 6. Non hic refero Damascenum, lib. iv, cap. 4; non Epiphan., hæres. 76; non Aug., lib i, *De mod. eccles.*, et toto primo adversus Cresconium libro, qui ut grammaticus dialecticam in Augustino damnabat; et *De util cre.*, c. 67; et *contra epist. Fundan.*, c. 4 et 18; *De civ.* c. 41. Non Bedam, 27, d. c., *Turbatur;* non Hieron. ea d. c. *Si quis artem*, etc., *qui de mensa;* non syn. Eugen. Papæ, cap. *De quibusdam;* non Clement., c. *Relatum.* Hæc inquam, et alia plura non refero, quoniam libris sequentibus hujusmodi argumentum sum diligentius persecuturus. Id modo constat, clarissimos viros, non solum ad ea suadenda, quæ rationi naturæ consentiunt, sed etiam ad ea, quæ lumen naturæ superant, humanis rationibus usos esse : eisdemque ab ethnicis calumniantibus Christianam religionem asseruisse.

« Caput VI. — *Apostolos, aliosque sanctos viros, naturæ etiam rationibus usos evincit.*

« Sed quoniam hæreticis proclive est veterum Patrum usum auctoritatemque contemnere, ostendam deinceps, ipsorum quoque apostolorum doctrina, et exemplis rationes naturales in theologiam invectas : his adductos exteros ad fidem, confirmatos fratres, invitatos docilés, repulsos repugnantes. Adducuntur primum ratione exteri ad fidem, et quasi præparantur. Deus quippe, fide in mortalium mentes inducenda naturæ incitamentis utitur, ut primo loco fusius explicatum est. Hinc enim et resurrectionis suæ oculatos testes protulit, et miracula doctrinæ conjunxit. Nimirum, ut apostoli non solum per verbum, sed etiam per ipsum opus persuaderent fidem audientibus, ut Epiphan., lib. ii, hær. 51, docet, et Ambr. in *Comm. Epist ad Rom.*, cap. i : *Testis*, ait, *doctrinæ virtus est, ut quia quod prædicatur, incredibile mundo est, gestis fieret credibile*; et Beda, lib iii *in Luc.*, c. vii : *Concessa*, inquit, *primo potestate signorum misit prædicare regnum Dei, ut fidem verbis daret virtus ostensa.* Signis ergo et miraculis via fidei, per sensus et rationem sternitur. Sic enim Sergius Paulus vir prudens, cum vidisset factum, credidit admirans super doctrina Domini. Sic centurio videns quod factum fuerat, glorificavit Deum dicens : *Vere Filius Dei erat iste* (*Marc.* xv, 39). Petrus etiam ac Paulus quo suavius audientes ad fidem resurrectionis allicerent, ratione naturæ ostendunt, locum illum Scripturæ : *Non dabis sanctum tuum videre corruptionem* (*Psal.* xv, 10), de David intelligi non posse, ac proinde de Christo intelligendum. Ac Petrus ipse alio iterum loco, Christi resurrectionem insinuat audientibus; primum testium oculatorum certissimo testimonio, deinde evidentia miraculi editi. *Nos*, ait, *testes hujus sumus.* Et mox : *In nomine ejus*, inquit, *hunc, quem vos videtis et nostis, Deus confirmavit, et dedit integram sanitatem istam in conspectu omnium vestrum.* (*Act.* iii, 15, 16.) En Petrus, sensus ipsos citando testes clarissimos veritatis, Christi resurrectionem suadere conatur. Nec frustra tamen, multi enim audientium crediderunt.

« Confirmantur deinde ratione naturæ fratres. Non enim ait, præcedentibus, sed *sequentibus signis :* nec sermonem inferente, sed confirmante, Marci ultimo cap. Ita Hieronymus in octavum Matthæi caput annotat, Dominum post sermonem illum montis, egregium miraculum edidisse, ut per hoc præteritus apud audientes sermo firmaretur. Petrus insuper persuasurus fidelibus conclusionem illam de legalibus, de qua in concilio erat controversia, *Viri fratres*, inquit, *qui novit corda, Deus, testimonium perhibuit, dans illis Spiritum sanctum* (*Act.* xv, 8), et cæt. Et protinus tacuit omnis multitudo, et audiebant Barnabam et Paulum narrantes, quanta Deus fecisset signa in gentibus. En quæ acciderant externæ et sensuum testimonia referuntur, in controversia etiam fidei apud Catholicos dirimenda. Atque in concilio illo, legem de abstinendo a sanguine et suffocato, idolothyto et fornicatione apostoli nullo modo tulissent, nisi rationem naturæ sequerentur. Testimonia siquidem nulla suppetebant, quæ ea lege probanda idonea viderentur. Non modo igitur ad externos, qui naturam ducem solam habent, sed etiam ad eos, qui intra ecclesiam sunt, humanis rationibus theologo licet uti. Id vero eo loco magis, ut ante jam diximus, ubi res naturæ lumine cognoscibiles, sive alienis seu nostris persuadere cupit. Hac enim via Barnabas et Paulus ingressi sunt, ut *Act.* xiv legitur. Nam cum sacerdos et populus Barnabæ et Paulo sacrificare vellent, quod erat naturæ rationi contrarium, naturali quoque

ratione ipsi contradixerunt. *Viri*, inquiunt, *quid hæc facitis? et nos mortales sumus, similes vobis homines, annuntiantes vobis converti ab his vanis ad Deum vivum, qui fecit cœlum, et terram, et mare, et omnia quæ in eis sunt*, etc. Et quidem non sine testimonio semetipsum reliquit, bene faciens de cœlo, dans pluvias et tempora fructifera, etc. Quia ergo res naturales testimonium perhibent Deo, quemadmodum hoc loco Apostolus asserit, non est absurdum, quin etiam est maxime consentaneum, ut theologus de divinis quoque disserens, hujusmodi etiam naturalium rerum testimoniis utatur. Nam et *Act.* XVII, 28, Paulus idem probat, Deum non indigere aliquo, quod cœli et terræ sit Dominus, et det ipse omnibus vitam et inspirationem et omnia. Probat item, Deum non esse longe ab unoquoque nostrum, quoniam *in ipso vivimus, movemur, et sumus.* Ac Propheta, *Psal.* CXXXVIII, ostendit Deum cognoscere nos et intima nostra, qui formavit nos, et posuit super nos manum suam. Quod idem naturale argumentum habes et *Psal.* XCIII. Quibus ex rebus breviter disputatis intelligi potest, id quod ante ponebamus, dociles quidem, si infideles sunt, ratione allici invitarique ad fidem; sin vero fideles, confirmari; utrosque autem in his quæ naturalia sunt, persuaderi. Quod si indociles sunt et repugnantes, ut evincantur, ratio quoque naturæ valet, principes enim et seniores videntes Petri constantiam et Joannis, comperto quod homines essent sine litteris et idiotæ, admirabantur : hominem quoque videntes stantem cum eis, qui curatus fuerat, nihil poterant contradicere. Cæcus quoque ille apud *Joannem*, I, 30, Judæos Christo adversos, naturæ ratione eludit inquiens : *In hoc mirabile est, quia vos nescitis unde sit, et aperuit meos oculos.* Dominus item, *Matth.* XII, eos, qui calumniantur, quod in Sabbato curasset ægrotum, naturali et ratione et exemplo refellit; et *Matth.* XXII, Sadducæos refutat duobus principiis positis.

« Quorum unum erat *Exodi* testimonium illud, *Ego sum Deus Abraham, Isaac et Jacob:* quo posito, et adversariorum consensu approbato, alterum Christus e ratione naturali assumpsit, nempe non esse Deum mortuorum, sed viventium. Quo syllogismo collegit, Abrahami, Isaaci et Jacobi animas vivere, quod Sadducæi repellentes, resurrectionem mortuorum ex consequenti negabant. Rationes itaque naturales contra fidei adversarios multum valent. Nec sunt arma Saulis, quæ pugilem Christi magis gravent, quam juvent, ut quidam inepte per allegoriam argumentantur : sed si allegoriis agendum est, sunt potius gladius Goliath, quem cum ipsi e manibus extorseris, suo illum gladio jugulas. »

Les termes de Melchior Canus sont d'une clarté et d'une précision qui nous dispense de tout commentaire. On sent qu'il était en face d'une de ces opinions qui révoltent l'âme tout entière, lorsqu'il critique cette théologie luthérienne qui, par haine de la nature, se croyait obligée de faire une guerre implacable à la science. On sent que dans cette tentative d'abrutir l'homme et de l'arracher à lui-même en lui arrachant la pensée, il voit plus qu'une erreur, mais une folie à la fois dangereuse et honteuse; et nous ne sachons rien de plus éloquent à la fois, et de plus vrai que cette exclamation qui lui échappe, en présence des fureurs des protestants contre la raison :

« Sin adversari quidem rationi putant, errant in eo turpiter, quod homini rationali errorem rationi adversum suadere se posse credunt. Abeant igitur, et quoniam cum hominibus homines nec ratiocinari, nec philosophari volunt, ei qui fit ex pecudum genere (sunt enim quidam homines, non re, sed nomine) se suamque theologiam insinuent ! »

Du reste, dans d'autres passages encore du même livre, l'auteur du *De locis* est encore plus explicite, sinon plus énergique. Il ne combat pas seulement Luther et Mélanchthon, mais quelques Catholiques peu clairvoyants, qui imitaient les hérétiques dans leur haine de la raison, et dont malheureusement il ne nous donne pas les noms; il leur adresse les plus justes remontrances, les plus salutaires avertissements, et peut-être, pour plus d'une cause, ne sera-t-il pas inutile de les proposer ici à la méditation de nos lecteurs :

« Mirum est, cur Lutherus, Philippus, et alii, quos, quoniam adhuc in Catholicis habentur, nolo hic nominatim cum hæreticis lacerare, eloquentiam, et omnem sublimem dicendi characterem non reprehenderint. Absurdum est enim, ut quibus verborum disciplinæ placent, his rerum cognitio displiceat : sed periculosa curiositas (nam hoc dicit quidam) et nimia indefiniendis rebus obscuris audacia, e philosophiæ studio sunt nobis natæ. Atque idem excusatione summæ stultitiæ, summæ improbitatis odium deprecans adjicit, se non in totum philosophiam damnandam putare. Hoc autem calumniandi genus, quale sit, et cujus hominis, quis non videt? Certe non aperti, non simplicis est, non ingenui, non justi, non viri boni : sed versuti potius, obscuri, astuti, fallacis, malitiosi, callidi, veteratoris vafri. Non nascuntur, mihi crede, e studio philosophiæ vitia, sed ex errore et ignorantia nascuntur. Quid enim philosophiæ magis contrarium esse potest, quam aut vana, periculosaque sectari, aut quod non satis exploratum sit et cognitum, id sine ulla dubitatione definire? Quid vero sibi vult oratio illa, se non in totum philosophiam damnandam putare? Quam igitur partem philosophiæ damnat? An, ut Lutherus eam, quæ contemplatur, et cernit? Explicet, atque excutiat intelligentiam suam, ut videat quæ sit in ea species, forma, et notio philosophiæ. Nos enim non more vulgi doctrinam Stoicam, aut Platonicam, aut Pythagoricam, aut Aristotelicam, philosophiam appellamus: sed, ut homines definiendi periti, si interpretari volumus, studium sapientiæ, si rem ipsam quærimus, rerum humanarum, ac di-

vinarum, terrestrium atque cœlestium scientiam. Quam non dico in totum, sed ne in partem quidem damnare, vel insignis stultitiæ est, vel malitiæ manifestæ. Augustinus porro libro primo *De morib. Eccles. cathol.* cap. 21, curiosam naturæ inquisitionem, et nimium quemdam amorem terrenæ sapientiæ cavendum intelligit, non veram philosophiam, quæ est amor sapientiæ moderatus. »

Collatio III.

I. — *Circa conservationem specierum intelligibilium.*

Au rapport de saint Thomas, Avicenne disait que cette conservation se faisait hors de l'intellect, et qu'elle s'opérait dans certaines puissances se rattachant aux sens, *in parte sensitiva*, et composant ce que les scolastiques appelaient *intellectus agens*, sorte d'intermédiaire qui élaborait les produits de la sensation et les transmettait à la faculté purement spirituelle appelée *intellectus possibilis*, dont l'office était de les transmuer en notions intellectuelles, *intellectualis mutatio.* Quant à celui-ci, qui est destitué d'organe

corporel, une fois l'acte d'intelligence consommé, l'image, ou *species intelligibilis*, cessait d'exister en son sein, et il ne pouvait faire ultérieurement un nouvel acte d'intelligence sur le même objet qu'en recourant (*convertendo se*) vers l'*intellectum agentem*, ou la faculté conservatrice, qui lui transmettait à chaque fois l'image, *speciem intelligibilem*. La fréquence de cet exercice de l'intellect lui donnait une sorte d'habileté ou d'habitude, *habitum scientiæ*. Ainsi la mémoire, non moins que l'imagination, n'était point placée *in parte intellectiva*.

Saint Thomas avait-il fidèlement interprété Avicenne? Cela paraissait douteux à Scot.

Quoi qu'il en soit, saint Thomas n'admettait point l'opinion par lui prêtée à Avicenne. Il soutenait que si les organes sensuels avaient la puissance de conserver les formes corporelles dont les impressions s'étaient une fois produites sur eux, à plus forte raison l'intellect, dont la nature avait beaucoup plus de stabilité et en quelque sorte d'immobilité.

Scot, sans combattre l'opinion de saint Thomas, combattait seulement son argument comme non concluant.

On voit mieux la différence des deux écoles dans la question de la nécessité de la conversion *ad phantasmata*. Saint Thomas admettait cette nécessité absolument pour tout acte de l'intelligence, parce que celle-ci étant destituée d'organe corporel, aucun acte ne saurait s'effectuer par elle, que par le secours d'autres puissances ayant à leur service des organes corporels : telles sont la sensibilité et l'imagination. Autrement l'intelligence, affranchie de l'organisme corporel, n'éprouverait aucun trouble, aucun empêchement par la lésion survenue dans cet organisme, ce qui est contre l'expérience. Il y a une proportion nécessaire entre la puissance de connaître et l'objet de la connaissance. D'où il suit que le propre de l'intellect angélique séparé d'un corps, c'est la substance intelligible non unie à un corps, et que le propre de l'intellect humain uni à un corps est la quiddité ou nature existante dans une matière corporelle, et que ce n'est que par le moyen de ces natures de choses visibles que l'on peut s'élever à une certaine connaissance des choses invisibles.

Après avoir réfuté l'argumentation de saint Thomas, Scot donne ainsi son opinion :

« Licet ergo quidditas non exsistat nisi in supposito vel singulari, potest tamen ab intellectu intelligi, non intelligendo quod exsistat in eo; et sic falsum est quod non possit intelligi quidditas, nisi exsistens in singulari intelligatur. Non enim est de ratione quidditatis, ut quidditas est, quod in singulari exsistat, licet non nisi in eo exsistat realiter. »

II. — *An intellectus mere passive se habeat intelligendo necne.*

La question était : *An intellectus mere passive se habeat intelligendo, necne.* L'affirmative semblait résulter des textes de saint Thomas, du moins s'il s'agissait de l'intellect appelé *possibilis*, au sein duquel les espèces transmises par cet autre intellect appelé *agens* enfantaient la notion intellectuelle. L'*intellectus possibilis* faisait le rôle d'une simple capacité, *tanquam materiale*.

Mais l'école scotiste, quoiqu'elle admît que l'*intellectus possibilis* était *potentia receptiva specierum*, soutenait cependant qu'il n'était pas *pura potentia, sicut materia prima*, mais bien *activa et operativa suorum actuum*. — « Cum sit spiritualis et viva debet active concurrere cum principio speciei ad productionem suarum cognitionum. »

Les deux écoles, au surplus, se fondaient sur des interprétations d'Aristote qu'elles faisaient chacune dans leur sens.

Cependant saint Thomas attribuait à l'intellect une opération active, la production du Verbe qui, suivant lui, n'était autre chose que le concept même de l'objet intellectualisé :

« Quicunque intelligit, ex hoc ipso quod intelligit producit aliquid intra ipsum quod est conceptus rei intellectæ ex vi intellectiva proveniens et ex ejus notitia procedens, quam quidem conceptionem vox significat, et dicitur verbum cordis significatum verbo ipsius. »

L'école scotiste n'admettait pas que l'intellection et le Verbe fussent chose identique, mais seulement que le Verbe était le produit, la génération de l'intellection, qu'ainsi l'intellection était avant le Verbe.

III. — *Circa productionem verbi; sitne formaliter intellectio, an dictio.*

C'est la question précédente, mais transportée de l'intelligence humaine aux sublimités de l'intelligence divine. En théologie cela devenait la question si ardue de la procession des personnes divines.

Saint Thomas soutenait que le Verbe était l'intellection elle-même; Scot que le Verbe était l'expression de l'intellection, autrement dit la diction.

COLLATIO IV.

La théologie distinguait en Dieu : 1° l'essence, qui était la nature divine; 2° les attributs, qui étaient les propriétés appartenant à l'essence, telles que l'infinité, la toute-puissance, etc..; 3° les relations qui constituaient les personnes divines.

Mais les écoles disputaient sur ce qui constituait la distinction entre l'essence, les attributs et la relation.

Saint Thomas posait une simple distinction de raison, du moins entre l'essence et les relations ou personnes, admettant cependant que les relations, en tant que l'une était comparée à la relation opposée, avaient, *virtute oppositionis, realem distinctionem*.

Scot posait entre les essences, les attributs et les relations une distinction qu'il appelait *formalem ex natura rei præcedentem omnem actum intellectus creati et increati*

L'essence, disait-il, est absolue; les attr -

buts aussi sont absolus en soi, propriétés de l'essence, inexistants avec elle, la dénommant et la contenant, pour ainsi dire, comme étant ses passions ; mais tandis que l'essence demeure en soi, se suffisant à elle-même, existant par elle-même, et sans détermination à une chose ou à une autre, à l'antérieur ou au postérieur, les attributs ont une double détermination, l'une à la nature à laquelle ils appartiennent, l'autre aux créatures vers lesquelles ils ont une direction, par exemple, la miséricorde de Dieu vers les hommes, *miserendo*, et la justice de Dieu aussi vers les hommes, *retribuendo*. L'essence est une; les attributs sont divers : *substantiæ qualitates*. Les relations qui constituent les personnes sont un complément de la nature divine ou essence. Elles sont entre elles respectives, allant l'une à l'autre, sans cependant être en réalité, *re*, choses autres que l'essence sur laquelle elles sont fondées. C'est de là que l'école de Scot faisait résulter la distinction *ex natura rei*. — « Quæ cum realis esse non posset, formalis esse debebat, orta ex diversitate formalitatum inexistentium rei divinæ, quæ cum una et eadem res esset, admittebat tamen illas formalitates diversas. »

Les deux écoles s'accusaient réciproquement. Celle de saint Thomas prétendait que la distinction de Scot était contraire à la simplicité de Dieu, en supposant une sorte de composition dans l'essence divine. D'après les scotistes, la distinction de raison de saint Thomas était incompatible avec la trinité des personnes. Et comme, des deux côtés, on s'efforçait de concilier son système avec ces données fondamentales de la foi, il en résultait qu'au fond il n'y avait plus entre les deux écoles qu'une dispute de subtilités. Les scotistes expliquaient que leurs *formalités* n'avaient rien de contraire à la simplicité de l'essence divine. Les Thomistes expliquaient leur *distinction de raison*, non comme une pure considération ou une création de l'esprit humain, mais comme naissant *ex ipsa conditione rerum*. Et ils faisaient à ce sujet la distinction subtile *rationis ratiocinantis* et *rationis ratiocinatæ*.

Cependant la différence des écoles sur l'identité ou la distinction entre l'essence, les attributs et les relations, faisait naître une autre question, savoir si la puissance absolue de Dieu pouvait faire que l'essence divine pût être vue, abstraction faite des personnes, et une personne être vue sans les autres? Cela était nié par saint Thomas, en vertu de la simplicité de l'Etre divin. Dieu, disait-il, peut-être vu plus ou moins, mais il est vu tel qu'il est. Son incompréhensibilité n'est pas que quelque chose de lui ne soit pas vu, mais qu'il soit vu parfaitement, *non totaliter, sed totum*. — « Impossibile est quod circumscribatur per intellectum aliquid a Deo, et quod aliud remaneat. »

D'après Scot, et c'était une suite de sa distinction formelle, il n'y avait pas une impossibilité absolue et de contradiction, que l'intellect et la volonté humaine pussent avoir pour objet l'essence pure et non une personne, ou une des personnes ou non l'autre, quoique dans le fait la vision béatifique eût tout à la fois pour objet l'essence, les attributs et les personnes.

On demandait ensuite s'il était possible de voir les relations et les attributs sans voir en même temps l'essence.

L'auteur des *Collations* interprétant Scot, dans lequel la question n'est pas expressément traitée, répond négativement : — Les attributs n'étant que les *passions* de l'essence, ne peuvent être vus que d'une façon concrète avec elle. — Par exemple, la justice divine ne peut être conçue séparément de Dieu, autrement elle ne serait plus divine. De même les relations ne peuvent être vues sans l'essence à laquelle elles sont unies.

Sous la même coll. 4 est comprise cette question : *Circa propositionem, Deus est; sit-ne per se nota, an non?*

Saint Thomas répond affirmativement que cette proposition, *in se*, emporte sa propre connaissance, renfermant le sujet et l'attribut, *prædicatum cum subjecto;* mais que pour nous *viatoribus*, elle n'est pas connue par son propre énoncé, *sed indiget demonstratione*. Cette démonstration doit se faire au moyen de choses qui ont moins d'évidence en elles-mêmes, mais dont la vérité est plus accessible à nous, hommes : *magis nota quoad nos, et minus nota quoad naturam, scilicet effectus*. — Et ces voies démonstratives de l'existence de Dieu étaient de cinq ordres : *Scilicet, ex parte motus; ex ratione causæ efficientis ; ex possibili et necessario ; ex gradibus qui in rebus inveniuntur; ex gubernatione rerum*.

Scot n'admettait pas la distinction du *per se nota*, et *in nobis*, parce que la vérité d'une proposition doit être prise en elle-même et non pas de l'accident de l'intelligence La proposition, Dieu est, *est per se nota cuicunque intellectui, licet non actu cognita*.

Saint Thomas tirait la démonstration de l'infinité de Dieu du fait que Dieu n'a point de limites. — Dieu est infini parce qu'il n'est pas fini. — Et quant au fait, saint Thomas argumentait ainsi : Tout ce qui est fini, l'est par la jonction de la matière et de la forme, qui se font limite l'une à l'autre : *Finitur materia per formam, et forma per materiam*. Mais il n'y a pas en Dieu jonction de la forme avec la matière. — Donc, etc.

Mais Scot s'élevant à une donnée plus haute, disait que l'infinité de Dieu ne pouvait résulter de l'absence d'une cause extrinsèque de fini. Il montrait ensuite que l'argument péchait. — Les anges seraient donc infinis, etc. — La raison du fini ou de l'infini est dans l'être lui-même.

« Quælibet entitas habet intrinsecum sibi gradum suæ perfectionis, in quo est finitum si est finitum, vel infinitum si est infinitum ; si ergo sit finitum, non per aliud ens finitatur. »

C'est-à-dire que le fini n'est pas tel par la raison d'un autre être qui le limite, et que

l'infini n'est pas tel par l'absence d'autres êtres capables de le limiter.

Scot tirait encore la démonstration de l'infinité divine *ex triplici entis primitate, scilicet, efficentiæ, finis et eminentiæ; quia primum efficiens; quia primum cognoscens; quia finis ultimus; quia eminentissimum...*

« Aliquod ens tripliciter primum in entibus exsistit in actu; istud tripliciter in entibus est infinitum; ergo aliquid infinitum ens actu exsistit, et in hoc probatum est esse de Deo. »

C'est certainement là la démonstration la plus élevée et de l'existence de Dieu et de l'infinité de Dieu.

Collatio V.

Sur cette question : *Sitne aliqua creatura simplex*, les deux écoles répondaient négativement, mais les démonstrations sont diverses :

Saint Thomas disait que toutes les créatures étaient composées soit *ex forma et materia*, soit *actu et potentia*, soit *ex participante et participato. — Quælibet creatura est ens per participationem.* — De Dieu seul est écarté *esse potentiale et esse per participationem.*

Scot, s'élevant au-dessus de ces rapports du tout aux parties, dit : *Solum Deum esse infinitum et a nullo perfectionem participare aut accipere posse, ac idcirco esse simplicem et purum, nec compositum, nec componibilem; at vero creaturas quæ sunt finitæ et limitatæ, participare actu et participare posse a Deo ulteriorem perfectionem, ac se esse perfectibiles.* (Ce texte est du P. Macédo.)

On demandait si Dieu pouvait être compris sous la dénomination d'un genre, *an Deus sit sub genere.* Saint Thomas et Scot répondaient négativement, le premier, parce que Dieu comprenant les perfections de tous les genres, ne pouvait être inclus dans un genre; ce qui aurait été un abaissement de sa perfection. Scot, tout en combattant à son ordinaire l'argumentation de saint Thomas, donne des raisons qui ne semblent guère différer : 1° L'infini comprend en soi toute espèce de perfection ; et ne peut être conçu sous le rapport du moins de perfection et de perfectibilité.—Or, ce qui est sous un genre comporte nécessairement une partie de soi susceptible de perfectionnement.—Donc etc.,

Cependant, en tant que Dieu est être, n'y a-t-il pas entre lui et tous les autres êtres une appellation commune, *univocatio?* Saint Thomas le niait; mais Scot l'accordait, tout en soutenant que cette univocation entre Dieu et les créatures n'était point la même que celle qui existe entre les individus d'un même genre. Scot était accusé ici de contradiction, et ses partisans paraissent avoir beaucoup de peine à le dégager de cette accusation. On disait : La nature qui constitue tel genre, telle collection d'êtres est supérieure à chaque catégorie et à chaque être soumis à cette nature. Or, si la qualification *être* renferme Dieu, il y a donc quelque chose de supérieur à Dieu. Rada déclarait qu'il ne voyait aucun inconvénient à dire, *ens esse superius Deo in prædicando.* Il admettait qu'on pût dire : Dieu est *être*, pourvu qu'on ne dît pas : *ceci est un être, donc ceci est Dieu.* Mais d'autres scotistes, et notamment l'auteur des collations, n'admettaient pas la concession faite par Rada, *ens esse superius Deo.* — L'univocation *Deus est ens*, entre Dieu et les créatures, n'entraîne pas cette supériorité que, dans l'idée de genre, la nature commune a sur les êtres soumis à la même nature :

« Deus est ens et in re et in imaginatione ante omnem conceptum entis : nam est primum et supremum ens, et idea et fons totius entis, et nullum ens aut esse aut excogitari potest, cujus Deus non sit et exemplar et auctor. »

Collatio VI.

Les théologiens scolastiques élevaient leurs investigations jusqu'à cette puissance en vertu de laquelle le Père engendre le Fils : *Potentiam generandi.* On a déjà vu que saint Thomas disait que l'intellection elle-même était le Verbe; mais suivant Scot, l'intellection n'était que génératrice du Verbe. Scot l'appelle *principium formale actuum notionalium;* soit, *potentia generandi.*

Saint Thomas fait résider la puissance génératrice dans l'essence même ou nature divine, car les natures engendrent des natures semblables. La puissance génératrice ne réside pas dans les relations; ce n'est pas en vertu de la paternité que le père engendre, de même que ce n'est point en vertu de son individualité (*forma individualis*) que l'homme engendre. L'individualité constitue l'homme engendrant, non le principe *quo*, par lequel, il engendre. Autrement Socrates engendrerait Socrates. En Dieu, la paternité constitue la personne qui engendre, mais non la puissance génératrice; autrement le Père engendrerait le Père : *Sed id quo pater generat est natura divina.*

Scot ne conteste pas que le principe primordial de la génération divine soit dans l'essence divine; mais il ajoute que la puissance génératrice qui réside dans l'essence divine a pour complément la relation, *non per coprincipium, sed tanquam per conditionem quamdam ad generandum requisitam.* L'essence est *potentia remota;* la relation, *potentia proxima, potentia activa, potentia productiva.*

On voit que, suivant Scot, entre l'essence divine, source principale, et le Verbe ou le Fils, il y avait un moyen qui était comme la seconde puissance, et ce moyen était la pensée divine, l'intellection : *principium formale actuum notionalium*, mais qu'aussitôt que l'intellection sortait du sein paternel par la *diction*, le Fils était produit.

Collatio VII.

Elle est relative à la procession du Saint-Esprit.

La première différence a pour sujet l'interprétation d'un passage de saint Jean Damascène d'après lequel le Saint-Esprit procédait du Père et non *ex Filio*, sed *per Filium.* Ces expressions ambiguës donnaient

lieu aux schismatiques grecs et nestoriens d'invoquer l'autorité d'un auteur sanctifié, adopté comme l'un des Pères de l'Eglise. Des docteurs catholiques, et notamment saint Thomas, accusaient Damascène d'avoir erré sur ce point. Mais Scot et son école établissent qu'il n'y a au fond qu'une différence de mots, et que l'expression *per Filium* sauve suffisamment l'orthodoxie du savant Père.

Dans la seconde différence, saint Thomas, examinant comment le Saint-Esprit procède du Père et du Fils, dit :

« Procedit ab eis, ut amor unitivus duorum..... Spiritus sanctus dicitur esse nexus Patris et Filii, in quantum est amor, quia cum Pater amet unica dilectione se et Filium, et e converso, importatur in Spiritu sancto, prout est amor, habitudo Patris ad Filium, et e converso, ut amantis ad amatum. »

Scot dit au contraire :

« Essentia divina est formaliter infinita. Magis ergo spirabitur Spiritus sanctus voluntate, ut est essentiæ divinæ, quæ est objectum infinitum, quam ut est Patris, ut Patris et Filii, ut Filii..... Pater non spirat Spiritum sanctum, in quantum diligit Filium primo, nec Filius in quantum diligit Patrem. Sed Pater et Filius in quantum habent essentiam divinam præsentem, ut objectum primum voluntatis suæ. Similiter spirant in quantum habent essentiam præsentem, et non in quantum amatam actu, sed in quantum amabilem præsentatam actu intelligentiæ eorum. »

Mais étant donné que le Saint-Esprit procède du Père et du Fils, il était mis en question, savoir, si de possibilité absolue le Saint-Esprit n'aurait pas pu *spirari* par le Père seul, sans le Fils. Saint Thomas, faisant procéder le Saint-Esprit de la mutualité d'amour entre le Père et le Fils, était conduit à soutenir la nécessité de concours des deux personnes. Scot est d'un avis contraire en se fondant sur l'essence absolue qui est aussi complète *in uno supposito quam in duobus*, et qui est *principium agendi in uno sicut in duobus*. Ce n'est donc point la mutualité qui est le principe producteur, mais la volonté aussi absolue, aussi efficace dans l'un des deux producteurs que dans l'autre.

Collatio VIII.

Diff. IV. — *Circa rationem qua divus Thomas probat Deum non esse sub genere*

« Sanctus Thomas : *Quod Deus non sit in genere per reductionem ut principium, manifestum est ex eo quod principium quod reducitur in aliquod genus, non se extendit ultra genus illud. Deus autem est principium totius esse; unde non continetur in aliquo sicut principium.....* (I p., q. 3, a. 5, c.).

« *Omnia alia a Deo non sunt suum esse, sed participant esse. Necesse est igitur quod omnia quæ diversificantur, secundum diversam participationem essendi, ut sint perfectius, vel minus perfecte, causari ab uno primo ente, quod perfectissime est.*

« ... *Primum est et quasi principium aliorum prœhabens in se omnia prædicta (id est omnes participationes) secundum quemdam modum unita. Et ita Deus est principium divinum, et omnia sunt unum in ipso.*

« ... *Nihil habet esse nisi in quantum participat divinum esse, quia ipsum est primum ens, quasi causa omnis entis; sed omne quod est participatum in aliquo, est in eo per modum participantis....*

« ... *Quidquid est in genere habet suum esse determinatum ad unum genus. Sed esse divinum nullo modo terminatum ad aliquod genus; quin imo comprehendit in se nobilitates omnium generum ut dicit philosophus in* v *Metaph., ergo* Deus non est in genere substantiæ.....

« .... *Quarta causa est ex perfectione divini esse, quæ colligit omnes nobilitates omnium generum.* »

« Scotus : *Alii probant quarto modo Deum non esse in genere, quia continet in se perfectiones omnium generum. Sed istud argumentum non valet; quia continens aliquid continet illud per modum sui. Substantia enim, quæ modo est genus generalissimum, ut accipitur pro omnibus speciebus inferioribus, continet virtualiter omnia accidentia, ita quod si Deus sola individua substantiarum causaret, illa haberent in se virtutem, unde causaret omnia accidentia; et tamen non propter hoc negantur substantiæ creatæ esse in genere, quia continent actualiter accidentia per modum sui, non per modum accidentium. Igitur ex hoc solo quod Deus continet perfectiones omnium generum, non sequitur ipsum non esse in genere.*

« Ratio Scoti sumpta est ex simplicitate Dei compositionem ex genere et differentia excludente. »

Sectio II. — De univocatione entis.

« Sanctus Thomas I part., quæst. 13, sic : *Dicendum quod impossibile est aliquod prædicari de Deo et creaturis univoce.* »

« Scotus autem in 1, dist. 3, quæst. 2 : « *Non asserendo quia non consonat opinioni communi, potest dici quod non tantum in conceptu analogo, sed in conceptu aliquo concipitur Deus univoco sibi et creaturæ...*

« Et dist. 3, quæst. 3, et dist. 8 q...., ait : *Cum simplicitate Dei stat quod aliquis sit conceptus communis sibi et creaturæ, non tamen communis ut generis.* »

Les Thomistes reprochaient ici à Scot une contradiction avec le principe qu'il avait admis : *Deum non esse sub genere.*

L'auteur des *Collations* répond :

« Do conceptum et formalem et objectivum in ratione entis ad Deum et creaturam omnino, univocum et præcise æqualem et prorsus similem. Nego tamen rationem generis et prædicationem superioris de inferiori.... Ille conceptus univocus solum est comparativus et præcisivus nihil aliud affirmans de Deo et creatura, nisi quod conveniunt in ratione entis. Ut vero positio in genere alio modo procedit, operando circa illud ens ita præcisum, et applicando illud tanquam superius ad inferiora, unde

fuit abstractum... Contrahendo illam rationem communem ad particularia... Deus est ens et in re et in imaginatione ante omnem conceptum entis: nam est primum et supremum ens, et idea et fons totius entis, et nullum ens aut esse aut excogitari potest, cujus Deus non sit et exemplar et auctor... Ratio entis communicata creaturæ ab utroque præcisa in ratione entis est una et communis creaturis, alioqui non communicaret Deus veram et propriam rationem entis suis creaturis... Nec obstat participantis et participati. Nam hæc nihil nocet univocationi in re communicata, sed tantum involvit independentiam causæ et dependentiam causati... »

Diff. XI. — *An et quæ et quatenus sunt ideæ in Deo?*

« Convenit uterque doctor in eo quod Deus et se et alia a se cognoscat, id est, et suam essentiam et quidquid est in essentia, et cum essentia necessario conjunctum, et creaturas quæ sunt ab essentia et proprietatibus essentiæ diversæ. Et in eo quod Deus cognoscat omnes creaturas in quocunque statu possibili, futuro et actuali; et in eo quod omnes creaturæ sunt in Deo tanquam in causa prima universali virtualiter et eminenter, et tanquam in primo intelligibili secundum esse ideale.

« Differunt 1° in eo quod Scotus sentit essentiam divinam esse rationem cognoscendi creaturas per semetipsam et in semetipsa, seclusis illis respectibus idealibus ad creaturas sigillatim et individualiter sumptas, quas ponit sanctus Thomas; differunt 2° quod Scot ponit ideas in conceptu objectivo creaturarum; at vero divus Thomas in conceptu formali exprimente illa objecta cognita, nec eas distinguit ab essentia, imo in essentia illas constituit; differunt 3° quod Scotus attribuit creaturis quoddam esse cognitum, quod vocat diminutum, imo et productum in eo genere esse cogniti per intellectum divinum. »

Voici comment Scot résume la doctrine de saint Thomas :

« *Ponuntur igitur relationes esse æternæ in Deo ad alia a se cognita simplici intelligentia, et quod istæ relationes sint in essentia, ut est ratio cognoscendi, propter hoc quod nihil est ratio cognoscendi plura, nisi ut illa ratio appropriatur aliquo modo illis objectis cognitis; quod etiam confirmatur per hoc quod cognitio sit per simile; ergo oportet rationem cognoscendi habere aliquam rationem propriam similitudinis ad ipsum objectum cognitum. Per istam igitur determinationem et istam assimilationem rationis cognoscendi ad objectum ponuntur relationes æternæ, tanquam rationes determinantes essentiam ut ratio intelligendi, et quibus ipsa essentia sit distincte similis objectis cognitis.* »

Cajétan nie que cette analyse de Scot exprime sincèrement l'opinion de saint Thomas. L'auteur des *Collations* soutient au contraire que Scot a exprimé fidèlement saint Thomas, et pour le prouver il rapporte les textes suivants :

« Textus sancti Thomæ. — *Cum enim sciat (Deus) alia a se per essentiam suam in quantum est similitudo rerum....*

« ..... *Necesse est quod omnia in Deo sint secundum modum intelligibilem....*

« ..... *Deus alia a se videt non in ipsis, sed in se ipso, in quantum in essentia sua continet similitudinem aliorum ab ipso... in quantum Deus continet species eorum...*

« ..... *In essentia Dei omnes species rerum comprehenduntur...*

« .... *Divina essentia est aliquid excedens omnes creaturas. Unde potest accipi ut propria ratio unius cujusque, secundum quod diversimode est participabilis, vel immutabilis a diversis creaturis....*

« ... *Dicendum quod hujusmodi respectus quibus multiplicantur ideæ non causantur a rebus, sed ab intellectu divino comparante essentiam suam ad res..*

« ... *Dicendum quod respectus multiplicantes ideas non sunt in rebus creatis, sed in Deo; non tamen sunt reales respectus sicut illi, quibus distinguuntur personæ, sed respectus intellecti a Deo ..*

« ... *Dicendum quod necesse est ponere in mente divina ideas, vel ut sit exemplar ejus cujus dicitur forma; vel ut sit principium cognitionis ipsius secundum quod formæ cogniscibilium dicuntur esse in cognoscente et quantum ad utrumque necesse est ponere ideas....*

« ... *Licet Deus per essentiam suam se et alia cognoscat, tamen essentia sua est principium operativum aliorum, non autem sui ipsius: ideo habet rationem ideæ secundum quod ad alia comparatur, non autem secundum quod comparatur ad ipsum Deum...*

« ... *Plures ideæ sunt in mente divina, ut intellectæ ab ipso... unaquæque autem creatura habet propriam speciem, secundum quod participat divinæ essentiæ similitudinem. Sic igitur in quantum Deus cognoscit suam essentiam, ut sic imitabilem a tali creatura cognoscit eam ut propriam rationem et ideam hujus creaturæ, et sic patet quod Deus intelligit plures rationes proprias plurium rerum, quæ sunt plures ideæ...*

« ... *Sicut artifex dum intelligit formam domus in materia dicitur intelligere domum; dum tamen intelligit formam domus, ut a se speculatam, ex eo quod intelligit se intelligere dum intelligit ideam vel rationem domus; Deus autem non solum intelligit multas res per essentiam suam, sed etiam intelligit se intelligere multa per essentiam suam. Sed hoc est intelligere plures rationes rerum, vel plures ideas esse in intellectu ejus, ut intellectas...*

« ... *Hanc autem rationem idealem impugnat Scot, et quoniam in ea erat etiam Henricus quatenus asserebat essentiam, prout erat comparata ad creaturas, esse rationem idealem creaturarum, contra utramque arguit.* »

« Textus Scoti. — (In q. 4 Prologi.) — *Vilesceret intellectus divinus pro eo quod pateretur ab aliquo alio ab essentia sua..*

« (Dist. 3 in 1, q. 3.) *Essentia divina sola movet intellectum divinum ad cognoscendum se et omnia alia cognoscibilia ab ipso intellectu.*

« (In hac dist. 35, q. unica) *Hoc videtur vilificare divinum intellectum quia tunc esset passivus aliorum objectorum cognitorum.*

« (Quolib. 5, q. 5.) *Ex hoc sequitur quod objectum primum nempe ens infinitum, uti est essentia divina est objectum primum primitate adæquationis, quia sicut ostensum est de intellectu divino, intellectus divinus non habet adæquatum commune per abstractionem ab omnibus objectis, sed communitate virtutis ad omnia per se objecta; alias vilisceret ejus intellectio, quia posset immutari ab objecto finito.* »

L'auteur des *Collations* analyse ensuite la doctrine de Scot :

« Scotus ponit duplex objectum divinæ cognitionis, alterum primarium, alterum secundarium. Primarium est essentia quæ primo cognoscitur, et est ratio cætera cognoscendi. Secundum sunt creaturæ et hoc objectum cognoscitur virtute primi. Itaque prima intellectio divina est cognitio essentiæ sine ullo respectu, vel rei, vel rationis; secunda est creaturarum in essentia, immediate, nulla interveniente idea vel relatione, sive realis, sive relationis; quia intellectio divina se habet ad creaturas per modum mensurantis, cujus nulla est relatio ad mensuratum. Cognoscit divinus intellectus essentiam suam, et ex illius cognitione objectum secundarium, id est creaturas sine dependentia ab ipsis.... Deus intuetur primo suam essentiam secundum quod est in se formalis et absoluta; in ea vero sunt virtute ac eminenter creaturæ quæ per illam primam cognitionem non exprimuntur. Manent ergo in essentia, sed non declarantur nec exstant. Tunc in secunda, ut ita dicam, intellectione, attinguntur et exprimuntur, et apparent in essentia eas prius intra se continente, sed non prius declarante : quæ expressio in essentia est productio intelligibilis, per quam ponitur actualiter repræsentata in essentia et formaliter illa creatura, quæ in ea erat virtualiter ac eminenter. Illa manifestatio et repræsentatio per intellectum divinum est quædam productio in genere declarativo, per quam accipit creatura esse in ratione intelligibilis. Et hoc esse appellat Scotus esse *productum;* nam antea non apparebat, non exstabat, latebat contenta virtualiter in essentia, in qua erat veluti obrupta luminibus essentiæ formalis : quando per scientiam fuit excitata et declarata, cœpit exstare et manifestari, quæ exstantia et manifestatio est quædam veluti productio, ex qua provenit esse cognitum quod erat ante incognitum.... Verum quidem est quod ex ista declaratione creaturarum resultat in creaturis relatio ad Deum cognoscentem, iisque tribuentem illud esse cognitum, quæ est relatio dependentiæ ad intellectum producentem; quod idem vocat *diminutum.* Hujusmodi tamen relationes fundantur in creatura cognita, et in esse cognito producto post peractam cognitionem. Nihilominus non negat Scotus in tertio instanti rationis posse divinum intellectum comparare suam intellectionem ad rem intellectam et productam in esse cognito, fundando relationem rationis in se ad creaturam cognitam, quæ est tertii generis mensurantis ad mensuratum, quod ipsemet Scotus vocat tertium instans. Ac demum admittit posse item Deum in quarto instanti reflecti super istam relationem causatam in tertio instanti, et tunc illa relatio rationis cognita erit. Unde constat intellectum divinum unica et indivisa cognitione attingere omnes illas infinitas creaturas virtualiter contentas in essentia per unicam cognitionem in se indivisam, et solum ad illas terminatam, quæ est summa perfectio, longe major quam alia viæ Thomisticæ quæ inductis illis respectibus facit multiplicem ex parte rei cognitionem secundum varios et infinitos modos assimilandi et imitandi. In hac enim essentia apparet affecta his respectibus et per eos quodammodo divisa et multiplicata cum mutuo respectu ad creaturas sibi correspondentes ex æquo, dum cognoscuntur mediis illis formis, et respectibus idealibus. At vero in via Scoti essentia absoluta libera videtur ab omni respectu antecedente et mutuo ad creaturas, illarum domina et princeps, excitando eas, et extundendo per suam cognitionem, tanquam creatrix illarum, tribuens iis esse cognitum per cognitionem productum, cum summa dignitate divinæ cognitionis et maxima dependentia rerum a cognoscente.

« Audiamus hic Scotum : *Per hoc quod intellectus divinus est in actu per essentiam suam, ut est ratio intelligendi, habet primum actum sufficientem ad producendum omne aliud in esse cognito, et producendo illud in esse cognito, producit ipsum ut habet dependentiam ad ipsum, aut ut ad intelligentiam, et per hoc quod intellectio est ejus illud dependet ad istam intellectionem.*

« Nihil celebrius, tum in philosophia tum in theologia, ideis quas omnes et veteres et novi sapientes unanimi consensu receperunt. Platonem earum prope auctorem esse, Aristoteles, *Ethic.* libro, et Cicero, lib. III *De oratore* et lib. *De claris oratoribus*, et Augustinus, et Apuleius, imo et Justinus Martyr, affirmarunt. De ideis Plato in *Timeo* disputavit easque in mente divina collocavit. Verum quidem est Socratem eas ante Platonem induxisse..; ab eo ex Latinis illas accepit Cicero : *Ideas*, inquit, *rerum formas appellat Plato, easque gigni negat, atque semper esse ac ratione et intelligentia contineri, cætera nasci, occidere, fluere, labi, nec diutius esse in uno et eodem statu.* Et Augustinus, lib. *LXXXIII Quæst.*, q. 46 : *ideas primus* Plato *appellasse perhibetur. Sunt autem principales formæ quædam, vel rationes rerum, stabiles, atque incommutabiles, quæ ipsæ formatæ non sunt, ac per hoc æternæ semper, eodem modo se habentes, quæ in divina intelligentia continentur....* Patres deinde illas et sacratius acceptas et melius intellectas celebrarunt, Dionysius Areopagita, Clemens Alexandrinus; hinc transierunt ad scholas D. Thomæ, prima part. q. 15, Scoti in 1, d. 35, q. unica.

« Has ideas videtur Scotus sustulisse.. et prorsus abolevisse... »

L'auteur des *Collations* argumente ici pour établir que la doctrine de Scot n'est pas inconciliable avec la théorie des idées.

Mais, suivant saint Thomas : *Idea sive exemplar consistit in conceptu formali.* Suivant Scot : *Ideæ rerum quæcunque sint in conceptu objectivo, non formali, constituendæ sunt.*

« Removenda est igitur illa vel calumnia vel objectio, Scotum ideas sustulisse; non enim eas sustulit, sed mutavit, et quas alii ante se theologi in conceptu formali expressivo posuerant, ipse in objectivo collocavit.

« Plato posuit ideas in rebus objectivis, non in conceptibus formalibus. »

Platon fut taxé par Aristote d'avoir placé les idées hors de Dieu, *extra Deum exsistentes*, et, pour cette raison, Aristote disait que Platon : ideas in objecto non in conceptu collocasse... Saint Augustin disculpe Platon, *dicens non eum composuisse ideas extra Deum, sed in mente divina...* D'où il suit que saint Augustin adoptait aussi la doctrine de l'objectivité *retenta re objecta, loco mutato.*

« 2° Ipsæmet res cognitæ sunt ideæ exemplaria, non earum formales conceptiones.

« 3° Illæ expressiones divinæ rerum cognitarum supponunt ipsas ut cognitas; ergo ab iis sumunt suam repræsentationem ; igitur exemplarium fontes sunt ipsæmet creaturæ cognitæ.

« 4° Constat non eadem ratione conditum esse equum et hominem ; sed hæc diversitas non oritur immediate ex ratione essentiæ sed ex ratione objectarum in ea rerum ; igitur eæ sunt ideæ et exemplaria. »

« Scotus in dist. 35 quæst. unica. — *Deus singula propriis rationibus format, non autem rationibus extra se; igitur rationibus in mente sua. Nihil autem est in mente sua, nisi incommutabile. Ergo omne formabile potest formare secundum rationem propriam æternam in mente sua. Nihil autem in mente sua tale ponitur nisi idea secundum istam descriptionem; igitur videtur quod lapis intellectus possit dici idea. Et ista ratio est æterna in mente divina ut cognitum in cognoscente per actum intellectus divini. Quidquid autem est in Deo secundum quodcunque esse, sive rei, sive rationis per actum intellectus divini, est æternum... Illud videtur consonari cum dicto Platonis a quo accepit Augustinus nomen ideæ. Ipse enim posuit ideas quidditates rerum, per se quidam existentes secundum Aristotelem et male, secundum Augustinum in mente divina et bene...*

« Scotus in dist. 1, q. 4 : *Omnia intelligibilia actu intellectus divini habent esse intelligibile et in eis omnes veritates de se relucent. Illa autem in quantum sunt objecta secundaria intellectus divini sunt veritates, quia sunt conformes suo exemplari, intellectui scilicet divino, et sunt lux quia manifestativæ, et sunt immutabiles ibi et necessaria.* »

L'auteur des *Collations* réfute ceux qui ont imputé à Scot l'erreur de Vicleff. Vicleff asserebat : *Omnem creaturam esse in Deo et vivere in Deo et esse æternam in Deo...* Unde sequebatur alia propositio : *Quælibet creatura est Deus.*

Mais Scot, au contraire, repousse une telle interprétation, en combattant Henricus, lequel : *ponebat creaturam ab æterno fuisse secundum esse essentiæ.* Scot, au contraire, pose expressément : *Creaturæ in esse cognito sunt omnino nihil et essentiæ et exsistentiæ...* Il dit simplement : *Est esse objective in divino intellectu... Est in esse alterius rationis ab omni esse simpliciter, et non est rationis tantum, sed etiam fundamenti absoluti, non quidem secundum esse essentiæ vel exsistentiæ, quod est verum esse, sed secundum esse diminutum, quod est esse secundum quid etiam entis absoluti, quod tamen concomitatur relatio rationis... Exemplum hujus; si Cæsar esset annihilatus, et tamen esset statua Cæsaris, Cæsar esset repræsentatus per statuam. Illud esse repræsentatum est alterius rationis ab omni esse simpliciter ; sive essentiæ, sive exsistentiæ ; sed totius Cæsaris et esse ejus, et in ipso secundum istud esse secundum quid potest esse aliqua relatio ad statuam.*

« Quærent tamen a me Thomistæ cujusmodi sit illud esse cognitum a Scoto excogitatum. Sit ne reale an rationis? Respondeo quærendo prius ex iis quale sit esse possibile creaturarum in eo statu, reale an rationis? Et interrogando moneo eos quod non est sola privata difficultas de isto Scotico esse cognito, cum sit possibilis ad esse possibile... Verum premor. Illa ratio est realis an rationis? Si pro reali intelligas esse actuale, vel essentiæ, vel exsistentiæ, nego. Si intelligas esse quiddam possibile, virtuale et eminentiale, concedo, quod habent capacitatem ad essendum in esse actuali et positivo.

« Quæ rationes ideales (*dit l'auteur des collations*) sunt penitus necessariæ et ante omnem actum liberæ voluntatis, cum versentur in rationibus necessariis essendi intelligibilibus et possibilibus, quæ antecedunt actus liberos divinæ voluntatis..... Nam distinguitur ratio intelligendi a ratione volendi, quod ratio intelligendi trahit ad se objecta, et in se transformat, vindicando sibi, non largiendo objectis. At vero ratio volendi erumpit et tendit ac fertur quodammodo extra se, et communicatur rebus amatis... Non apte accommodatur ideis formalibus rerum objectarum illa largitio nobilitatis et perfectionis quæ non exit e sinu illo et gremio intellectus, ubi res intelliguntur et exprimuntur trahendo ad se res intellectas, et vindicando sibi quidquid est in illis per imaginem et repræsentationem illarum. Aliter res habet in Scoti sententia, in qua divinus intellectus, cognita essentia, et objecto primario, cognoscit creaturas ut objectum secundarium, excitans illas et extundens præbendo iis esse cognitum et expressum, cum virtualiter et eminenter sint in essentia, et parturit quodammodo illas, dans illis esse intelligibile, per quod manent intra ipsammet essentiam cognitam, cum qua sunt idem in fundamento, et virtute fundamenti sunt ipsemet Deus, et ipsis Deus communicatur, iisque nobilitatem et perfectionem divinam impartitur. In

ea et per eam vivunt, lucent, æternant, communicante se iis essentia, non participante. Quid subtilius illo esse cognito? Quid ingeniosius illo esse producto? Quid acutius illo esse diminuto? Nova hæc sunt, et ante Scotum vix in scholis nota. Omnia erant communia; omnia vulgata et vulgaria. Bona quidem sed non mira; tuta sed non subtilia; apta sed non splendida; solida sed non aucta. Accessit Scotus, et divino suo ingenio addidit bonis admirationem, tutis subtilitatem, aptis splendorem, solidis acumen. Extulit quæ jacebant; protulit quæ latebant; illuminavit quæ caligabant, et ad imitationem intellectus Domini, qui res quæ eminenter tantum et virtualiter erant in essentia excitavit et declaravit, et ad esse cognitum perduxit, Scotus subtilissimo suo ingenio, quæ intra sinus reconditos theologiæ occultabantur, eruit, protulit, illustravit, et ad unum scholasticum exercitiumque reduxit. »

COLLATIO IX.

Diff. III. — *De ratione et modo quo Deus est ubique.*

Suivant saint Thomas, *per operationem.*

Suivant Scot, *per immensitatem.* (Vide RADA, *Controvers.*)

Diff. IV. — *An res sint præsentes Deo in æternitate.*

« . . . . *Æternitas est immensa et infinita, et per consequens sicut immensum est simul præsens omni loco, ita æternum est simul præsens omni tempore.* (SCOT.) — Concordant Thomistici; Scotus vero negat physicam et realem rerum in æternitate cum Deo coexistentiam.

« Sanctus Thomas affirmat necessitatem hujus exsistentiæ rerum tanquam medii ad cognoscendum futura contingentia.

« Scotus animadvertit: 1° In Deo non esse voluntatem liberam ad actus oppositos, sed ad objecta et effectus diversos, quia si esset libera ad oppositos actus, esset imperfecta sicut humana, quæ, quia est finita et limitata, non potest invariata tendere in diversa objecta, quod divina potest, quia infinita et illimitata. 2° Voluntatem nostram considerari tripliciter, uti productivam actus, uti receptivam ejusdem, uti operativam; divinam vero non esse productivam, nec receptivam sui actus, sed solum operativam circa objectum, et in hoc ejus constitui libertatem. 3° Voluntatem divinam nihil necessario velle præter essentiam divinam, et intrinseca illius essentiæ. alia velle contingenter.

« His in adversis, Scotus ita proponit sententiam suam: *Viso de contingentia rerum* (dist. 39) *quantum ad exsistentiam et hoc considerando respectu voluntatis divinæ, restat videre secundum principale, qualiter cum hoc stat certitudo scientiæ ejus. Hoc potest poni dupliciter. Uno modo per hoc quod intellectus divinus videt determinationem voluntatis divinæ, videlicet illud fore pro A, quia voluntas illa illud determinat fore pro eo. Scit enim voluntatem illam esse immutabilem et non impedibilem.... Potest poni aliter: quod intellectus divinus aut offert simplicia quorum unio est contingens in re; aut si offert complexionem, offert eam sicut neutram, et voluntas eligens unam partem, scilicet conjunctionem istorum pro aliquo nunc in re, facit illud determinate esse verum. Hoc erit pro A; hoc autem exsistente determinate vero, essentia est ratio intellectui divino intelligendi istud verum. . . . . Sicut essentia divina est ratio cognoscendi simpticia, ita et complexa talia. Tunc autem non sunt vera contingentia, quia nihil est tunc per quod habeant veritatem determinatam. Posita autem determinatione voluntatis divinæ jam sunt vera, et hoc erit ratio intellectui divino intelligendi ista.* »

Quomodo stet libertas humanæ voluntatis cum hisce liberis decretis. — De radice contingentiæ.

« *Judicium P. Francisci a Scoto de his quæstionibus.* — Et quidem in prima de præsentia rerum in æternitate apertissime judicat Scotus eam nec esse veram, nec necessariam ad certam et infaillibilem notitiam contingentium... Quia solis est præsentia objectiva in divinis decretis ex Scoti sententia... Nec valet dicere hoc ad Dei perfectionem spectare, qui cum sit æternus, debet omnia in sua æternitate tempora et quæcunque in ea successive exsistent continere. Respondetur quippe verum id esse, sed ad id sufficere, ut cum res fuerint præsentes et creatæ in tempore, illas comprehendat in sua æternitate et illis omnibus coexsistat, ita ut nihil sit suo tempore productum, quod non exsistat intra æternitatem, ac in ea non contineatur... Quod attinet cognitionem Dei, hæc non indiget illa præsentia actuali ad notitiam rerum, cum omnia cognoscat intra se in sua essentia et decretis, ac uti est in omnibus præsens et assistens intime, omnia continens et complectens, ut nihil extra ipsum exsistat, moveatur, sentiat, nihil extra se potest cognoscere. Quæ enim nobis dicuntur extra Deum produci et esse actualiter, ea non sunt quidem intra Dei essentiam, ut sint in Deo sicuti idææ ac possibilia; verum non sunt extra Deum quasi avulsæ a Deo, et quasi per se, ac sine illo sint et operentur. In omnibus præsens est. Omnia gubernat, animat et regit. Itaque quæcunque sunt, in quocunque sint statu, non extra Deus cognoscit, sed vel in se cum habent esse eminenter ante esse actuale, vel in se ipsis id est intime et immediate conservando et cooperando, et præmovendo et revocando ad se omnia, quæ cognoscit. Nec mutuatur a creaturis principia cognoscendi, ne vilescat ejus intellectus; ac sicuti illis dat esse, ita tribuit et cognosci... Quemadmodum sol res alias illustrat, estque eis ratio videndi; nec ab iis acciperet, si videre oculis posset, lumen ad videndum, ita Deus cum res creatas intuetur, affert iis lumen, ut a se in eo videantur, non ab iis accipit lumen ut videat...

« Modus cognoscendi in divino decreto ipsa futura inductus a Scoto est maxime idoneus, quia cum decretum liberum Dei sit rei futuræ causa exsistendi, idem etiam ei-

dem est causa cognoscendi ut a quo sumitur ratio essendi contingenter, sumatur ratio cognoscendi infallibiliter. Unde ante decretum neutra sunt, id est, indeterminata, et nullius certæ ac determinatæ veritatis. Extrahitur sane a statu possibilitatis per liberum decretum res possibilis, et ponitur in statu futuro, fitque decretum radix contingentiæ in rebus, quod est etiam in Deo liberum et contingens, et communicat rebus suam conditionem, hoc est liberum quod potest esse et non esse; nam illud decretum hanc conditionem habet, nec enim est necessarium in Deo, quia potest non esse. Quanquam autem sit immutabile cum est, hoc habet per necessitatem consequentiæ.

« Hanc libertatem et contingentiam participant res liberæ, ac contingentes, quæ possunt esse et non esse, et contingenter exsistunt ac sunt; sed postquam exsistunt ac sunt fiunt infallibiles et immutabiles, similes decreto, eadem necessitate consequentiæ, quæ non tollit contingentiam nec aufert libertatem, huic autem nocere antecedens decretum non potest, cum illud sit liberum et contingens simpliciter et rebus tribuat simile esse contingens et liberum, nimirum ut sint et exsistant contingenter, sicut illud est. Quare non immutat nec pervertit naturas rerum decernendo eas contingenter et libere. Sicut enim est liberum in se et contingens, ita libere ac contingenter decernit ut creaturæ libere ac contingenter sint et exsistant, nulla inducta necessitate... Creatura decreta libere per liberum decretum exsistit libere, et si natura sua libera et contingens est, et libere et contingenter operatur, non aufertur ei suus connaturalis modus operandi ex vi decreti eam ponentis, cum illud et liberum sit et libere et contingenter ponatur... Non inficior Deum per voluntatem suam liberam posse ponere effectum necessarium; potest enim necessitare si velit voluntatem. Sed tunc ponet aliquid quod inferat necessitatem et nec sit principium contingens nec liberum; uti, v. g., aliqua prædeterminans antecedenter physica qualitas quæ compelleret et trudaret necessario voluntatem. Major illa Thomistica et vehementior. Tum enim voluntas per se libera et contingens necessitaretur, sed per impressionem mediatam necessariam, et mutaretur modus operandi de contingenti in necessarium...

« Scotus vidit contra procedi in causa et principio libero, quod sinit res operari secundum suam naturam et conditionem, accommodando se et applicando concursum proportionate et temperate juxta exigentiam earum... Quare antecedentiam decreti nullam imponere necessitatem rebus contingentibus, cum contingenter decernerentur, et sinerentur esse et operari contingenter, conservata natura libera... Jure igitur non timuit admittere ista decreta antecedentia Scotus, quia intellexit nihil nocere libertati, nec contingentiæ rerum; ac insuper perspexit decreta concomitantia, ex formidine et metu lædendæ libertatis inducta non posse cum veritate consistere. »

Collatio X

I. — *De prescientia divina.*

« Ex mente Augustini proponitur. Ea scientia duplex : 1° necessaria possibilium quæ simplicis intelligentiæ appellatur; 2° libera futurorum quæ visionis dicitur.

« *Necessaria :* Intelligibilis mundus divinæ sapientiæ ratio est; mundus vero sensibilis in tempore a Deo conditus, divinæ sapientiæ effectus et exemplum.

« Augustinus : *Nec Plato quidem in hoc erravit, quia mundum intelligibilem dixit... mundum quippe intelligibilem nuncupavit ipsam rationem sempiternam atque incommunicabilem, qua fecit Deus mundum, quam qui esse negat, sequitur ut dicat irrationaliter Deum fecisse quod fecit; aut cum faceret vel antequam faceret, necesse quid faceret, si apud eum ratio faciendi non erat, si vero erat, sicut erat, ipsam videtur Plato vocasse intelligibilem mundum.*

« Huc spectat illa celebris et toties usurpata ab Augustino doctrina de angelorum scientia matutina et vespertina, quas ille divino suo ingenio excogitavit. Nec enim aliud scientia matutina est quam ea cognitio quam habuerunt angeli de rebus a Deo conditis in idæas divinas intuentes; in quibus erat ratio exemplaris omnium rerum condendarum.... Esse vero hanc scientiam possibilium necessariam constat, quia versatur in possibilibus quæ necessario possibilia sunt.... Itaque antecedit ista scientia omne decretum liberum Dei et ipsammet voluntatem, uti est libera creandi potentia, ut sit ejus veluti regula et exemplar. Unde ex duplici capite necessitas oritur, altera ex parte perfectionis scientiæ divinæ, cui nihil incognitum esse potest nec debet; altera ex parte voluntatis liberæ ad creandum, cui necesse est proponi ab illa scientia quid et quomodo sit agendum, ut rationaliter velit et possit operari.

« Augustinus, *Confessionum* cap. 38 : *Nos itaque ista quæ fecisti videmus quia sunt; tu autem quia vides ea sunt; et nos foris videmus quia sunt, et intus quia bona sunt. Tu autem ibi vidisti facta ubi vidisti faciendа.* Idem, *De civitate Dei*, lib. II : *Una sapientia est in qua sunt immensi quidam atque infiniti thesauri rerum intelligibilium, in quibus sunt omnes invisibiles atque incommunicabiles rationes rerum etiam invisibilium et incommutabilium, quæ per ipsam facta sunt, quoniam Deus non aliquid nesciens fecit, quod nec de quolibet artifice hominе recte dici potest. Porro si sciens fecit omnia, ea utique fecit quæ noverat; mundus nisi notus non potest.... Si ergo Christus est sapientia Dei, et psalmus dicit : « Omnia in sapientia fecisti* (*Psal.* CIII, 24), » *omnia sicut per illum facta, ita in illo facta sunt.* »

II. — *De scientia possibilium.*

« Sanctus Augustinus : *Si omnia in ipso facta sunt, omnia vera sunt, est autem in ipso sapientia spiritualiter ratio quædam qua terra facta est, et vita est...*

« Addit : *Quia sapientia Dei per quam facta sunt omnia secundum artem continet omnia, antequam fabricet omnia. Hinc quæ fiunt per ipsam artem, non continuo vita sunt; sed quidquid factum est, vita in illo est...*

« Idem lib. *LXXXIII Quæst.*, q. 46 : *Sunt namque ideæ principales formæ quædam, vel rationes rerum stabiles atque incommutabiles quæ ipsæ formatæ non sunt, ac per hoc æternæ, ac semper eodem modo se habentes, quæ in divina intelligentia continentur.... Omnia ratione sunt condita... Singula propriis creata sunt rationibus. Has autem rationes ubi arbitrandum est esse, nisi in ipsa mente Creatoris? Non enim extra se quidquam proprium intuebatur. Harum participatione fit, ut sit quidquid est, quoquo modo est...* »

III. — *De scientia futurorum, sive libera.*

« Augustinus eam præscientiam defendit, lib. v *De civitate Dei*, c. 9, adversus Ciceronem negantem : *Nam et confiteri esse Deum et negare præscium futurorum apertissime insania est. .. Non timemus ne ideo non voluntate faciamus, quod voluntate facimus, quia id nos facturos esse præscivit, cujus præscientia falli non potest... Cicero utrumque arbitratur esse non posse. Sed si alterum confirmatur, alterum tollitur. Si elegerimus præscientiam futurorum, tolli voluntatis arbitrium. Si elegerimus voluntatis arbitrium, tolli præscientiam futurorum. Itaque ex his duobus, eligit liberum arbitrium; quod ut confirmaretur, negavit præscientiam futurorum, atque ita dum vult facere homines liberos, facit sacrilegos. Religiosus animus utrumque eligit, utrumque confitetur et fide pietatis confirmat... Qui rerum causas præscivit, profecto in iis causis etiam nostras voluntates ignorare non potuit, quas nostrorum operum causas esse præscivit... Neque ideo peccat homo quia Deus illum peccaturum esse præscivit; imo ideo non dubitatur ipsum peccare cum peccat, quia ille cujus præscientia falli non potest, ipsum peccaturum esse præscivit, qui si nolit, utique non peccat ; sed si peccare noluerit, etiam hoc ille præscivit....*

« Augustinus vero in divinæ voluntatis decreto antecedente ad liberas voluntates hominum collocabat ; illud quippe afferre certitudinem et servare libertatem asserebat. »

IV. — *De scientia conditionata.*

L'auteur admet en Dieu et il dit que presque tous les théologiens admettent en Dieu la science des futurs conditionnels, à l'exception de quelques-uns qui nient l'existence des futurs conditionnels. Si, disent-ils, ces conditionnels ne sont pas certainement futurs, alors ils sont dans la catégorie des simples possibles, etc....

Mais la grande question soulevée entre les théologiens porte sur le mode de connaissance de ces futurs conditionnels, et sur la doctrine soulevée par les Jésuites sous le nom de *scientia media*, ou *scientia conditionata*, à la différence de la science *conditionatorum*.

« Scolæ Jesuitarum affirmabant ea cognosci, præciso omni divino decreto, in cooperatione humani arbitrii cum gratia in tali vel tali circumstantia congruenter ad auxilium indifferentis oblatum gratiæ constituti... Duas causas afferunt asserendi scientiam mediam, unam ut Deus prudenter ac certo prævideat futura ; alteram, ne lædat arbitrii libertatem per illud antecedens divinæ voluntatis decretum prorsus auferendam...

« 1° Nisi Deus præsciat in quo statu ponenda et in quibus circomstantiis locanda voluntas, et quod illi auxilium sit offerendum, et qualis ejus sit proportio ad voluntatem, non poterit Deus cognoscere determinationem illius ad operandum, nec decernere operationem liberam futuram....

2° Si Deus antecedenter per suum decretum determinet voluntatem ad operandum, auferet ei indifferentiam et libertatem.

« Proponitur sententia opposita de scientia conditionata nixa divinis decretis, et probatur rationibus. »

(*Textes de saint Thomas prouvant qu'il repousse « scientiam conditionatam » ou « mediam. »*)

« Quid sit Scoti de scientia media sententia ?

« *Resp.* Plane contraria. Constat... futura contingentia non habere certam et determinatam veritatem ante decretum liberum divinæ voluntatis....

« Scientia media a doctrina sancti Augustini prorsus aliena esse monstratur. »

COLLATIO XI.

I. — *De consensu ac dissensu sancti Thomæ ac Scoti circa prædestinationem.*

L'auteur cherche à faire concorder les opinions des deux théologiens.

« Constat de reconvenire utrumque et Angelicum et Subtilem doctorem, nimirum prædestinationem esse actum gratuitum et liberum divinæ voluntatis, ante omnia merita prævisa, tum exclusis naturalibus quæ Pelagiani astruebant, tum præcisis supernaturalibus cum gratia, quæ quanquam intervenerint in exsecutione ad comparandum finem beatitudinis, non fuerunt ullo modo rationes ad eligendum, sed potius effectus orti ex electione. »

Cependant Scot après avoir cité et expliqué l'opinion de saint Thomas, met en regard celle de Henri : « Asserentis usum liberi arbitrii bonum prævisum a Deo esse causam prædestinationis quam Scotus non rejicit, sed uti probabilem defendit; atque adeo medium ita se præbet inter utramque et ad placitum remittit legentis. Sic enim : *Eligatur quæ magis placet dum tamen salvetur libertas divina sine aliqua injustitia, et alia quæ salvanda sunt circa Deum, ut liberaliter eligentem.*

« Utrum prædestinatio sit actus intellectus, an volontatis ? » — Suivant saint Thomas : « intellectus ; » suivant Scot : « voluntatis. »

II. — *De nomine, re, doctrina prædestinationis* (Præfatio.)

« Utrum prædestinatio accipiatur semper

in meliorem partem, et an etiam in deteriorem sumi possit? Certum est in meliorem partem plerumque accipi... nam prædestinati proprie dicuntur electi. Reprobi autem proprie præsciti... prædestinatio est tantum de bonis, præscientia autem tantum de malis. »

COLLATIO XII.

I. — *De reprobatione.*

« In collatione opinionum sancti Thomæ et Scoti observavimus Scotum non posuisse causam prædestinationis ex parte nostra, posuisse autem reprobationis.

Deus... misertus communis ruinæ ex meritis Christi elegit quosdam ex illa massa damnata ad suam gloriam, et iis mediam ad eam consequendam præparavit, cæteris derelictis in eadem massa, ubi et uti erant... »

Telle est l'opinion de saint Augustin rapportée par l'auteur, et il s'efforce d'y ramener Scot...

II. — *De voluntate Dei generali circa salutem omnium*

Doctrine de la volonté antécédente et de la volonté conséquente.

« Utrum et quomodo Deus provideat omnibus auxilia sufficientia ? »

COLLATIO I. (T. II in II *Sentent.*)

Diff. I. — *De relatione creaturæ ad Deum.*

« Controversia est : quid creatio (208) et quomodo distinguatur a creaturis ? Omnes scholæ docent creationem non esse mutationem cum ex alio et in subjecto non fiat, nec aliud in aliud transeat et mutetur, an et quid sit? ambigunt. Quidam recentiores aiunt esse influxum quemdam realem emanantem a Deo in creaturam, sane absolutum, per quem fit creatura, non autem relationem, quia hæc supponit rem creatam et est superior absoluto, cum tamen creatio antecedat creaturam cujus est fieri. Alii cum antiquis communiter docuerunt creationem non esse quid absolutum sed relativum, atque adeo relationem ipsam, per quam creatura fit, ac dependet a Deo creante. Ita sanctus Thomas cum sua schola et Scotus cum sua... manent ergo quasi duæ oppositæ sententiæ. Tertiam facit Henricus, sentiens creaturam referri se ipsa, nec in ea distingui absolutum a relativo, ac idem prorsus esse creari ac referri. Quare hæc sententia est extremum oppositum alteri extremo D. Thomæ. Nam hic docet creationem esse relationem distinctam aliter a re creata et omnino accidens. Henricus autem docet, creationem esse prorsus idem cum re creata absoluta. Scoti vero sententia verius media est, docens creationem esse quidem relationem, sed formaliter solum distinctam a re creata, quæ est illius fundamentum. Unde realiter est idem cum fundamento, formaliter vero diversa. »

Diff. II. — *Utrum angelus et anima differant specie?*

« Sanctus Thomas in 2, dist. 3, quæst. 1 : *In homine*, inquit, *est intellectus; non tamen propter hoc in ordine intellectualium proprie ponitur; quia illa substantia intellectualis dicitur, cujus tota cognitio secundum intellectum est : quia omnia quæ cognoscit subito sine inquisitione sibi afferuntur; non autem ita est de cognitione animæ, quia per inquisitionem et discursum rationis ad notitiam rei venit, et ideo rationalis dicitur; quia ejus cognitio secundum terminum tantum et secundum principium intellectualis est : secundum principium, quia prima principia sine inquisitione statim cognoscit; unde habitus principiorum indemonstrabilium intellectus dicitur : secundum terminum vero, quia inquisitio rationis ad intellectum rei terminatur : et ideo non habet intellectum ut naturam propriam, sed per quamdam participationem. Ratio autem de Deo et de angelis dicitur; tamen alio modo sumitur secundum quod omnis cognitio immaterialis ratio potest dici, prout dividitur ratio contra sensum et non contra intellectum.....*

« *Angelus habet plus de actu quam anima, et minus habet de potentia; participat quasi in plena luce naturam intellectualem. Unde intellectualis dicitur. Anima vero extremum gradum in intellectualibus tenet; participat naturam intellectualem magis defective, quasi obrumbrata, et ideo dicitur rationalis, quia ratio, ut dicit Isaac in libro « De definitionibus » oritur in umbra intelligentiæ..... Quorum sunt diversæ operationes naturales, ipsa differunt specie; sed animæ et angeli sunt diversæ operationes naturales; quia mentes angelicæ simplices et beatos intellectus habent, non de visibilibus congregantes divinam cognitionem. Anima igitur et angelus non sunt ejusdem speciei.* »

Scot résume ainsi l'opinion de saint Thomas, in 2, dist. 1, quæst. 5 :

Aliter dicitur quod gradus intelligendi major vel minor in angelo et in anima est principium distinctivum unius ab alio; quod confirmatur per simile, quia anima sensitiva non videtur distingui in brutis, nisi secundum diversos gradus sentiendi, et ibi tamen est differentia specifica. Igitur ita potest esse hic penes diversos modos intelligendi, perfectiorem scilicet et imperfectiorem. Quis autem sit iste distinctus modus intelligendi? Ponitur quod angelus intelligit sine discursu, et anima intelligit cum discursu loquendo de intellectu naturali, et isti sunt modi distincti specie et sunt intellectualitatis alterius et alterius speciei.

Puis Scot réfute ainsi la doctrine qu'il vient de résumer :

Prima distinctio entis non est per natu-

(208) « Qu'est-ce que la création? Le terme de l'action de Dieu produisant hors de soi. L'action dans son principe et dans son mode appartient donc à l'ordre infini, à l'ordre divin. Car ce principe, c'est Dieu et son mode d'agir dérive directement de son essence. L'action, dans son terme, appartient à l'ordre fini, à l'ordre créé. Car ce terme, c'est la création même. » (LAMENNAIS, *Esquisses.*)

ram suam, in quantum est principium talis operationis, sed per naturam suam, ut hæc natura, licet per identitatem ipsa sit principium talis actus secundi... ita dico in proposito quod licet natura angelica sit principium intelligendi et volendi, et anima similiter, ita quod istæ potentiæ nihil dicuntessentiæ animæ additum. Tamen primum hic et ibi est hæc natura et illa natura ad se, et ista distinctio prima est, ad quam sequitur illa distinctio principiorum operandi sive ejusdem actus, sive operationum aliarum. Quia enim est hæc natura, ideo et principium talis operationis et non e contrario.

Diff. III. — *Circa ævum et æviterna.*
Diff. IV. — *De loco angelorum.*

Suivant saint Thomas : *Per applicationem virtutis, id est per operationem.* — Suivant Scot : *Ratio essendi in loco angelo est sua substantia.*

COLLATIO II.

Diff. II. — *Utrum angeli diversitatem habeant in specie et numero et quod sit et quale ejus principium.*
Diff. III. — *De cognitione angelica.*
Diff. IV. — *De cognitione angelica circa Deum.*

COLLATIO III.

Diff. I. — *Circa cognitionem matutinam et vespertinam angelorum.*

« Sanctus Thomas : *Sicut in die consueto mane est principium diei, vespere autem terminus. Ita cognitio ipsius primordialis esse rerum dicitur cognitio matutina, et hæc est secundum quod res sunt in Verbo. Cognitio autem ipsius esse rei creatæ secundum quod in propria natura consistit, dicitur cognitio vespertina.*

« Scotus. *Dies illi sex non erant in successione temporis, sed in cognitione angelica creaturarum ordinem naturalem habentium : ita quod prius naturaliter novit angelus creaturam in Verbo ; secundo in genere proprio, et non stando ibi rediit in Verbum.* »

Diff. II. (Sect. 2). — *Utrum una species certa et determinata possit plura et distincta objecta repræsentare.*

« Affirmativa pars probatur argumento D. Thomæ exposito a Cajetano. Quanto aliqua ratio cognoscendi est immaterialior, et actualior, tanto repræsentat universalius et purius; sed species quædam sunt nobiliores et immaterialiores aliis, ergo istæ repræsentabunt universalius, ac proinde continebunt in sua repræsentatione plura objecta. Apparet illud in specie intellectiva respectu speciei sensibilis; nam illa quia est superior et spiritualis, multo plura quam hæc quæ est inferior et materialis repræsentat.

« Respondetur negando perfectionem repræsentandi sequi universalitatem et actualitatem speciei ; cum sequatur expressionem et perspicuitatem, qua fit ut limpidius res cognoscatur. Hæc autem limpiditas major est in specie speciali, quam in universali, quæ non adæquatur objecto, nec illud particulari expressione repræsentat. Alioqui omnis species nobilior expressius effingeret objectum, quod est negandum, cum species corporeæ oculares repræsentant proprie ac intuitive objectum quod spirituales tanto nobiliores abstractive et obscure interdum repræsentant. »

Diff. III. (Sect. 1). — *Utrum in angelis sint intellectus agens et possibilis?*

« Sanctus Thomas : *Contra est quod in nobis intellectus agens et possibilis est per comparationem ad phantasmata.... Dicendum quod necessitas ponendi intellectum possibilem in nobis fuit propter hoc quod nos invenimur quandocunque intelligentes in potentia et non in actu. Unde oportet quamdam virtutem quæ est in potentia ad intelligibilia ante ipsum intelligere; sed reducitur in actum eorum, cum fit sciens, et ulterius cum fit considerans : et hæc virtus vocatur intellectus possibilis. Necessitas autem ponendi intellectum agentem fuit, quia naturæ rerum materialium quas nos intelligimus non subsistunt extra animam immateriales et intelligibiles in actu, sed solum sunt intelligibiles in potentia extra animam exsistentes. Et ideo oportuit esse aliquam virtutem quæ faceret illas naturas intelligibiles actu, et hæc virtus dicitur intellectus agens; utraque autem necessitas deest in angelis,* etc.....

« Scotus contra : *Angelus habet intellectum agentem et possibilem. — Probo antecedens : Potentia activa quæ non est imperfectionis, imo perfectionis in natura, in creatura aliqua non est neganda a creatura superiori, quæ est superior quantum ad hoc; sed angelus est superior homine in intellectualitate. Intellectus autem agens qui est potentia activa in homine non est imperfectionis in ipso, imo perfectionis; ergo.... habet intellectum possibilem, ergo et agentem.... In omni quod formam recipit necesse est dare potentiam receptivam ipsius formæ etiamsi recipiens non præcedat duratione receptionem formæ ipsius. Sed angelus recipit speciem aliam a se; ergo habet potentiam intellectualem receptivam illius, dato quod non præcesserit duratione receptionem ejus. Igitur,* etc..... »

Diff. IV. — *An et quomodo et quatenus angelis species rerum intelligibiles concreentur?*

« Divus Thomas sic excitat quæstionem : *Utrum angeli intelligant per species a rebus acceptas?* — Respondet. *Dicendum quod species per quas angeli intelligunt non sunt a rebus acceptæ, sed eis connaturales... Substantiæ superiores, id est angeli, sunt a corporibus totaliter absolutæ, immaterialiter et in esse intelligibili subsistentes, et ideo suam perfectionem intelligibilem consequuntur per intelligibilem effluxum, quo a Deo species rerum cognitarum acceperunt simul cum intellectuali natura.*

« Scotus contra : *Respondeo quod angelus possit proficere in cognitione rerum, et hoc accipiendo notitiam actualem aliquam a rebus. Et dico quod tribus modis potest acquirere a rebus notitiam. Prima notitia est singularis, ut singulare...; quarto, dico species universales posse accipere a rebus, si non*

essent sibi concreatæ...; ergo concedo quod angelus habet aliquam cognitionem quam non recipit a rebus; ut est cognitio universalium, et aliquam in qua cum anima convenit, ut istam quam accipit a rebus. »

Sectio V. — Exponitur modus quo angelus possit acquirere et accipere species a rebus.

« Quomodo species ab extra præsertim materiales advenire angelo possint, qui omnino spiritualis cum sit, eas recipere nullo modo potest?

« Superest videre utrum et quomodo ista species materialis possit spiritualisari et materialitatem deponere (209). Species phantasmatis quod materiale est item materialis in eo transitu qui fit de imaginatione ad intellectionem, ita attenuatur et subtilisatur ab intellectu agente spirituali, ut materialitate deposita evadat spiritualis. Modus igitur naturalis invenitur quo species materialis possit fieri immaterialis. »

Collatio IV.

Diff. I. — *De supernaturalibus angelorum. — De merito beatitudinis in angelis.*

Diff. II. — *Utrum angeli fuerint creati in puris naturalibus, an in gratia sanctificante?*

Suivant saint Thomas : *In gratia.* — Non constat de mente Scoti.

Diff. III. — *De via et termino angelorum.*

Diff. IV. — *Utrum angelus in primo instanti suæ creationis peccare potuerit?*

« Sanctus Thomas negat; Scotus affirmat. »

Collatio V.

Diff. I. — *Utrum primum peccatum angeli fuerit superbia et quare?*

« Sanctus Thomas : *Angelus peccavit appetendo esse ut Deus; sed hoc potest intelligi dupliciter : uno modo per æquiparantiam; alio modo per similitudinem. Primo quidem modo non potuit appetere esse ut Deus, quia scivit hoc esse impossibile naturali cognitione; nec primum actum peccandi in ipso præcessit vel ut habitus vel passio ligans cognoscitivam ipsius virtutem, ut in particulari deficiens eligeret impossibile, sicut nobis interdum accidit. Et ideo dato quod esset possibile, hoc esset contra naturale desiderium; est enim unicuique naturale desiderium ad conservandum suum esse, quod non conservaretur si transmutaretur in alteram naturam. Unde nulla res quæ est in inferiori gradu naturæ potest appetere superioris naturæ gradum, sicut asinus non appetit esse equus, quia si transferretur in gradum superioris naturæ jam ipsum non esset.... Unde impossibile est quod unus angelus inferior appetat esse æqualis superiori, nedum quod appetat esse æqualis Deo.... Appetit esse similis Deo quia appetiit ut finem ultimum beatitudinis, et ad quod virtute suæ naturæ poterat pervenire, avertens suum appetitum a beatitudine supernaturali, quæ est gratia Dei.... Vel si appetiit ut ultimum finem illam Dei similitudinem, quæ datur ex gratia, voluit hoc habere per virtutem suæ naturæ, non ex divino auxilio secundum Dei dispositionem.*

« Scotus contra : *Potest responderi quod angelus potuit appetere æqualitatem Dei. 1° Quia voluntas habet duplicem actum amandi, scilicet amorem amicitiæ et actum concupiscendi aliquid amati... Cum angelus potuerit se amare amore amicitiæ, potuit sibi concupiscere omne bonum concupiscibile, et ita cum æqualitas Dei sit bonum quoddam concupiscibile secundum se, potuit sibi illud bonum concupiscere. Præterea si æqualitas Dei esset possibilis angelo, posset angelus istam concupiscere sibi. Planum est; sed impossibilitas hujus non prohibet quin posset angelus hoc velle, quia voluntas est etiam impossibilium, secundum Philosophum et Damascenum. Hoc etiam probatur quia damnati odiunt Deum... Odiens autem vult oditum non esse secundum Philosophum; ergo volunt Deum non esse, sed hoc est impossibile in se; ergo impossibilitas istius appetibilis non prohibet quin possit appeti a voluntate peccante.... Ista volitio secunda quæ solum est complacentiæ potest esse impossibilis et hoc sufficit ad meritum et demeritum... et ista volitione potuit angelus appetere æqualitatem Dei... sed de prima volitione quæ efficax est dico quod angelus non potuit appetere.*

« Secundum sanctum Thomam, peccatum primum angeli non potest esse aliud quam superbia, sed consequenter in eis esse etiam invidia. Ejusdem enim rationis est quod affectus tendat in aliquod appetendum et quod renitatur opposito. Invidus autem ex hoc de bono alterius dolet in quantum bonum alterius æstimat sui boni impedimentum.

« Secundum Scotum autem, simpliciter actus primus inordinatus voluntatis fuit actus amicitiæ respectu sui ipsius, et hoc est quod dicit Augustinus *De civitate Dei :* quod duo amores fecerunt duas civitates; civitatem Dei amor Dei usque ad contemptum sui; civitatem diaboli amor sui usque ad contemptum Dei. »

Collatio V.

Diff. II. — *De causa obstinationis malorum angelorum.*

« .... Sanctus Thomas : *Differt apprehensio angeli ab apprehensione hominis, quod angelus apprehendit immobiliter per intellectum, sicut nos et immobiliter apprehendimus prima principia quorum est intellectus. Homo vero per rationem apprehendit mobiliter discurrendo de uno ad aliud habens viam procedendi ad utrumque oppositorum. Unde voluntas hominis adhæret alicui mobiliter quasi potens etiam ab eo discedere et contrario adhærere. Voluntas autem angeli adhæret fixe et immobiliter... Liberum arbitrium hominis flexibile est ad oppositum et ante electionem et post; liberum autem arbitrium angeli est flexibile ad utrumque oppositum ante electionem et non post..... Misericordia Dei liberat a peccato pœnitentes. Illi vero qui pœnitentiæ capaces non sunt immobiliter malo adhæ-*

(209) Ægidius Colonne a traité cette question sous le rapport de l'intellect humain.

rent, et per misericordiam divinam non liberantur..... Sicut homines post mortem in bono confirmantur vel in malo, ita et angeli post conversionem, vel aversionem...

« Scotus discutit de bonitate morali et malitia ei opposita et de principio et potentia volendi in malo angelo. Statuit ad conclusionem non deesse angelo malo potentiam volendi meritorie remotam; sed eam quæ sit proxima et expedita, cui desit aliquod comprincipium ab extrinseco requisitum ad operandum; quod est gratiæ auxilium a Deo denegatum de potentia ordinata quæ postulat ut in statu extra viam non detur locus merendi vel pœnitendi. »

Diff. II. — *Circa modum loquendi angelorum.*

« Sanctus Thomas. *Quando mens convertit se ad actu considerandum quod habet in habitu, loquitur aliquis sibi ipsi : Nam ipse conceptus mentis interius verbum vocatur. Ex hoc vero quod conceptus mentis angelicæ ordinatur ad manifestandum alteri per voluntatem ipsius angeli, conceptus mentis unius angeli notescit alteri, et sic loquitur unus angelus alteri. Nihil est enim aliud loqui ad alterum quam conceptum mentis alteri manifestare.*

« ... *Dicendum quod locutio exterior quæ fit per vocem est nobis necessaria propter obstaculum corporis. Unde non convenit angelo, sed sola locutio interior ad quam pertinet, non solum quod loquatur sibi interius concipiendo, sed etiam quod ordinet per voluntatem alterius manifestationem. Et sic lingua angelorum metaphorice dicitur ipsa virtus angeli qua conceptum suum manifestat.*

« ... *Est aliquid in homine quod alius homo de ipso naturaliter perspicere potest, ut ea quæ exterioribus sensibus subjacent ; aliquid vero quod videri non potest, sicut interiores conceptus mentis, species vero conceptæ interius secundum quod manent in simplici conceptione intellectus habent rationem intelligibilis tantum; secundum autem quod ordinantur ab intelligente ut manifestatæ alteri habent rationem verbi quod dicitur verbum cordis; secundum autem quod aptantur et quodammodo ordinantur signis exterius apparentibus, siquidem sunt signa ad visum, dicuntur nutus; si vero ad auditum, dicitur proprie locutio vocalis. Similiter in angelis interior conceptus mentis libero arbitrio subjacens, ab alio videri non potest : quando ergo speciem conceptam ordinat ut manifestandam alteri, dicitur verbum cordis; quando coordinat eam alicui eorum quæ unus angelus in alio videre potest, illud naturaliter cognoscibile fit signum expressum interioris conceptus, et talis expressio vocatur locutio, non quidem vocalis, sed intellectualibus signis expressa, et virtus exprimendi dicitur lingua eorum.* »

« Scotus : *Respondeo quod angelus loquitur angelo, causando in eo conceptum immediate illius objecti de quo loquitur. Ad quod pono duas rationes. Prima est talis : omnis loquens intellectualiter causaret immediate in eo cui loquitur de eo de quo loquitur conceptum, si posset. Angelus autem hoc potest respectu alterius, ergo,* etc. *Probatio minoris : illud quod sufficienter est in actu primo respectu alicujus effectus potest illum causare in receptivo proportionato approximato. Angelus autem habens notitiam habitualem alicujus objecti, quod sit A, est sufficienter in actu primo ad causandum intellectionem actualem illius A. Ergo potest illum effectum causare in quocunque intellectu receptivo illius effectus..... Angelus in se habet actum primum cognoscendi A, et speciem, et quæcunque ponuntur necessaria ad cognitionem, et per consequens per istud quod habet potest facere intellectum suum in actu secundo, causando in se intellectionem A, sicut effectum; sequitur igitur quod in intellectu passivo qui est ejusdem rationis cum intellectu suo potest hoc causare...*

« ...*Possibile est angelum communicare conceptum alteri cujus notitiam habet habitualiter, cum prius habuit speciem, quia in nobis videmus quod actus potest causari novus sine specie nova, igitur et in angelis.* »

Le P. Franciscain se demande :

« Quomodo se habeat audiens, in recipiendo illo conceptu in se producto? Respondeo. Cum primum producitur, habere se passive quemadmodum se habet ad speciem impressam in sententia eorum qui eam ponunt ad locutionem.... Unde per illam receptionem tanquam excitatur angelus audiendo, sicuti per speciem receptam. Deinde per propriam suam intellectionem concurrente conceptu loco speciei format vitaliter conceptum rei representatæ in alieno conceptu, et per eum intelligit et videt objectum repræsentatum, et producendo alium conceptum remittit illum eo modo quo acceperat priorem angeli loquentis, ac correspondet. »

II. — Controversiæ theologicæ inter sanctum Thomam et Scotum

Auctore Rada.

Controversia XIV.

An spiritus sanctus procedat libere?

« Opinio sancti Thomæ. — *Omnis operatio libera voluntatis procedens a voluntate ut potentia libera præsupponit aliquam operationem ipsius voluntatis naturalem et necessariam, saltem quoad specificationem. Itaque in voluntate consideramus et rationem naturæ et rationem voluntatis. Illa necessario est prior ista, quia primum in unaquaque re est ratio naturæ, et natura quædam est, quam ut libera esse.*

« Conclusio. — *Nullo modo concedendum est quod Spiritus sanctus procedit libere, sed naturaliter et necessario ; non procedit a voluntate ut libera; procedit ab ea ut natura, et sic naturaliter.* »

« Opinio Scoti. — *Omne principium activum vel agit per modum libertatis seu libere, vel per modum naturæ seu naturaliter. Omnis agens agit determinate per se et sic naturaliter, vel ex se non determinate et sic libere. Adeo isti duo modi dividentes activum principium sunt oppositi, ut nullatenus eidem principio inesse nequeant etiam re-*

spectu diversorum, sicut nec duæ differentiæ dividentes genus possunt eidem speciei inesse, nec duo modi intrinseci enti, ut finitum et infinitum, agere vero necessario et agere contingenter, non sic opponuntur, quod eidem respectu diversorum convenire nequeant. Agere necessario, ut opponitur modo agendi contingenter, est sic agere, quod non possit non subsequi actio, undecunque proveniat hujusmodi necessitas. Agere vero contingenter per oppositum est sic agere, quod actio possit non subsequi, vel quia impediri potest, vel ex libertate agentis. Itaque hi duo modi respiciunt præcipue necessitatem vel contingentiam actionis, undecunque proveniat; et ideo necessitas agendi et contingentia et cum modo agendi libere, et etiam naturaliter se compatiuntur. Agens enim naturale potest agere contingenter, et agens liberum necessario; sed agens naturale non potest agere libere, nec agens libere, naturaliter, etiam respectu diversorum.

« *Libertas est multiplex. Alia est libertas contradictionis quæ est ad contradictorios actus, ut ad velle et non velle. Homo potest velle comedere et deambulare, et non velle. Unde non velle proprie non est actus, sed cujuscunque actus negatio et suspensio. Alia est libertas contrarietatis, quæ versatur inter duos actus contrarios et positivos respectu alicujus objecti... Alia est libertas complacentiæ qua voluntas sibi complacet in aliquo, etsi respectu ejus nullius causæ rationem habeat. Ultima est libertas essentialis voluntatis, quæ ad omnes prædictas præsupponitur, et omnes illas includit, sed præcise sumpta ab eis distinguitur. Hæc libertas est non quidem posse agere et non agere, sed complacenter cognitione finis, quasi se determinare ad agendum, sive contingenter, sive necessario.* »

« Advertunt aliqui Scotistæ quod agens liberum quandoque se determinat ad actum necessario, summa necessitate proveniente ex ejus libertate et rectitudine, sic quod hujusmodi necessitatem in agendo ob firmitatem suæ libertatis et summam rectitudinem sibi imponit..... Voluntas divina vult necessario bonitatem divinam.... Sic non vult necessario alia objecta bonitate divina... Ex hac doctrina sequitur quod hæc necessitas in eliciendo actum et perseverando in eo, quasi nascitur ex libertate et rectitudine voluntatis, ac proinde quanto voluntas liberior rectior est, tanto magis necessario elicit actum, saltem infinitum... Illa voluntas est liberior quæ a rectitudine deficere nequit..... Diligere deum actu semper decet et expedit. Ergo illa voluntas quæ sic diligit Deum actu et semper, quod nullatenus potest non diligere Deum, est omnino libera..... Summa libertas in voluntate divina est non posse non diligere summum bonum.

« Voluntas divina non potest non esse recta quia est ipsa rectitudo per essentiam.

« Alia est necessitas coactionis et violentiæ... alia est necessitas immutabilitatis quæ excludit posse oppositum succedere ei quod inest... Postquam Deus semel determinate aliquid voluit esse pro instanti *A*, non potest oppositum velle, quia posset mutari. Tertia est necessitas omnimodæ inevitabilitatis, quæ non solum excludit oppositum succedere ei quod inest, sed omnino excludit ipsum posse inesse. Hac necessitate Deus diligit suam essentiam, quoniam nihil est volitum, nisi prius sit cognitum; idcirco licet agere per modum naturæ non præsupponat per se aliam actionem ejusdem agentis, a cujus effectu proxime et immediate procedat illa secunda actio, agere tamen per modum voluntatis præsupponit aliam actionem, scilicet intellectus, cujus conceptio est ipsi voluntati forma et ratio agendi; ac proinde quæcunque processio per voluntatem præsupponit aliam processionem per intellectum; et ex consequenti id quod procedit tali processione, quæ aliam præsupponit, procedit quidem per modum voluntatis.

« Non est idem produci naturaliter et produci per modum naturæ. Id enim producitur naturaliter quod dicit necessariam habitudinem ad suum principium; produci vero per modum naturæ est produci eo modo quo aliquid producitur a naturali agente. Productio Verbi est per modum naturæ; productio Spiritus sancti, licet sit naturalis, non est per modum naturæ, sed per modum voluntatis et inclinationis. »

« *Conclusiones.* — Deus diligit suam essentiam necessario necessitate simpliciter.

« Spiritus sanctus producitur necessario necessitate simpliciter.

« Non minus necessario producunt Pater et Filius Spiritum sanctum quod amant et diligunt suam divinam essentiam.

« Voluntas quatenus potentia est, nequit considerari ut natura, prout natura est principium activum distinctum contra liberum.

« Spiritus sanctus procedit libere, libertate essentiali. Quod Spiritus sanctus procedat a voluntate et principio quo, non per modum naturæ, sed voluntatis et libertatis est expressa et clarissima sententia beati Thomæ. Ex his infertur quod cum sancti Thomæ discipuli affirmant Spiritus sancti processionem esse per modum naturæ eidem sancte Thomæ expresse contrariantur. »

Art. I. — An productio Spiritus sancti sit generatio?

« Resp. Negativa. »

Art. II. — An generatio et spiratio distinguantur seipsis an alio quovis modo?

Art. III. — Utrum emanationes divinæ solo numero differant an etiam specie?

« In hac dubitatione quidam ex Thomistis asserunt hujusmodi processiones non differre formaliter aut specifice; sed solo numero. — Alii vero oppositum asserunt. Primo, inquiunt, notandum est quod in divinis non proprie dicitur esse genus, aut species, vel universale et particulare; secundum tamen quamdam similitudinem creaturarum dicitur quod Pater, Filius et Spiritus sanctus distinguuntur, sicut plura individua unius speciei, ut docet Damascenus. »

(*Conclusiones.* — Subsequuntur opiniones et conclusiones Scoti.)

CONTROVERSIA XV.

Art. I. — An Spiritus sanctus procedat a Filio?

« Sol. affirm. »

Art. II. — Utrum si Spiritus sanctus non procederet a Filio distingueretur reipsa ab eo?

« In hac quæstione est duplex opinio omnino opposita. Prima est divi Thomæ, asserentis partem negativam, quia secundum ipsum tota ratio distinctionis Filii a Spiritu sancto est spiratio activa, secundum quam Spiritui sancto opponitur, et Spiritus sanctus solum distinguitur a Filio per spirationem passivam. Etsi Spiritus sanctus non opponereretur relative Filio ut spiratori, non distingueretur ab eo.

« Opposita sententia est Scoti, in 1, dist. 11, quæst. 2 : Quod distingueretur Spiritus sanctus a Filio realiter, etsi ab eo non procederet, quia secundum eum filiatio esset sufficiens ratio et causa hujusmodi distinctionis Filii a Spiritu sancto. »

CONTROVERSIA XVI

Art. I. — An Pater et Filius spirent Spiritum sanctum in quantum omnino unum.

Opinio Henrici quæ videtur etiam opinio divi Thomæ

« Conclusio prima. — *Spiritus sanctus producitur per actum amandi, sicut Verbum per actum intelligendi, quia utriusque eadem est ratio penes hoc.*

« Secunda conclusio. — *Voluntas prout fertur in essentiam ipsam diligendo, non est proximum et sufficiens principium spirandi Spiritum sanctum, sed ad hoc requiritur amor mutuus et reciprocus Patris et Filii*

« Tertia conclusio. — *In principio quo Spiritus sancti per se requiritur distinctio, patet quia amor mutuus requiritur, qui necessario involvit distinctionem.*

« Quarta conclusio. — *Propter istam aistinctionem licet non propter pluralitatem suppositorum concedi potest quod Pater et Filius spirant, in quantum aliquo modo distincti, ac plures* — Hæc quarta conclusio est Henrici; sed non habetur exoresse apud sanctum Thomam.

« Opinio Doctoris subtilis.—1° *Spiritus sanctus non producitur per actum amandi, tanquam per actionem.* 2° *Actus amandi, quo Pater et Filii diligunt divinam essentiam, non habet rationem principii quo in productione Spiritus sancti.* 3° *Amor mutuus et reciprocus Patris et Filii ad productionem Spiritus sancti nec convenit ut actio productiva ejus, nec ut principium quo, nec ad perfectionem virtutis spirativæ pertinet.* 4° *Voluntas ut actu volens non est principium productivum Spiritus sancti; at immediate a voluntate fecunda Patris et Filii, ut principio quo, ad quam non attinet volitio ac dilectio essentiæ divinæ, sed sola voluntas, et divina essentia in ratione objecti infinite diligibilis, et ita non est a voluntate, ut volente, et diligente, sed ut spirante. Sicut autem dicere non includit ipsum intelligere, sed est ab eo formaliter distinctum, ita spirare non includit ipsum velle et diligere.* 5° *Voluntas infinita cum essentia divina in ratione objecti infinite diligibilis est principium formale et sufficiens producendi Spiritum sanctum. Pater non spirat Spiritum sanctum in quantum diligit Filium, nec Filius in quantum diligit Patrem; sed Pater et Filius spirant in quantum habent essentiam divinam præsentem, ut objectum voluntatis suæ primarium.* 6° *Voluntas divina fecunda sub ratione unitatis suæ, et non sub ratione voluntatis concordis est proximum principium quo Spiritus sancti. Unde sequitur quod in principio quo spirativo, nulla distinctio nec pluralitas includitur, nec requiritur,... et ita Pater et Filius spirant Spiritum sanctum voluntate, in quantum omnino una ratione, cujus sunt unicum principium Spiritus sancti, sicut tres personæ sunt unicum principium creaturæ ratione unici principii creandi.* »

Art. II. — Utrum Pater et Filius possint dici duo spiratores, vel debeant dici unus tantum spirator?

Art. III. — An Pater et Filius omnino uniformiter pirent Spiritum sanctum?

CONTROVERSIA XVII.

Utrum Pater et Filius diligant se Spiritu sancto?

« Opinio sancti Thomæ. — *Si diligere accipiatur essentialiter, propositio falsa est; quia hoc pacto Pater et Filius non se diligunt Spiritu sancto, sed sua essentia. Si diligere accipiatur notionaliter, prout idem est quod spirare amorem et producere Spiritum sanctum, hæc propositio est vera.* »

« Hanc opinionem beati Thomæ acerrime impugnat Scotus. »

Scot adopte dans les termes la proposition : *Pater et Filius se diligunt Spiritu sancto;* mais il la combat dans le sens de saint Thomas. Il reproche à saint Thomas de prendre l'effet pour la cause. Il ne faut pas entendre *diligere*, ni *essentialiter*, ni *naturaliter*, mais *misto modo*, etc.

CONTROVERSIA XVIII

Utrum charitas augeatur per additionem gradus ad gradum?

Art. I. — An charitas augeatur?

« *Conclusio unica.* — Charitas potest augeri et esse major et minor et subjectum secundum ipsam potest dici magis vel minus tale. »

Art. II. — An in augmento charitatis et cujuslibet qualitatis intensibilis gradus formæ præexistens corrumpatur novo gradu ejusdem formæ advenienti?

« In hac controversia est communis sententia tenens, in intentione formæ non corrumpi gradum formæ præexsistentem, sed ipsum augeri. »

« Conclusio Scoti. — 1° *In intentione non corrumpitur qualitas remissa præexsistens.* — 2° *In remissione qualitatis nulla qualitas ejusdem speciei cum ea quæ remittitur, generatur.* »

« *Explicatio.* Si remittitur frigiditas per actionem ignis, nihil frigiditatis tunc gignitur,

sed potius illa frigiditas præexsistens paulatim destruitur et expellitur a suo subjecto. »

Art. III. — An charitas augeatur per additionem gradus ad gradum?

« Sanctus Thomas negat. »

« Scoti conclusiones. — 1° *Nulla qualitas augeri potest secundum essentiam, quia essentiæ rerum consistunt in indivisibili; ergo non possunt intendi nec remitti, et per consequens nec augeri.*

« 2° *Et majori radicatione, forma in subjecto, etiam si, per hujusmodi radicationem intendatur, non sequitur quod augeatur forma secundum essentiam.*

« 3° *Realitas positiva quæ præexsistit in qualitate minori et remissa, non est tota realitas positiva quæ est in qualitate majori et intensa, unde si qualitas major separaretur a subjecto, haberet in se totam realitatem minoris, et aliam additam, omni habitudine ad subjectum remota.* »

« Illæ conclusioni contradicebant moderni Thomistæ, dicentes modum intentionis ad eamdem omnino realitatem, sed alio modo se habentem, terminari. »

« 4° *Charitas augetur per additionem gradus ad gradum.* »

CONTROVERSIA XIX.

Art. I. — An charitas in statu viæ habeat terminum sui augmenti.

Art. II. — An sit dabilis tanta gratia in statu finito qua major dari nequeat.

« Opinio sancti Thomæ. — *Charitas potest augeri in infinitum, quia secundum se non habet intrinsecum terminum sui augmenti.*

« Opinio Doctoris subtilis. — *Gratiam et charitatem habere terminum intrinsecum sui augmenti, taliter quod est creabilis gratia summa finita quæ non possit crescere, qualem Christum Dominum habuisse affirmat.* »

Art. III. — An charitas viæ possit pervenire ad quantitatem charitatis patriæ?

CONTROVERSIA XX.

Utrum persona divina inexsistat in alia?

Art. I. — Quis sit modus inexsistendi unam personam in alia et quæ sit ratio hujus inexistentiæ?

« Conclusiones sancti Thomæ. — 1° *Pater est in Filio secundum suam essentiam.* 2° *Pater est in Filio et e converso secundum relationem.* 3° *Secundum originem Filius est in Patre. Processio Verbi intelligibilis non est operatio ad extra, sed manet in dicente. Ergo Verbum est in Patre dicente; et cum id quod Verbo dicitur, in Verbo contineatur, sequitur quod Pater sit in Verbo, quia per Verbum dicitur et explicatur.* 4° *Idem est dicendum de Spiritu sancto.* »

« Conclusiones Scoti. — 1° *Personæ divinæ sunt in se invicem.* 2° *Sola essentia divina non est ratio inexsistentiæ unius personæ in alia.* 3° *Sola relatio non est ratio hujus inexsistentiæ personæ in personam.* 4° *Precisa et adæquata causa inexsistentiæ unius personæ in alia est identitas essentiæ cum relatione.* »

Art. II. — An modus quo una persona divina inexsistit in alia, reducatur ad aliquem ex his qui in creaturis reperiuntur?

CONTROVERSIA XXI.

Utrum sit univocum Deo et creaturis, substantiæ et accidenti?

« Prima opinio est beati Thomæ, part. I, quæst. 13, art. 5, asserentis ens analogice tantum dici de Deo et creaturis, substantia et accidenti. Idem tenet libro *De ente et essentia*, cap. 1, et cum eo Cajetanus eisdem locis et Soto in *Prædicamentis*, c. 4, quæst. 1.

« Opposita sententia est Doctoris subtilis in prim., dist. 3, quæst. 1, et dist. 8, quæst. 3, asserentis ens esse univocum substantiæ et accidenti, Deo et creaturæ.

« Opinionem beati Thomæ explicat Cajetanus libro *De ente et essentia*, duabus conclusionibus, duplici præfacto notabili : 1° Prænotat differentiam inter univocum et æquivocum, purum et analogum : *Univoca sunt quorum nomen est commune, et ratio secundum illud nomen est eadem simpliciter. Pura æquivoca sunt quorum nomen est commune, et ratio secundum illud nomen est diversa, simpliciter. Analogata sunt quorum nomen est commune et ratio secundum illud nomen est aliquo modo eadem, et aliquo modo diversa... Analogum est medium, inter purum æquivocum et univocum; sicut inter idem simpliciter et diversum simpliciter cadit, ut medium idem secundum quid et diversum secundum quid; et sicut mediam sapit naturam utriusque extremi.*

« 2° *Duplicia sunt analogata, quædam secundum determinatam habitudinem unius ad alterum; quædam secundum proportionalitatem.* Ex. : *Substantia et accidens sunt analogata primo modo sub ente; Deus et creatura secundo modo. Differunt autem hæc plurimum quoniam analogata primo modo ita se habent quod posterius secundum nomen analogum definitur per suam prius, accidens, in quantum ens, per substantiam; analogata vero secundo modo, non. Creatura enim in quantum ens, non definitur per Deum.* »

« *Explicatio opinionis Doctoris subtilis.*— Conceptus sumitur bifariam : 1° pro conceptu formali; 2° pro conceptu objectivo. Conceptus objectivus natura præcedit conceptum formalem; et ratio est, quia actus intelligendi supponit objectum.

« 2° Conceptus objectivus est triplex, univocus, æquivocus et analogus.

« 3° Conceptus objectivus dicitur univocus tribus modis, physice, metaphysice et logice; physice, qui dicit unitatem nominis, cui correspondet unitas rei, quæ non est divisibilis in plures alterius et alterius rationis, cujus modi est natura specifica et ipsa sola, ut natura hominis, quæ licet in plura distincta numero dividi possit, non tamen in plura specie distincta. In re sic univoca, non latent æquivocationes. Conceptus univocus metaphysice est aliqua una realitas alicujus primæ intentionis abstrahibilis a pluribus, quæ ipsam participant, seclusa quacunque intentione logica. Conceptus univocus logice

est realitas primæ intentionis concepta sub aliqua intentione generis, vel speciei, aut alterius prædicabilis.

« 4° Quadruplex est gradus univocationis. Primus habet unitatem rationis communis modi essendi, ordinis essentialis et gradus perfectionis; in hoc gradu univocationis, sola species atoma est univoca. Secundus gradus habet quidem unitatem rationis modi essendi et ordinis essentialis; cæterum gradus perfectionis deficit, quia res, quæ est sic univoca, est essentialiter perfectior in uno quam in alio; sicut *animal* perfectius est essentialiter in homine quam in equo. Tertius gradus habet unitatem rationis communis multis et etiam unitatem modi essendi, cæterum non habet unitatem ordinis essentialis; sicut ens quod per prius descendit essentialiter in substantiam quam in accidens, et numerus prius in binarium quam in ternarium. Quartus gradus est qui solum habet unitatem rationis communis multis. Sic se habet ens respectu Dei et creaturæ. Nam, licet dicat unitatem rationis communis Deo et creaturæ, cæterum non habet eumdem essendi modum in Deo et creatura, quia in Deo est independens, in creatura vero dependens; nec unitatem ordinis essentialis, quia ratio entis prius est essentialiter in Deo quam in creatura; neque habet unitatem gradus perfectionis, quia.....

« Ex his quatuor univocationis gradibus, primus est simpliciter univocus, et per accessum vel recessum ab eo dicuntur aliqua magis vel minus univoca..... — Cæterum univocatio erit dummodo unitas rationis adsit, omnibus aliis unitatibus seclusis, ac circumscriptis.

« 5° Inter univocum et æquivocum non datur medium. Nam inter unum et multa nullum medium inveniri potest in rebus; ergo in vocibus inter significare unum et multa, non datur medium, sed univocum et æquivocum opponuntur..... Unde analoga, quæ a multis, quasi media inter univoca et æquivoca, constituuntur, necesse est vel univoca vel æquivoca esse. Si ratio hujus analogi est una communis suis inferioribus, licet non secundum essendi modum, neque secundum ordinem essentialem, erit quidem illud analogum æquivocum. Si vero sit ita una, quod illa cum una sit, solum secundum aliquam similitudinem alteri convenit, et non secundum rem erit æquivocum, sicut ridere respectu prati et hominis analogum dicitur.

« 6° Unitas attributionis, quæ est secundum quam aliquid per prius dicitur de uno quam de alio, non ponit univocationem. Id est, per hoc quod aliqua habeant unitatem attributionis, non habent unitatem univocationis... Est tamen unitas attributionis compossibilis cum unitate univocationis; minor namque unitas stare potest cum majori. »

« *Conclusio prima.* — Ens non est æquivocum respectu Dei et creaturæ, substantiæ et accidenti. Si esset æquivocum, nulla scientia de ente in quantum ens disputaret, quia æquivoca definiri nequeunt, nec de ipsis aliquæ propriæ passiones demonstrari possunt. »

« *Conclusio secunda.* — Ens est univocum Deo et creaturis, substantiæ et accidenti. Probatur: omnis intellectus certus de uno concepto et dubius de diversis habet conceptum de quo est certus, alium a conceptibus de quibus est dubius. Sed intellectus viatoris potest esse certus de aliquo, quod sit ens, dubitando an sit Deus, vel creatura, substantia, vel accidens; ergo conceptus entis de aliquo est alius a conceptu Dei et creaturæ, substantiæ et accidentis, ita quod neuter istorum est ex se, sed in introque includitur. Ergo est univocus prædicto modo. »

« Inter veteres philosophos erat dissensio, quod ex entibus esset primum principium. Alii dicebant esse ignem, alii aquam; quilibet quidem istorum erat certus quod primum principium erat ens, et de hoc nulla erat, nec esse poterat inter eos controversia, sed dubitabant an tale principium esset aqua vel ignis, ens creatum vel increatum, substantia vel accidens. Ergo aliquis potest esse certus de aliquo quod sit ens, et dubius an tale ens sit creatum vel increatum, substantia aut accidens. Aliquis videns philosophos discordare circum primum principium, potest esse certus quod quilibet eorum posuit primum principium esse ens, et tamen propter diversitatem opinionum potuit simul dubitare utrum sit hoc ens, vel illud;... et si, tali dubitanti demonstraretur quod non erat ignis, nec aqua, etc., destructo conceptu de quo erat dubius, conceptus de quo erat incertus in eo salvaretur, scilicet quod erat ens.

« 2° Inter univocum et æquivocum non datur medium.

« 3° Suppono quod inquisitio metaphysica de Deo procedat sic: Consideramus rationem formalem alicujus, a qua omnem semovemus imperfectionem, quam habet in creaturis, quam concipientes puram ab omni imperfectione et limitatione semotam reservamus, eamque Deo attribuimus in perfectissimo gradu, ut puta, infinito, quia solum ea quibus infinitas non repugnat Deo ex creaturis attribuimus. Declaratur res exemplo de ratione formali sapientiæ. Consideratur 1° sapientia in se et secundum se, et quia ratio ejus formalis nullam formaliter includit imperfectionem nec limitationem, omnibus ab ea semotis imperfectionibus, eam Deo in perfectissimo gradu attribuimus.

« Ergo omnis talis inquisitio de Deo supponit intellectum habere conceptum eumdem univocum quem accipit a creaturis quemque Deo ipsi attribuit. »

« *Conclusio tertia.* — Ens non est univocum Deo et creaturis, substantiæ et accidenti, univocatione physica; quia univocatio physica in sola specie atoma reperitur. »

« *Conclusio quarta.* — Ens non est univocum in 1°, nec in 2°, nec in 3° univocationis gradu. »

« *Conclusio quinta.* — Ens est univocum in quarto gradu. »

« *Conclusio sexta.* — Ens est etiam analogum Deo et creaturis, substantiæ et accidenti, nec hæc analogia univocationem entis in secunda conclusione ostensam tollit et impedit. »

Art. II. — Utrum ens prædicetur univoce et quidditative de omnibus entibus ?

« Prima est opinio Thomistarum (quam tenet Cajetanus, et Soncinas) asserentium ens quidditative includi in omnibus entibus etiam in differentiis ultimis et passionibus entis.

« Opposita sententia est Scoti in *Sentent.* dist. 3, quæst. 3, art. 1, ubi asserit ens dici in quid de omnibus generibus et speciebus, atque individuis et de omnibus aliis exceptis differentiis ultimis et passionibus et modis intrinsecis entis. »

CONTROVERSIA XXII.

De definitione personæ.

Art. I. — Utrum nomen, persona, significet relationem ?

« Boetius (*Lib. de duabus naturis*) sic personam describit : *Rationalis naturæ individua substantia.*

« Divus Thomas et Cajetanus (part. I, quæst. 29, art. 1) nituntur defendere definitionem traditam a Boetio; sed Scotus defendit prædictam definitionem exponendam vel corrigendam esse per definitionem traditam a Richardo quæ est : *intellectualis naturæ incommunicabilis exsistentia.*

« *Nota* 1. — Communicabile est duplex, aliud quod, aliud a quo : 1° Sicut animal communicatur homini et equo, de quo prædicatur in recto, quia homo est animal et equus est animal. Hoc modo communicantur universalia suis inferioribus. 2° Sicut albedo communicatur parieti, quia albedine, ut forma, paries est albus, et forma communicatur materiæ quia per eam exsistit. »

« *Nota* 2. — Incommunicabile duplex, ut quod et ut quo. Ut quod; cujus modi est Petrus, Paulus et omnia individua et singularia. Ut quo; quod nullius potest esse forma et pars. »

« Ex his : Deitas non est persona, quia habet duplicem communicabilitatem oppositam huic duplici incommunicabilitati. Communicatur tribus personis, quarum quælibet est Deitas et Deus, et præterea est forma qua Deus est Deus, et qua quælibet persona est Deus. Hic Deus per se existens non est persona, quia non est incommutabilis ut quod; anima separata licet per se exsistat non est persona, quia etsi habeat primam incommunicabilitatem, non tamen habet secundam, cum nata sit esse forma, qua aliquid est tale; utraque autem incommunicabilitas est necessaria ad rationem personæ. »

« *Nota* 3. — Suppositum et materia habent se sicut superius et inferius. Omnis persona est suppositum, non tamen e contra : quia ratio personæ solum invenitur in natura intellectuali ; hoc enim addit personam supra suppositum. Quia vero ratio personæ non solum invenitur proprie in natura humana, sed etiam angelica et divina, in definitione personæ non ponitur rationalis naturæ, sed intellectualis, quia ly, rationalis, proprie solum convenit homini. »

Art. II. — An persona importet primam vel secundam intentionem ?

« Prima intentio dicitur id quod convenit rei, seclusa omni intellectus operatione, ut esse hominem, esse album. Secunda est id quod competit rei per actum intellectus negotiantis et comparantis unum ad aliud, ut esse subjectum, esse prædicatum, esse genus vel speciem.

« Henricus et Ægidius affirmant hoc nomen, persona, de formali importare secundam intentionem, licet de materiali importet intentionem primam.

« Conclusio Scoti est : Hoc nomen, persona non significat secundam intentionem. »

Art. III. — An persona primo significat relationem vel entitatem absolutam ?

« Supposito quod persona dicat de formali primo entitatem positivam, est dubium an illa sit substantia, vel entitas absoluta, an relatio ? »

La principale conclusion de Scot était :

« *Nomen, persona, ex vi suæ significationis significat formaliter et primario subsistentiam, vel subsistens in natura intellectuali, indifferens ad absolutum et relativum. In proposito persona formaliter importat subsistens in natura intellectuali, quod est commune ad subsistens absolutum et relativum.*

« Omnes præfatæ conclusiones non solum sunt veræ de hoc nomine simplici, persona, sed etiam de hoc nomine composito, persona divina. »

Le controversiste défend l'opinion de Scot contre les Thomistes qu'il accuse de mal interpréter saint Thomas lui-même.

CONTROVERSIA XXIII.

An personæ divinæ constituantur per relationem in esse personali ?

CONTROVERSIA XXIV.

Utrum persona prout subsistens constituatur per relationem, prout relatio rationis distinguitur ab essentia, an vero prout identificatur cum ipsa essentia ?

CONTROVERSIA XXV.

Utrum in divinis sint tantum quinque notiones, scilicet innascibilitas, paternitas, filiatio, communis spiratio et processio ?

CONTROVERSIA XXVI.

Utrum identitas, similitudo et æqualitas sint relationes reales in divinis ?

Art. I. — Quod sit fundamentum æqualitatis, similitudinis et identitatis in communi ?

« Stricte et proprie, identitas appropriatur substantiæ, æqualitas quantitati, similitudo qualitati. Loquendo vero de prædictis relationibus communiter et large, in omni generi et etiam extra genus reperiuntur. Hæc tria, substantia sive essentia, qualitas et quantitas possunt accipi 1° proprie et stricte, et sic constituunt tria prædicamenta; 2° communiter et improprie et sic in omni ente

reperiuntur. De substantia patet, quia improprie et communiter sumitur pro essentia, quæ in omni ente reperitur. Quodlibet enim ens necessario habet suum quod, id est, suam essentiam. Qualitas etiam omne ens circuit. Sicut per qualitatem quales dicimur, licet accidentaliter, ita per differentiam essentialem quales sumus et nuncupamur, essentialiter tamen. Similiter quantitas improprie et per similitudinem ad quantitatem molis, quæ dicitur quantitas virtutis et perfectionis, in omni genere et etiam extra genus invenitur; quodlibet enim ens quantum habet propriam magnitudinem suæ perfectionis. Ex his infertur quod omne ens potest tribus modis considerari : 1° per modum habentis quidditatem et essentiam; 2° per modum entis habentis propriam perfectionem et virtutis quantitatem; 3° per modum qualitatis, sive qualis. Sicut igitur substantia, qualitas et quantitas in omni genere et ente reperiuntur, quæ sunt fundamenta æqualitatis, similitudinis et identitatis, et hujus modi relationes in quolibet ente in ordine ad aliud reperiri possunt.

« Ex his infertur quod hujus modi relationes communes, quarum fundamentum est ens in communi, sunt transcendentes sicut et ipsum ens, super quod fundantur. Infertur etiam relationem fundari posse in substantia contra nonnullos male philosophantes. »

Art. II. — Quid possit assignari fundamentum æqualitatis in divinis, et si sunt plura, quæ et quot sint?

Art. III. — Utrum identitas, similitudo, et æqualitas sunt relationes reales in divinis?

CONTROVERSIA XXVII.

An relationes divinæ sint formaliter infinitæ?

CONTROVERSIA XXVIII.

An Deus sit in omnibus rebus?

Art. I. — An Deus sit in omnibus rebus, per essentiam, præsentiam et potentiam?

« Duo sunt modi quibus Deus exsistit in rebus : Unus generalis quem omnes res creatæ sibi vindicant; specialis vero alter qui in sola creatura rationali cernitur. Primus modus consistit in præsentia Dei in rebus per essentiam, præsentiam et potentiam. Sed circa horum terminorum intelligentiam controversia est inter theologos. Divus Thomas, part. IX, quæst. 2, art. 3, sic eos explicat : *Esse rebus per essentiam est esse in omnibus immediate, dans eis esse quia omnia sunt a Deo, et in omnimodis est causa essendi. Esse in omnibus per præsentiam est omnia esse in prospectu nuda et aperta, nihilque ipsum latere. Esse per potentiam est omnia ejus potestati subjici.* Hæc explicat divus Thomas exemplo regis : *Enim rex alicubi est per potentiam, alicubi per præsentiam, alicubi per essentiam. Est per potentiam in regno toto, quia in toto regno imperium exercet. Est per præsentiam in cubiculo in quo manet. Omnia quæ fiunt, quæque sunt in cubiculo regis, sunt oculis ejus subjecta; non sic autem est in toto regno. Est autem per essentiam in sede sua, quia tota ejus substantia sua sede continetur.* Aureolus apud Capreolum horum modorum expositionem a divo Thoma reprehendit...

« Durandus etiam improbat divi Thomæ expositionem. Putat hujusmodi modos esse interpretandos : Esse in rebus per præsentiam sic accipit : Deum esse in omnibus rebus mediante sua actione, per quam Deus res ipsas producit et conservat. Deus non efficitur rebus præsens nisi quia res efficiuntur ei præsentes; efficiuntur ei præsentes præsentia reali per suam exsistentiam; nam quod non est præsens realiter non est. Res autem non exsistunt nisi per actionem Dei creantis et conservantis; igitur esse Deum in rebus per præsentiam, est Deum esse in rebus interventu actionis. Sed quia non egreditur actio, nisi mediante potentia, sequitur ut Deus sit in rebus etiam per potentiam. Esse vero Deum in rebus per essentiam est Deum rebus coexsistere, in qua coexsistentia includitur realis exhibitio, et præsentialitas substantiæ Dei ad res ipsas. Est ergo Deus per præsentiam et potentiam in omnibus rebus cooperando, per essentiam coexsistendo, et realem suæ substantiæ præsentiam exhibendo.

« Cajetanus in expositione litteræ divi Thomæ ait : *Quod Deum esse in omnibus per essentiam est esse in ipsis immediate immediatione suppositi, tanquam dantem eis esse; esse vero per potentiam, est Deum esse in omnibus immediate immediatione virtutis, ita quod omnia agunt, quidquid id agunt, in virtute Dei.* Et ita asserit intelligendum esse divum Thomam. »

Art. II. — An bene inferatur præsentia Dei secundum essentiam in omnibus rebus ex operatione ejus circa omnes res?

Opinio beati Thomæ ex Cajetano :

« Conclusio prima. — *Ex præsentia Dei in omnibus : Per operationem necessario infertur præsentia Dei in omnibus secundum essentiam.*

« Conclusio secunda. — *Si Deus non esset secundum essentiam in loco A, non posset ibi operari. Præsentia secundum essentiam et præsentia secundum operationem habent se sicut superius et inferius, et sicut includens et inclusum. — Et quamvis in agentibus naturalibus non semper oporteat agens esse præsens secundum substantiam in omni re in qua operatur, sed sufficit quod secundum virtutem sit præsens; verbi gratia : sufficit quod sol sit præsens virtualiter in omnibus productis in visceribus terræ, tamen in ea re in qua immediate producit effectum, oportet quod agens sit præsens illi secundum substantiam, sicut sol secundum suam substantiam est præsens immediate orbi quem immediate illuminat. — Et sicut in rebus corporalibus agens corporeum fit præsens passo per contactum propriæ quidditatis, ita agens spirituale fit præsens passo per contactum virtuale vel per applicationem propriæ virtutis. Tamen agentia corporalia per conjunctionem quantitatis sunt præsentia ei, in quod im-*

mediate agunt, non tamen dicuntur esse in illo, quia quantitas unius corporis non subintrat alterius quantitatem; at agentia spiritualia per virtualem contactum sunt præsentia subjecto in quod immediate agunt, ita ut sicut in illo; quia contactus virtualis spiritualis intus est ubi est effectus. Virtus autem ipsa vel est in substantia spirituali, vel in subjecto, vel est ipsa essentia et substantia naturæ spiritualis.

« Opinionis Doctoris subtilis conclusiones. — 1° *Si daretur aliqua pars universi in qua Deus non esset secundum essentiam, adhuc in ea operari posset etiam immediate.*

« Probatur. — *Creatura potest agere ubi non est et hoc immediate, ergo multo melius Deus posset agere in aliquo loco ubi non esset. Sol generat in visceribus terræ mineram, et proximum principium elicitivum talis generationis est substantia solis : ergo sol agit immediate ubi non est secundum suam substantiam, nam sol secundum suam substantiam solum est in quarto cœlo.*

« *Omnipotentia Dei est ejus voluntas, ad cujus velle sequitur rem esse. Ergo cum voluntas possit æque velle distans, sicut propinquum, sequitur quod si omnipotens Deus esset in aliquo loco determinato, et non ubique, posset velle aliquid esse in alio loco, in quo ipse non esset secundum essentiam, et cum ad ejus velle sequatur rei productio, sequitur quod posset tunc operari ubi non esset.*

« 2° *Non sequitur consequentia formali præsentia Dei secundum essentiam in omnibus ex eo quod in omnibus et in omnia operatur.*

« 3° *Ex immensitate divinæ essentiæ recte infertur præsentia Dei secundum essentiam in omnibus rebus. Substantia corporea immensæ magnitudinis repleret omnia spatia repletione quantitatis. Deus autem solum spiritualiter per præsentiam substantiæ.* »

CONTROVERSIA XXIX.

Utrum Deus intelligat distincte omnia alia a se?

Art. I. — An Deus propria et distincta cognitione alia a se in sua essentia, vel in se ipsis cognoscat?

« De modo quo Deus cognoscit alia a se, multiplex est opinio, 1° eorum qui asserunt Deum cognoscere creaturas, non in sua essentia sed in se ipsis. »

Rada réfute ici un certain commentateur de Scot qui l'aurait rangé dans cette opinion, et il s'efforce de prouver que cet interprète a mal lu Scot.

« Secunda opinio est Aureoli apud Capreolum in dist. 35, asserentis Deum non cognoscere res in se ipsis, sed in sua essentia; et insuper eas, nec mediate quidem cognoscere secundum esse quod habent in se ipsis, sed solum secundum esse quod in divina essentia habere intelliguntur. »

Rada a la prétention d'appuyer ses conclusions sur Scot.

Conclusiones Radæ. — « Divina essentia est objectum primo cognitum a divino intellectu et immediate — creaturæ vero secundario, quia in essentia divina cognoscuntur et virtute ejus.

« Certum esse res omnes in Deo virtualiter et eminenter contineri, sicut in sua perfectissima causa et principio. Sed hanc continentiam aliqui ita explicant, ut asserant omnem entitatem et perfectionem eamdem numero in creaturis exsistentem, esse in Deo ipso : aliter tamen et aliter; quia illa creaturis est cum modo finito, sed eadem numero est in Deo cum modo infinito : et consequenter affirmant Deum et universum non dicere majorem perfectionem intensive, vel extensive, quam solum Deum, nec majorem entitatem, ut universum nullam entitatem positivam super Deitatem addere, sed solum defectum et imperfectionem arbitrantur. »

L'auteur réfute ici cette interprétation panthéistique :

« Non ergo Deus sic rerum creatarum entitatem et perfectionem continet, ut isti arbitrantur, nisi virtualiter et eminenter, multo perfectius quam principium contineat conclusionem.

« Cum igitur Deus omnia perfectissime quoad eorum entitatem contineat, ea etiam quoad perfectam intelligentiam continet. Sicut principium, quia continet conclusionem virtualiter quoad omnem ejus entitatem, continet etiam eam quoad ejus perfectam intelligibilitatem. Ergo : 1° Deus cognoscit alia a se : Deus est causa rerum per intellectum et voluntatem. Sed omne tale agens habet cognitionem rerum a se effectarum. 2° Deus cognoscit omnia perfectissime. 3° Deus non cognoscit res alias a se per repræsentationem et motionem, quam ipsæ de se faciunt. »

Ici, l'auteur se fonde sur Aristote, et il prétend que lorsque Aristote a dit que Dieu ne connaît rien hors de lui-même, cela signifie simplement que Dieu connaît dans sa propre substance.

« 4° Creatura non est objectum primarium et immediatum divinæ cognitionis. Objectum primarium et immediatum divinæ cognitionis est essentia divina. 5° Deus aliarum rerum a se habet propriam et distinctam cognitionem : id est cognocere res non solum quantum ad ea in quibus conveniunt, verum etiam quantum ad ea, quibus inter se distinguuntur, quæ sunt singularum rerum propria. 6° Deus cognoscit creaturas in sua essentia. 7° Deus cognoscit res in seipsis et in propriis earum naturis, si fiat determinatio cognitionis ex parte rei cognitæ. Quia cognoscere hoc modo res in propriis naturis nihil aliud est quam proprias earum naturas distincte et perfecte cognoscere. Ex his infertur quod creatura vere est objectum terminativum, licet secundarium divinæ cognitionis. »

Art. II. — An creatura prius sit repræsentata vel expressa per essentiam quam actu cognita?

« In hoc articulo est una opinio asserens quod divina essentia est similitudo quædam formalis et exemplar actuale creaturarum, in qua creaturæ cum quadam distinctione continentur relucentque in ea, sicut res in speculo. Sed ut bene advertit Cajetanus

(part. I, quæst. 11, art. 5), rudiores ita sentiunt. Sapientes autem docent in divina essentia omnia contineri indistincte et elevate, ut effectus in causis eminentibus : sic tamen perfecte, ac si distincte ibi continerentur. Ex quo infertur quod divina essentia, quæ est ratio cognoscendi se et omnia alia a se non repræsentat alia immediate, ut species intelligibilis eorum, sed ea repræsentat mediate se ipsa ut objecto. Habet enim de se, ad alia, sicut species causæ ad effectus, ad quos se potest extendere. Res continentur in ea supereminenter, unitive et quasi virtualiter.... post cognitionem vero eas continet actu et distincte.... »

Art. III. — An creaturæ ab æterno habuerint aliquod esse reale distinctum ab esse divino ?

« 1° An creatura habuerit aliquid esse reale proprium ?

« Est opinio Henrici (in *Summa*, art. 2, quæst. 12 et 13, et quodlibet 8, quæst. 9) asserentis creaturam ab æterno verum esse reale habuisse ; non quidem esse exsistentiæ, sed essentiæ. In eadem sententia citat Scotum quidam divi Thomæ interpres. Sed certe nec Scotus ita sensit, imo oppositum. »

« Argumentum Henrici. — *Creatura, antequam creatur est possibilis ; sed omne possibile est ens verum reale,* » etc.

(*Refutatio Henrici. — Conclusio negativa ex Scoto, in* 1, *dist.* 36.)

« 2° An creatura habuerit ab æterno aliquod esse reale, saltem intelligibile, et cognitum ab esse divino distinctum ?

« De hoc quæsito sit communis theologorum sententia et consensus quod res ab æterno habuerunt in divina cognitione esse cognitum ; fueruntque in divino intellectu, sicut cognitum in cognoscente. Cæterum, quid sit hoc esse cognitum ; an sit purum ens rationis, an medium inter ens reale et relationis, an relativum, an absolutum, non satis convenit inter theologos. Scotus (in dist. 35 et 36 et in 2, dist. 1, quæst. 1, et alibi) sæpe asserit, Deum in primo signo naturæ vel rationis intelligere suam essentiam sub ratione mere absoluta, in secundo vero signo producere res in esse cognito : quæ sententia a Thomistis ut temeraria, chimerica et parum fidei consentanea censetur. Neotericus quidam Thomista, minus modeste quam verum religiosum decebat, insurgit in Scotum : *Docet*, inquit, *Scotus ideas non esse idem realiter quod divina essentia, sed esse ipsasmet creaturas secundum quoddam esse intelligibile ab æterno productum a Deo, quod est medium inter esse reale et esse rationis.... Hæc sententia Scoti videatur esse eadem cum illa quam refert Waldensis, ex Wicleff.* (lib. *De ideis*), *ubi asserebat, ideas nihil aliud esse quam creaturas secundum esse reale, quod habent ab æterno, sed non simpliciter, sed secundum quid ; quam sententiam confutat Waldensis.* »

Après avoir rapporté ces arguments et ceux de Cajétan contre Scot, Rada ajoute :

« His et similibus argumentis innocens Scotus, ab his qui eum ignorant impugnatur et irridetur, cum ipsi potius risu digni sint, qui ob crassum suum ingenium et materiæ nimis immersum, Scoticam disciplinam a materialibus conceptibus et a terreno pulvere elevatam, haudquaquam attingere et nancisci possunt. »

Voici le passage de Scot diversement interprété (1, dist. 36, quæst. unica, littera G.) :

« *Ad secundum dico, quod productio ista est in esse alterius rationis ab omni esse simpliciter, et non relationis tantum, sed etiam fundamenti absoluti : non quidem secundum esse sententiæ vel exsistentiæ, quod est verum esse, sed secundum esse diminutum, quod est esse secundum quid, etiam entis absoluti : quod tamen ens absolutum secundum istud esse diminutum concomitatur relatio rationis. Exemplum hujus : Si Cæsar esset annihilatus, et tamen esset statua Cæsaris, Cæsar esset repræsentatus per statuam. Illud esse repræsentatum est alterius rationis ab omni esse simpliciter, sive essentia sive exsistentia. Nec est esse diminutum Cæsaris, quasi aliquid Cæsaris habeat hoc esse, et aliquid non, sed totius Cæsaris, et ejus esse a causa sua est verum exsistentiæ et essentiæ, cujus totius secundum totale esse suum est istud esse secundum quid, et, in ipso secundum illud esse secundum quid potest esse aliqua relatio ad statuam.* »

Le commentateur Rada s'efforce d'établir que ce passage n'a d'autre sens que celui-ci :

« Vult Scotus esse cognitum creaturæ nullatenus ens esse reale, nec medium inter ens reale et rationes, quia est alterius rationis omnino ab omni esse reali. »

Et il lui fait conclure :

« Esse cognitum creaturæ est ens rationis solum habens esse in intellectu divino objective, sicut secundæ intentiones in intellectu creato. »

Art. IV. — An ad hoc, ut Deus perfecte intelligat alia a se, necessario præexigantur in eo distincti respectus ad ipsa objecta ?

« In hoc articulo est multiplex opinio : prima asserit in Deo necessario esse ponendas relationes æternas ad alia a se cognita simplici intelligentia, et addit hujusmodi relationes esse in divina essentia, ut est ratio cognoscendi. Secunda opinio ponit etiam hujusmodi relationes in essentia divina, non ut ratio cognoscendi, sed ut objectum cognitum. Tertia opinio, quæ est Scoti (in 1, dist. 35, quæst. unica), asserit hujusmodi relationes æternas esse quidem in objectis a Deo cognitis ad ipsum, ut cognoscentem ; sed tamen non esse necessarias ad ipsorum cognitionem. »

« *Conclusiones.* — 1° Ut Deus plura distincte intelligat, nec oportet ponere in intellectu, ut potentia est, distinctionem aliquam. 2° Ad hoc ut Deus distincte intelligat creaturas, ut objecta secundaria, non sunt aliquæ relationes necessariæ in divina essentia, ut ratione cognoscendi distinctæ, secundum rationem. 3° Prius secundum nostrum modum intelligendi, divina intellectio terminatur ad creaturas, quam dicat rationem ad ipsas. »

Art. V. — An creatura in esse cognita sit idea?

« Circa hunc articulum pars affirmativa est Scoti (in 2, dist. 15, quæst. unica); Gabrielis (ead. dist., quæst. 5), qui in eamdem sententiam citat Occham et Gersonem (lib. *De vita spirituali animæ*, lec. 2, corr. 12).

« Opposita sententia est sancti Thomæ (1 part., quæst. 15), asserentis ideam esse divinam essentiam, ut imitabilem a creatura. Observat Cajetanus quod divina essentia non utcunque imitablilis est idea, sed ut imitabilis exemplariter. Imitabilis autem exemplariter non est nisi objectum intellectus cognitum.

« *Explicatio opinionis Doctoris subtilis.*— Res cognita dicitur habere idem esse quod ipsa cognitio habet. Augustinus ait rem cognitam in verbo esse vitam creatricem, hoc ideo quia cognitio ejus est realiter vita creatrix, quod enim de cognito dicitur objective, hoc in ipsa cognitione secundum rem inveniri necesse est. Ob hanc causam, res in divino intellectu verius esse habere dicuntur quam in seipsis. Esse namque earum in divino intellectu est esse cognitionis divinæ, quod plane deificum atque divinum est ab omni prorsus corruptione et mutatione alienum. Esse vero earumdem in seipsis ortui et interitui subjiciuntur..... Concedo lapidem in seipso exsistentem verius esse lapidis habere quam in Deo; in Deo enim non habet esse lapidis, sed aliud eminentius ac perfectius esse. Aliud est loqui de esse veriori et perfectiori simpliciter et absolute; aliud vero de esse veriori ac perfectiori hujus.... Concedimus lapidem in mente divina habere esse simpliciter verius ac perfectius, quam lapidem extra, quia habet idem esse quam ipsa cognitio, per quam cognoscitur; negamus autem ipsum habere verius esse lapidis in Deo, quam extra. Solum enim extra et in se habet formaliter esse lapidis et non in Deo.

« Ex Augustino ideæ. —In hoc quod formæ et rationes appellantur, earum qualitas commendatur. Proprie enim est formæ actualitas. Ideis attribuitur rerum omnium quæ sunt, non solum effectio, verum etiam unius ab altero per proprias differentias sejunctio, atque determinatio... Attribuitur esse æternas atque incommutabiles ac prorsus divinas.»

« Ex his, hæc ratio colligitur a Doctore subtili : idea est ratio æterna et incommutabilis in mente divina secundum quam aliquid est formabile extra, tanquam secundum propriam rationem ejus. A Dionysio autem in hunc modum describitur : Idea est exemplar sempiternum, Deo semper præsens, ad quod Deus cuncta quæ sunt aspiciens, molitus et fabricatus est. A Durando vero in hunc modum describitur in lib. 1 *Sent.*, dist. 36, quæst. 3 : Idea est forma vel ratio ad cujus similitudinem agens per artem rem producit. »

Controversia XXX.

An Deus cognoscat futura contingentia?

« Pars affirmativa est certissima secundum fidem. »

Art. II. — An futura contingentia secundum suam realem exsistentiam, sint Deo præsentia?

« In hac quæstione est duplex opposita opinio. Prima est sancti Thomæ (1 part., quæst. 12, art. 13) asserentis omnia quæ exsistunt in aliqua temporis differentia esse Deo secundum propriam exsistentiam et actualitatem præsentia.

« Contraria sententia est Scoti, quam omnes alii doctores amplectuntur, adeo ut opinionem sancti Thomæ falsam et omnino impossibilem ac inintelligibilem arbitrantur.

« *Explanationes opinionis beati Thomæ.* — Coexsistere æternitati, formaliter loquendo, abstrahit a præsentia cogniti ad cognoscentem. Cajetanus notat quod cum divus Thomas ait omnia esse præsentia in æternitate, vel æternitati, non loquitur de præsentia rerum secundum esse subjectivum, vel potentiale quod habent in Deo, sed secundum esse actuale eorum, ita quod omnia futura secundum suum esse exsistentiæ proprium et actuale, quod habent extra suas causas, coexsistunt actu et sunt præsentia æternitati.

« Motus qui mensuratur tempore, dividitur in partes successivas, quarum una recedente, alia succedit, et una exsistente, alia exspectatur. Oportet ut tempus ipsum dividatur in consimiles partes, in tales, scilicet, quod aliqua sit præterita et aliqua futura... Æternitas vero quia mensurat esse indivisibile totum simul exsistens, non dividitur in plures partes, quarum una sit præterita, et altera futura. Sed toto simul coexsistit et se habet, sicut quoddam nunc et sicut duratio indivisibilis semper stans et semper præsens, nullamque variationem suscipiens. »

« *Conclusio.* — Omnia quæ sunt, fuerunt et erunt, coexsistunt nunc in æternitate. »

« Opiniones Scoti. — 1° *Omnia sunt Deo præsentia secundum esse intelligibile et objectivum.*

« 2° *Futura contingentiaque in tempore futuro sunt habitura esse exsistentiæ extra suas causas, non sunt nunc actu in æternitate, nec Deo coexsistunt.* »

Art. III. — An Deus habeat determinatam, certam et infallibilem notitiam omnium quoad omnes conditiones exsistentiæ eorum?

«In hac quæstione pars affirmativa est concors doctorum sententia. Sed circa modum quo Deus hanc notitiam determinatam, ac certam de rebus futuris habeat, est multiplex dicendi modus.

« Prima sententia est beati Thomæ asserentis Deum determinate et infallibiliter cognoscere futura contingentia per hoc quod sibi in æternitate sunt in se ipsis et in propriis naturis præsentia.

« Secundus affirmantis Deum habere certam futurorum cognitionem, quoad omnes eorum conditiones, in actuali exsistentia per ideas, quæ ex sui perfectione repræsentant ea quorum sunt, non solum secundum se totum, sed etiam secundum omnem rationem, et habitudinem extremorum, non solum necessariam, sed contingentem.

« Tertius modus est Scoti (in 1, dist. 39, et in

quodlibet. 9, quæst. 14) in quibus locis affirmat Deum certe cognoscere futura contingentia, qui determinatione suæ voluntatis circa ea evidenter videt. »

Art. IV. — An Deus habeat immutabilem omnium cognitionem?

« Conclusio Scoti. — 1° *Voluntas divina in eodem instanti æternitatis in quo vult Petrum futurum, potuit velle oppositum sine actuum successione.*

« 2° *Voluntas divina determinans fore aliquid ostensum ab intellectu facit complexionem talem esse veram et ideo intelligibilem, et ex hoc, hujusmodi complexio est præsens intellectui divino in ratione objecti non moventis, sed terminantis cognitionem. Et sicut voluntas potest facere hoc volitum et non facere, ita potest esse verum et non verum, et ita potest cognosci et non cognosci ab intellectu divina, secundum quod determinatur fore a divina voluntate vel non determinatur fore.*

« 3° *Licet divinus intellectus, ut prior, determinatione divinæ voluntatis non intelligatur, ut sciens futura contingentia, non tamen est verum dicere, quod in aliquo instanti sit nesciens futura vel ignorans futura.*

« 4° *Licet divinus intellectus potuerit scire oppositum ejus quod scit, et non scire illud quod scit; hoc tamen absque ejus mutatione fieri poterat.*

« 5° *Scientia Dei etiam circa futura contingentia est immutabilis omnino.* »

Art. V. — An Deus necessario sciat omnem conditionem exsistentiæ?

« Duplex est opinio : prima beati Thomæ asserentis futura contingentia scita a Deo esse absolute necessaria, ac per consequens scientiam Dei de futuris contingentibus esse simpliciter necessariam.

« 2° Est Scoti (in 1, dist. 39, quæst. 4) asserentis scientiam Dei respectu futurorum esse simpliciter contingentem et secundum quid necessariam. »

Art. VI. — An cum certitudine divinæ essentiæ possit stare rerum contingentia?

« *Conclusiones.* — 1° Effectus futurus contingens, antequam ponatur in esse, est determinatus ad alteram contradictionis partem, determinatione de inesse, ita quod ista est vera : crastina die legam, et opposita falsa. Quia divinus intellectus in rebus futuris alteram contradictionis partem scit determinate esse veram.

« 2° Futurum contingens ut sit determinatum determinatione de inesse ad alteram contradictionis partem, oportet quod habeat causam extrinsecam determinantem ipsum ad alteram partem.

« 3° Quamvis futurum contingens sit determinatum ad voluntatem determinatione de inesse ab aliqua causa extrinseca, ex se tamen formaliter non est determinatum ad alteram partem.

« 4° Determinatio futuri contingentis per causam extrinsecam contingenter determinantem alteram partem cognitionis, non tollit indeterminationem, quæ competit futuro contingenti ex sua ratione formali.

« 5° Causa extrinseca determinans futurum contingens ad alteram contradictionem principalem est divina voluntas quæ est prima contingentiæ radix.

« 6° Divina voluntas ita libere et contingenter determinat futurum contingens ad alterius contradicentis partem, quod in eodem instanti posset oppositum determinare.

« 7° Cum determinatione voluntatis divinæ stat contingentia in rebus futuris.

« 8° Cum infallibilitate divinæ scientiæ stat rerum futura contingentia. »

III. — De potentia naturali receptiva rei supernaturalis.

Comment les deux natures du fini et de l'infini sont-elles pénétrables l'une à l'autre? C'est ce que la scolastique examinait sous cette question : *De potentia naturali receptiva rei supernaturalis.*

L'école thomiste faisait intervenir une sorte de faculté intermédiaire : *Potentia obedientialis ad formas supernaturales...* Mais l'école scotiste rejetait ce moyen et professait que la nature humaine était douée, par elle-même, par une capacité inhérente, et non pas seulement obédientielle, de la faculté de recevoir immédiatement les *formes surnaturelles.* Scot admettait : *Deum esse finem naturalem hominis, licet non naturaliter adipiscendum, sed supernaturaliter.* Pour atteindre ce but, l'homme avait une sorte d'inclination, *desiderium naturale.* Scot s'appuyait sur ce texte de saint Augustin relatif à la grâce :

« Quis te discernit? quid autem habes quod non acceperis? ut enim sit naturæ fidem posse habere, nunquid et habere? Nec enim omnium est fides, cum fidem posse habere sit omnium... Proinde posse habere fidem, sicut habere charitatem naturæ est hominum. Habere autem fidem quemadmodum habere charitatem, gratiæ est fidelium... »

De ce texte le commentateur conclut :

« Igitur illud posse de quo agit eo in loco Augustinus, ad naturalem est potentiam referendum. »

Saint Thomas aussi voulant prouver que l'homme est capable par ses propres forces de s'élever à la connaissance de Dieu, disait :

« Si intellectus rationalis creaturæ pertingere non possit ad primam causam rerum, remanebit inane desiderium naturæ. »

Il est vrai que ce passage ne s'applique qu'à la connaissance naturelle.

Cette inclination naturelle de l'homme, *appetitus innatus ad Deum finem supernaturalem et clare visum*, n'était point admise par les thomistes qui accusaient l'école rivale d'empiéter ainsi sur le domaine de la grâce :

« Si naturæ rationali inesset ille appetitus naturalis ad assequendum finem supernaturalem, inexsisteret illi inchoata quædam gra-

tia et ista ei esset aliquo modo debita et connaturalis. »

Les scotistes répondaient, pour repousser l'accusation de semi-pélagianisme, qu'il ne s'agissait que d'une simple inclination de la nature, à part tout acte, tout mérite et laissant sauve la nécessité de la grâce, seulement rendant la nature humaine capable de recevoir la grâce.

Mais cette dernière fin de l'homme a-t-elle besoin de remonter jusqu'à Dieu, comme cause première? La nature humaine ne peut-elle trouver sa satisfaction, son repos et une fin relative à ses forces dans quelque intelligence intermédiaire? Tous les scolastiques, saint Thomas, comme Scot, combattaient cette croyance d'Avicennes, mais Scot par des raisons différentes de saint Thomas. Celui-ci tirait sa conséquence de ce que Dieu étant le créateur direct des âmes, était par cela même leur fin dernière. Scot objectait qu'il n'y avait pas une connexion nécessaire entre le principe et la conclusion : sa raison à lui était celle-ci : Que Dieu était le dernier terme de la félicité de l'âme : *Non in quantum est principium effectivum, sed in quantum objectum perfectissimum.*

Collatio IV.

La première question contenue sous ce titre traite *de primo et adæquato intellectus nostri objecto.*

Saint Thomas disait que ce premier objet était la connaissance de l'individuel — *cognoscere res, secundum quod sunt in materia individuali.* — La raison, c'est que : *anima nostra per quam cognoscimus est forma alicujus materiæ.* — Puis par une seconde opération, l'intellect humain abstrait des individualités matérielles, les essences (*naturas*). C'est par ce moyen, que l'intelligence humaine parvient à reconnaître l'universel, ce qui est hors du domaine des sens. A l'ange seul il est donné de connaître les essences en tant qu'elles ne seraient pas attachées à une matière déterminée.

Scot s'élève à une théorie plus spiritualiste. Il soutient que l'intellect humain, par ses forces naturelles, a le pouvoir proportionné à sa nature de connaître les substances immatérielles. Il en donne un exemple tout théologique, les bienheureux qui voient l'essence divine. Or, à la vérité, leur nature réceptive (*potentia*) est élevée, mais elle n'est pas changée. La nécessité où nous sommes de former nos idées par des images, *recursus ad phantasmata*, ne détruit point la nature de notre intellect. Cette nécessité n'est qu'un lien accidentel quant à la connaissance des choses immatérielles vers laquelle notre esprit tend naturellement. D'une autre part, notre esprit a bien la notion de l'être en général (*in communi*). Or, la notion de l'être *in communi* renferme et contient comme son inférieure celle de l'être matériel. C'est pourquoi Duns Scot conclut que l'objet premier de l'intelligence, c'est l'être *in communi.*

PARISIENSES. — Nous croyons être en mesure de prouver qu'il y eut sous ce titre une véritable école de Paris ayant ses livres officiels comme l'école de Coïmbre. Mais quels étaient ces livres? quelle était leur autorité? — On lit dans Du Boulay :

« Die 13 Aug. (1521) convenerunt deputati apud S. Mathurinum ad videndum legendumque senatus decretum adversus Minoritas latum de cujusdam libri impressione, ut legitur in Reg. univers. et in Codice rectorio : *In hac etiam rectoria habuit universitas arrestum contra FF. Minores qui impresserant nomine Universitatis librum quemdam editum à fratre Francisco Lucheto.* » — (Buloeus, *Hist. univ. Paris.* t. VI, p. 129.) Ce livre serait-il par hasard celui dont parlent quelques scotistes du XVIIe siècle, comme contenant l'enseignement officiel de l'Université de Paris?

PASSIO, propriété; ou plutôt le mot est intraduisible; les *passiones* étaient les états reçus dans un être ou cet ensemble d'attributs que son essence n'implique pas immédiatement. On les définissait : *Respectus extrinsecus advenientis transmutati ad transmutans.*

PÉRIPATÉTISME, *son influence sur la philosophie et la théologie scolastique.* — Aristote a joué un trop grand rôle au moyen âge par son autorité et par sa doctrine pour qu'il ne soit pas utile de connaître un peu ses principes avant d'aborder l'étude de la scolastique. Nous détachons d'un travail plus considérable sur le Stagirite le fragment qu'on va lire.

Aristote a exercé sur les développements de la pensée humaine au moyen âge, une influence à la fois si visible, si universelle et si profonde, qu'il n'est possible de se faire une idée nette de la scolastique que dans la mesure exacte où on a sondé les profondeurs de la philosophie.

C'est ce qui explique que des théologiens, d'ailleurs exacts, pénétrants, et quelques-uns mêmes qui unissaient le génie à leurs études, se sont mépris de la manière la plus étrange sur Albert le Grand ou sur saint Thomas. C'est ce qui explique aussi que des savants très-versés dans l'étude de la logique d'Aristote, mais connaissant peu sa physique, et dès lors connaissant mal sa métaphysique, n'ont vu dans le moyen âge que la question des *universaux*, et ainsi ne le considérant qu'au XIIe siècle et dans ses rapports avec l'antiquité, ne l'ont pas envisagé dans sa partie véritablement intéressante, c'est-à-dire au XIVe siècle, alors que la renaissance se remue déjà dans ses entrailles.

Nous nous proposions ici de donner un court aperçu de la doctrine péripatéticienne, et de l'étudier soit en elle-même, soit dans ses rapports avec les développements de la philosophie scolastique. Nous voulions terminer cette étude par une analyse d'un livre ancien, qui ferait connaître à nos lecteurs, d'une manière assez intime, l'Aristote du moyen âge; mais la nécessité de faire place

dans ce Dictionnaire à des détails qui rentrent plus intimement encore dans notre sujet, nous contraignent à ne publier que le commencement de notre travail sur le Stagirite.

CHAPITRE PREMIER. — *Aristote considéré en lui-même.*

§ Ier. — *Biographie d'Aristote.*

Ainsi que tous les anciens, Aristote nous est plus connu par sa vie extérieure, civile, littéraire, que par sa vie intime, et, pour ainsi dire, psychologique; voilà pourquoi ses origines intellectuelles se dérobent un peu aux investigations de l'histoire.

Cependant, si nous rassemblons les divers documents que nous avons sur sa biographie, tout semble nous prouver que nul, mieux que lui, ne fut préparé à organiser en un merveilleux ensemble les éléments les plus divers de la science et de la philosophie grecques.

Il était né, l'an 384 avant notre ère, à Stagire (210), colonie grecque de la Thrace, fondée par des habitants de Chalcis en Eubée : par là il se trouvait tout à la fois en contact avec Athènes (car Stagire tenait fortement pour les intérêts athéniens), avec les Macédoniens (car son père Nicomaque avait été le médecin d'Amyntas II), et enfin avec les Barbares. C'est peut-être cette dernière particularité qui explique pourquoi, plus tard, il comprit l'étude des constitutions barbares dans ses essais de législation générale. Non-seulement il vécut toujours en rapport avec la Macédoine, la Grèce, et les pays mêmes qui n'avaient aucun rapport direct avec la civilisation hellénique, mais encore il se trouva placé, par un concours merveilleux de circonstances, au confluent de toutes les connaissances humaines. Son père, médecin illustre, était un asclépiade; il avait composé des ouvrages de physique fort estimés, et inventé un remède dont Galien parle avec éloge. Il est difficile de croire que le jeune Aristote, qui paraît n'en avoir été séparé que vers l'âge de dix-sept ans, n'ait pas pris aux travaux paternels une part quelconque, ne fût-ce qu'une part d'intérêt filial ; et cette induction naturelle acquiert surtout un très-haut degré de probabilité, quand on se rappelle que cette vigoureuse intelligence semble avoir eu une force particulière pour saisir très-vite les idées qu'il rencontrait sur sa route, et pour se les approprier en les transformant. C'est là peut-être ce qui amena les difficultés, les contestations, les débats amers et jaloux qui assaillirent ses débuts, bien que d'ailleurs il semble avoir été, dans sa vie ordinaire, animé de sentiments conciliateurs et bienveillants.

Vers 367, nous trouvons Aristote à Athènes. Il y avait été envoyé par son tuteur, Proxène d'Atarnée, en Mysie, qui habitait Stagire, et entre les mains duquel on l'avait remis, ainsi que sa sœur. Plusieurs biographes assurent, sur la foi d'Epicure, que le futur philosophe, livré trop jeune à lui-même, aurait dissipé son patrimoine dans une vie débauchée, et qu'il fut réduit, pour vivre, à se faire soldat, puis droguiste. Quoi qu'il en soit, il ne paraît pas que les désordres de sa conduite furent assez profonds pour lui faire oublier l'étude. A vingt ans, nous le trouvons disciple de Platon. Le *divin* philosophe paraît avoir eu, du moins dans les premiers temps, une estime toute particulière pour le jeune Stagirite. Il l'appelait « le liseur et l'entendement de son école. » Seulement il lui reprochait ses habitudes de recherche et ses saillies caustiques. Comment le maître et le disciple, devenu original, se séparèrent-ils ? Y eut-il quelque amertume dans leurs relations, quelques reproches d'ingratitude repoussés avec une énergie plus ou moins convenable à l'heure où s'opéra la scission définitive? Faut-il croire à Elien, à Eubulide, dont les accusations contre le stagirite trouvaient tant d'écho parmi les platoniciens de la renaissance, et devaient être reproduites par Bacon, comme elles l'avaient déjà été par quelques Pères de l'Eglise ? A vrai dire, la question ne nous paraît pas très-grave. Ce qu'il importe de constater, c'est qu'Aristote ne fut mis en contact avec Platon qu'à un âge déjà indépendant, et après des études plus ou moins considérables sur les sciences physiques, et principalement sur la médecine.

On remarquera aussi qu'Aristote, lorsqu'à son tour il ouvrit école, ne se jeta pas immédiatement dans l'enseignement philosophique. La rhétorique fut le premier art dont il donna des leçons publiques. C'est à cette époque de sa vie qu'il fut en démêlé assez vif avec le vieil Isocrate, dont il attaqua l'éloquence molle et efféminée. Du temps de Denis d'Halicarnasse et d'Athénée, il existait encore des écrits composés par les disciples d'Isocrate pour soutenir leur maître; mais nous ne trouvons rien, dans ceux d'Aristote, qui soit relatif à cette polémique.

Nous ne dirons rien non plus de ses fameux démêlés avec Xénocrate, le second successeur de Platon, auquel, dit-on, il disputa la place de maître de l'Académie. Il faut voir probablement dans cette légende assez obscure le souvenir de quelque débat philosophique dont la trace précise s'est perdue.

Il est probable qu'Aristote n'avait perdu de vue ni ses relations avec la Macédoine, ni ses rapports avec la famille de son tuteur, originaire de l'Asie Mineure. En effet, Philippe ayant ruiné plusieurs villes de Thrace et entre autres Stagire, le philosophe fut choisi pour aller implorer du roi de Macédoine la restauration de sa cité natale. Il échoua dans cette mission, et à son retour, il trouva Athènes tout entière soulevée contre le parti macédonien et ses ad-

(210) Stagire est probablement la ville actuelle de Stavro.

hérents. Il crut donc prudent de voyager, et se rendit en Asie Mineure auprès d'Hermias, tyran d'Atarnée, qui lui était probablement connu par l'intermédiaire de Proxène, et qui d'ailleurs avait été un des auditeurs assidus de ses cours d'éloquence. On notera que les tyrans de la Grèce n'avaient rien de commun avec ces hommes pervers, odieux et bas, qu'on a vus depuis arriver au trône à travers le parjure et l'assassinat. Ceux-ci dominant contre le gré de l'opinion publique et par le déplacement violent de toutes les influences intellectuelles, se montrent nécessairement hostiles à tout enseignement sérieux de la philosophie; les tyrans des villes grecques, simples citoyens auxquels les circonstances donnaient une sorte de dictature viagère, pouvaient commettre des attentats, mais ils ne réunissaient pas toujours tous les vices. Quelques-uns se montrèrent favorables aux sciences. Hermias, qui avait été esclave d'un autre tyran, fut comme lui, un partisan éclairé des lettres, de la philosophie et de l'indépendance des colons grecs vis-à-vis des Perses. Malheureusement pour Aristote, Hermias attiré dans un piége, fut pris et livré à Artaxercès, qui le fit étrangler. Le Stagirite, ému d'une profonde douleur à cette nouvelle, composa un chant admirable de douleur et une inscription de quatre vers qu'il fit placer sur le mausolée du malheureux prince et qui nous a été conservée. Cela fait, il se retira à Mitylène, dans l'île de Lesbos, avec la fille d'Hermias qu'il avait épousée, et c'est là, du moins à ce qu'il paraît, qu'il reçut la nouvelle que le fils de Philippe devait être confié à ses soins.

Les rapports d'Aristote avec Alexandre, dont il devint ainsi le précepteur, marquent une nouvelle phase de sa vie et aussi de nouveaux rapports qu'il ne tardera pas à avoir avec la science de l'Orient. Du reste, il faut remarquer que l'éducation d'un si grand maître ne laissa dans l'esprit de son royal élève que très-peu de traces politiques. Alexandre, à la vérité, se montra toujours un prince lettré et soucieux d'acquérir et de propager les connaissances humaines. Mais on ne voit pas de ressemblance précise entre les maximes de son gouvernement et celles qui devaient présider à la politique d'Aristote. Le seul service que le conquérant sut rendre à la philosophie consista dans ces immenses collections de toute nature qu'il fit apporter à son maître du fond de l'Asie. « Si l'on en croit Pline, dit M. Barthélemy Saint-Hilaire, plusieurs milliers d'hommes, aux gages du roi, étaient chargés uniquement du soin de recueillir et de faire parvenir au philosophe tous les animaux, toutes les plantes, toutes les productions curieuses de l'Asie; et c'est avec ce secours qu'aujourd'hui les nations les plus libérales et les plus riches peuvent à peine assurer à la science, qu'Aristote composa cette prodigieuse *Histoire des animaux*, ces traités d'anatomie et de physiologie comparées (211), que les plus illustres naturalistes de nos jours admirent plus encore peut-être que l'antiquité même. Athénée affirme qu'Alexandre donna plus de 800 talents à son maître pour faciliter ses travaux de tous genres et la formation de sa riche bibliothèque, ce qui fait en ne comptant le talent qu'à 5,000 fr. 4,000,000 de notre monnaie. Cette somme toute considérable qu'elle est, n'a rien d'exagéré quand on songe aux trésors incalculables que la conquête mit aux mains d'Alexandre. On peut croire que ces libéralités du royal élève et cette intelligente protection servirent aussi au philosophe pour composer cet admirable et si difficile *Recueil des constitutions* politiques, grecques et barbares, que le temps n'a pas laissé parvenir jusqu'à nous, mais qui n'avait pas dû coûter moins de recherches que l'*Histoire des animaux*, et qui certainement en avait exigé de beaucoup plus délicates. »

Nous venons de voir Aristote avec tous les éléments intellectuels du monde connu. Maintenant, il peut créer un cadre philosophique qui les contienne tous : ce sera là son œuvre, et voilà pourquoi l'organisation des idées, c'est-à-dire la logique y joue un si grand rôle.

COMMENTAIRE.

« Postquam sanctus Thomas contra positiones Platonis disputavit, incipit contra errorem Averrois disserere. Circa quod tria facit. Primo ponit fundamenta positionis, secundo ipsam positionem declarat, tertio contra ipsam arguit.

« Quantum ad primum, inquit, quod fuerunt et alii alia adinventione utentes in sustinendo quod substantia intellectualis non possit corpori uniri ut forma, qui scilicet dicunt quod intellectus possibilis est quædam substantia separata non conjuncta nobis ut forma. Hæc opinio est Averrois, III *De anima*, com. 5, et multis in locis, eamque etiam antiquis ipse philosophis ascribit. Hanc autem positionem et fictionem suam, et ex quibusdam Aristotelis verbis, et ex quibusdam frivolis rationibus nititur confirmare. Primo, quia Aristoteles de hoc intellectu loquens dicit, quod est separatus, et immistus corpori, et simplex et impassibilis.

« Secundo, quia si esset mistus alicui corpori, et similiter si esset forma alicujus corporis, haberet de se aliquam formam seu naturam de rebus sensibilibus, quia cum ex materia et forma fiat unum oportet quod forma participet aliquid de natura ejus cujus est forma, hoc autem si esset, non posset alias naturas sensibiles intelligere, ut ex demonstratione Aristotelis patet.

« Tertio, quia tunc intellectus receptio, et receptio materiæ primæ, essent ejusdem generis, et sic reciperet formas ut individuales. Patet consequentia, quia forma corporis non recipit aliquid absque sua materia.

« Quarto, quia sequeretur quod non cognosceret formas receptas sicut nec materia prima.

« Quinto, quia intellectus possibilis est quodam modo virtutis infinitæ, cum per ipsum judicemus infinita secundum numerum contenta sub universalibus : impossibile est autem esse in corpore virtutem infinitam.

« Quantum ad secundum, quia hic intellectus nihil ad nos pertineret, nec per ipsum intelligeremus, nisi nobiscum aliquo modo conjungeretur, ostendit sanctus Thomas modum quo Averroes posuit ipsum intellectum nobis conjungi, ut per ipsum dicamur intelligere. Inquit enim quod cum species intellecta in actu, ex qua et intellectu possibili fit unum, uniatur nobis phantasma, eo quod phantasma fit subjectum quoddam illius formæ, et ipsum intellectum possibilem oportet nobis mediante phantasmate uniri.

« Adverte, cum inquit Commentator phantasma esse subjectum formæ intellectæ, quod non accipit subjectum pro subjecto inhæsionis, cum enim inhæreat ut forma ipsi intellectui possibili, non potest esse subjective per modum inhærentiæ in phantasmate, etiam quia quandiu est in phantasmate, est tantum intellecta in potentia, non intellecta in actu, sed nomine subjecti intelligit fundamentum et originem ; est enim phantasma fundamentum formæ intellectæ, unde habet ut naturæ intellectæ proportionetur, ex hoc enim hæc species, puta equi, est natura equi proportionata, quia repræsentat universaliter naturam equi quam ejus phantasma in nobis exsistens particulariter repræsentat.

« Circa istam positionem Averrois considerandum, quod quidam juniores Averroistæ videntes difficultates maximas quæ in hac defensanda positione occurrebant, dixerunt non esse mentem Averrois ut intellectus uniatur nobis tantum per phantasmata ad intelligendum, ut sibi falso imponit sanctus Thomas, sed quod uniatur nobis secundum esse, licet in omnibus hominibus unus numero sit. Hoc autem esse de mente ejus ostendunt ex multis, sed maxime ex verbis ejus, X *Ethic.*, ubi ait, quod exsistentia cujuscunque hominis in quantum homo, est per hanc substantiam quæ est intellectus nominatus, cum sit melius et honorabilius quod est in eo. Item ex III *De anima*, com. 20, ubi ait quod intellectus potentialis prima continuatione continuatur nobis per naturam. Item ex VII *Metaphys.*, com. 12, ubi ait hominem componi ex animalitate et rationalitate. Sed quod hoc non sit ad mentem Averrois, ad præsens sufficiat ostendere primo ex verbis ejus III *De anima*, com. 5, scilicet quod tu esses per esse mei, et ego per esse tui, sed ipsam reputat Averroes

inefficacem. Unde nec eam dignatur solvere : ergo oportet dicere ut hoc evitetur inconveniens, quod intellectus non unitur homini ut forma dans esse. Secundo in eodem III *De anima*, com. 36, sic ait : *Intellectus materialis non copulatur nobiscum nisi per suam copulationem cum formis imaginabilibus :* ergo secundum ipsum non unitur nobis secundum esse, sic enim non copularetur nobiscum solum per copulationem sui cum formis imaginabilibus. Tertio, I *Metaph.*, com. 33, inquit quod impossibile est formas remanere, et deficere res quarum sunt formæ, quoniam tunc non esset generatio neque corruptio : sed deficiente individuo adhuc remanet intellectus, ergo secundum ipsum, intellectus non est forma dans esse individuo. Posset ex aliis locis hoc ipsum confirmari : sed quoniam est quæstio hæc ab aliis discussa, et viri summæ auctoritatis, ut Albertus, sanctus Thomas, Scotus, atque alii plerique Averrois pertinacissimi sectatores, hoc ipsi attribuunt : idcirco non est mihi hoc loco ulterius circa mentem Averrois immorandum. Quod autem primo ex X *Ethic.* objiciunt, non cogit : dici enim potest primo, quod ibi Commentator loquitur non secundum propriam, sed secundum vulgi opinionem. Secundo dici potest, quod loquitur non de exsistentia hominis substantiali, secundum quam dicitur homo esse in rerum natura (hæc enim secundum ipsum homini per cogitativam convenit), sed de exsistentia in ordine ad operationem, quæ est intelligere. In quantum enim homo habet hanc operationem quæ est intelligere, unitur sibi intellectus, eo modo quo formam habens, in aliquo fundamentum dicitur uniri fundamento ipsius formæ : aut etiam eo modo quo ars unitur instrumento. Principale autem ex quo homo intelligit, est intellectus, sicut principale ex quo instrumentum artis operatur, est ipsa ars : et sic dicitur quod exsistentia hominis in quantum homo est, id est, exsistentia et esse hominis unde habet ut possit intelligere, convenit sibi per intellectum, quia honorabilius ens est intellectus unitus homini, et sibi tanquam principaliori attribuitur actio intelligendi, homini autem sicut instrumento. Potest etiam tertio dici quod exsistentia hominis convenit sibi per intellectum extrinsece tantum, non autem essentialiter et intrinsece, licet aliquam cum homine intellectus habeat unitatem. Non cogit etiam quod secundo objicitur. Dicitur enim quod loquitur de continuatione potentiali : talis enim continuatio est prima, et est naturalis. Potest etiam dici, quod primam continuationem vocat illam quæ est ratione primorum principiorum. Cum enim primorum notitia sit nobis naturaliter inserta, unio intellectus nobiscum ad ea principia intelligenda naturalis erit.

« Ad tertiam auctoritatem potest primo dici, quod per rationalitatem accipit virtutem cogitandi : cogitativa enim ratio particularis dicitur. Potest secundo dici, quod per rationalitatem intelligit quidem virtutem ad intelligendum : sed per hoc non sequitur intellectum uniri nobis secundum esse. Per cogitativam enim homo est natus intelligere tanquam per instrumentum intellectus possibilis, sive tanquam per id ex quo homo habet ut continuari possit cum intellectu, quomodo dicitur XII *Metaph.*, com. 38, quod hominis forma in quantum est homo, non est nisi per continuationem ejus cum intellectu. Unde et per cogitativam homo intrinsece et essentialiter secundum ipsum a brutis differt, per intellectum autem extrinsece, in quantum per cogitativam non est natus homo intelligere, nisi in quantum nata est ut sibi intellectus possibilis copuletur.

« Quantum ad tertiam partem arguit sanctus Thomas contra hanc Averrois fictionem, et primo absolute ipsam impugnando : secundo, ostendendo ipsam dictis Aristotelis repugnare, c. 61. Quantum ad primum arguit ex duplici via. Prima sumitur ex ipsa hominis operatione, quæ est intelligere, secunda ex natura atque specie hominis, et incipit in septima ratione hujus capitis. In prima via supponitur tanquam manifestum, quod homo intelligat : hoc enim unusquisque in seipso experitur. Ostendit autem quod propter continuationem intellectus cum phantasmate non potest dici homo intelligere, si ponatur intellectus substantia ab homine secundum esse separata : et arguitur primo sic : Id quod habet intellectum, est intelligens, et id intelligitur cujus species intelligibilis intellectui unitur : ergo ex hoc quod species unita intellectui est aliquo modo in nobis, scilicet per phantasma in quo habet veritatis fundamentum, non sequitur quod homo intelligat, sed quod intelligatur.

« Adverte fundamentum hujus primæ rationis esse (ut patet in quæst. *De anima*, art. 2), quod non est aliquid cognoscitivum ex hoc quod adest ei species cognoscibilis, sed ex hoc quod adest ei potentia cognoscitiva. Ex hoc autem quod species intelligibilis aliquo modo unitur homini ratione phantasmatis, non adest homini virtus cognoscitiva, sed tantum ipsa species intelligibilis, cum intellectus remaneat secundum esse ab homine separatus. Idcirco ex tali unione intellectus nobiscum ratione phantasmatis, non sequitur quod homo sit intelligens, sed magis quod intelligatur cum species sui phantasmatis sit unita intellectui.

« Secundo, et est declaratio quædam et explicatio præcedentis rationis. Similis continuatio est intellectus possibilis per formam intelligibilem ad phantasma quod in nobis est, et potentiæ visivæ ad colorem qui est in lapide : sed hæc continuatio non facit lapidem videre, sed videri; ergo et dicta continuatio intellectus nobiscum non facit nos intelligere, sed solum intelligi; ergo non est sufficiens prædictus continuationis modus. Consequentiæ notæ cum minori. Major autem probatur ex comparatione qua utitur et ipse Averroes et Aristoteles, scilicet quod sic se habet species intelligibilis ad phantasmata, sicut species visibilis in

actu ad coloratum extra animam. Ad hanc rationem dupliciter secundum Averroistas responderi potest. Primo, quod ratio supponit falsum, scilicet quod ideo intellectus dicatur nobis copulari, quia ipse intelligat phantasma, quod in nobis est : hoc enim non est ad mentem Averrois, sed ideo secundum ipsum dicitur intellectus nobiscum copulari, quoniam idem cognoscitur ab intellectu et a nostra cogitativa, sed ab intellectu quidem universaliter, a cogitativa autem particulariter; se habent enim sicut ars et securis, quæ in una operatione circa idem continuantur, ars quidem principaliter, securis vero instrumentaliter. Unde comparatio adducta licet sit quantum ad aliquid conveniens, et ratione illius sit ab Aristotele assumpta : non tamen quantum ad omnia conveniens est, et ideo dicitur quod major adductæ rationis est falsa; non enim continuatur visus cum colorato ratione operationis circa idem objectum, sicut intellectus possibilis cum phantasmate.

« Secundo responderi potest, quod secundum Averroem non habet homo ex illa sola unione cum phantasmate ut intelligat, sed ex assistentia intellectus ad corpus humanum tanquam ad proprium mobile essentialiter sibi correspondens, sicut se habet intelligentia ad orbem. Unde verum est dicere ex tali unione quod Socrates intelligit, sicut quod cœlum movet se.

« Sed contra primam harum responsionum arguitur primo, quia non videtur assignari continuatio intellectus nobiscum per phantasma ad mentem Commentatoris, scilicet quia cogitativa et intellectus conveniant in una operatione. Assignans enim Averroes III *De anima*, modum continuationis, inquit quod ideo continuatur nobis intellectus, quia species intelligibilis, quæ est in intellectu, habet duplex subjectum scilicet intellectum ipsum, et phantasma in nobis exsistens. Ex quibus patet quod non ponit continuationem intellectus nobiscum, quia idem cognoscatur ab intellectu per speciem intelligibilem, et a cogitativa per formam imaginatam : sed quia per speciem intelligibilem fit aliqua colligatio intellectus nobiscum, eo quod illa in nobis habeat subjectum, scilicet phantasma, sicut habet pro subjecto intellectum, licet alio et alio modo. Intellectus enim est ejus subjectum per modum inhæsionis, phantasma autem eo quod ejus veritatem fundet. Secundum ergo hanc continuationem procedit ratio, non secundum illam quod intellectus cognoscat phantasma in nobis exsistens : et major assumpta est vera, sicut enim species intelligibilis habet duplex subjectum, ita et species visibilis, scilicet potentiam visivam, et colorem a quo causatur : et ideo utrobique similis est continuatio. Ex quo patet responsionem neque ad mentem rationis datam esse, neque ad mentem Commentatoris.

« Secundo : Esto quod continuationem illam intendat Averroes quam respondendo ponit, sequitur quod homo nihil universaliter ex illa unione cognoscat (cujus oppositum unusquisque experitur) et per consequens homo non intelliget, cum intelligere universalium sit. Probatur consequentia : Continuatur nobiscum intellectus, quia idem comprehensum est ab intellectu et cogitativa : ab intellectu universaliter, a cogitativa particulariter; sed intellectus nihil est hominis, imo est secundum esse ab ipso separatus, ergo per hoc quod intellectus id quod cogitativa cognoscit particulariter ipse universaliter intelligat, non sequitur quod homo universaliter intelligat, sed tantum particulariter comprehendat per suam virtutem cogitativam. Sicut per hoc quod Deus universaliter cognoscat, quod nos particulariter apprehendimus, non sequitur universaliter intelligere.

« Tertio, unio duorum cognoscentium, in aliquo extrinseco objecto, non facit ut eadem numero cognitio unius sit alterius cognitio : idem enim a diversis potest simul diversis cognitionibus apprehendi; ergo quod idem ab intellectu et cogitativa hominis comprehendatur, non facit ut homo cogitans eadem intellectione intelligat qua ipse intellectus; ergo cum non possit dici alia operatione intelligere, cum intelligere sit solius intellectus operatio, sequitur quod per talem continuationem nullo modo potest dici homo intelligens.

« Quarto, intelligere non est per organum corporeum : ergo non conveniunt intellectus et cogitativa in comprehensione ejusdem, ita quod intellectus sit principale agens sicut ars, et cogitativa quæ est in organo corporeo, sicut instrumentum.

« Contra secundam responsionem arguit sanctus Thomas prima parte quæst. 76, et in tractatu *De unitate intellectus*, nonnullis rationibus quæ ab aliis Thomistis sunt explanatæ, ideo non oportet nos in ea improbanda ulterius immorari.

« Tertio arguitur ad conclusionem. Homo est intelligens per intellectum sicut per virtutem cognoscitivam, ergo non per formam intelligibilem conjungitur intellectui, sed e converso per intellectum conjungitur intelligibili; ergo male dicitur quod homo conjungitur intellectui ratione speciei intelligibilis fundatæ in phantasmate. Probatur consequentia, quia cognoscens per virtutem cognoscitivam conjungitur objecto, et non e converso per objectum conjungitur virtuti cognoscitivæ, sicut omne corpus per virtutem operativam conjungitur operato.

« Quarto : Homo intelligit, et non nisi per intellectum, ergo oportet ipsum uniri nobis formaliter, et non solum per suum objectum. Probatur consequentia, quia id quo aliquid operatur, oportet esse formam ejus, quod probatur, tum quia nihil agit nisi secundum quod est actu, actu autem non est aliquid nisi per formam : tum quia Aristoteles per illud probat II *De anima*, tex. 24, animam esse formam.

« Circa hanc propositionem : Id quo aliquid operatur, est forma ejus, dans scilicet esse illi, attendendum quod habet veritatem de eo quo

primo aliquid operatur, si ab operante sit distinctum, ut patet ex Philosopho loco præallegato. Dicitur autem quo primo aliquid operatur, et non convenit sibi per aliquid aliud ut sit tale : imo si alicui hoc convenit, ut scilicet sit quo aliquid operatur, convenit ei per ipsum. Ad hunc sensum propositio est verissima, quia primum principium quo aliquid operatur, necesse est ut activet operantem, cum nihil agat nisi secundum quod est in actu, habet etiam universaliter veritatem de eo quo aliquid operatur tanquam potentia operativa. Et per hoc excluditur objectio quæ posset fieri de divina essentia unita intellectui beatorum; per ipsam enim intellectus beati videt divinam essentiam, et sic per ipsam beatus operatur, et tamen non informat intellectum secundum esse. Constat enim quod non est id quo primo neque quo tanquam virtute intellectiva beatus videt divinam essentiam, sed ipsa animæ substantia est quo primo beatus videt divinam essentiam : intellectus autem est virtus ipsa intellectiva. Supponit enim divina essentia, ut supplet vicem speciei intelligibilis et animam et intellectum per quem anima est capax divinæ visionis, et lumen gloriæ elevans intellectum. Divina autem essentia supplet vicem speciei intelligibilis ex qua ipsa visio speciem sumit, ut sit talis rei intellectio. Nam cum species intellectualis det esse quoddam immateriale et accidentale intellectui, et sit ei principium intelligendi tanquam perficiens ipsum ad intelligendum, divina essentia supplet vicem speciei, non quantum ad primum, sed quantum ad secundum, ut ostenditur inferius in libro III.

« Circa illam propositionem : Homo intelligit, et non nisi per intellectum, attende, quod per dictionem illam exclusivam non excluditur species intelligibilis, sed excluditur alia virtus sive aliud quo primo homo intelligat; nullo enim alio tanquam prima virtute intelligendi homo intelligit quam intellectu, non faciendo distinctionem pro nunc inter intellectum et animam intellectivam.

« Ad hanc rationem ab Averroistis respondetur, negando ejus fundamentum, scilicet, id quo aliquid operatur, est forma ejus, si intelligatur de forma dante esse, non enim oportet quo aliquid operatur, dare esse operanti, sed sufficit ut sit operans intrinsecum : et cum probatur, quia oportet ut agens sit in actu per id quo operatur, non est autem in actu per illud, nisi uniatur sibi secundum esse : respondetur quod compositum esse in actu per aliquid potest esse, aut quia esse unius partis recipiatur in alia, sicut esse formæ recipitur in materia, aut quia id quod alteri unitur, sit ens actu in se. Modo, non oportet ut id quod operatur per aliquid, sit in actu per ipsum primo modo, sed sufficit ut sit per ipsum in actu altero illorum modorum. Contra hanc responsionem arguitur ut arguebamus in quæstionibus nostris de anima. Primo, quia apud philosophos nunquam reperitur, ideo unum dici per aliquid fieri actu, quia illud exsistens per se actu, unitur sibi ad operandum, cum enim esse actu, opponatur ei quod est esse in potentia, sicut non dicitur aliquid esse in potentia ad formam, quia ipsa forma nata est sibi uniri alio modo quam per esse, sed quia natum est per ipsam formam habere esse (per hoc enim cognoscitur differentia materiæ a forma, et naturam ejus esse puram potentiam, quia videlicet nata est a formis actuari secundum esse), ita et aliquid esse actu, per formam, erit non tantum uniri sibi formam per se actu exsistentem, sed per ipsam habere esse.

« Secundo, quia ratio Aristotelis ad probandum animam esse formam dantem esse corpori, erit vana, et universaliter de nulla forma ex operationibus probari poterit quod det esse operanti. Poterit enim dici quoniam id quo primo movemur, sentimus, etc., non est forma dans esse operanti, sed quod ipsa in se actu exsistens unitur corpori ut motor : et sic non oportet animam corpus informare. Confirmatur, quia tunc secundum hanc responsionem, cum plures trahunt navim, poterit dici quod unus est ab actu per alium, et quod operatur in quantum est actu per illum : quod ab omni philosophia est alienum.

« Quinto, species intelligibilis secundum quod est in phantasmatibus, non est intelligibilis actu, sicut nec species coloris est sensata in actu secundum quod est in lapide, et per consequens non est unum cum intellectu possibili : quia intelligibile in actu est unum cum intellectu in actu, non autem intelligibile in potentia cum intellectu in potentia. Ergo non continuatur nobiscum secundum quod est in intellectu possibili, ergo non potest esse medium quo continuetur nobiscum intellectus possibilis. Probatur prima consequentia, quia secundum positionem prædictam, sic solum continuatur nobiscum species intelligibilis, secundum quod est in phantasmatibus. Secunda quoque consequentia probatur, quia sic talis species secundum quod continuatur cum intellectu possibili, non continuatur nobiscum, nec e converso. Subjungit autem sanctus Thomas auctorem hujus positionis per æquivocationem deceptum esse, quia cum dupliciter dicatur actu intelligibile, aut scilicet, quia potest movere intellectum possibilem, aut quia est intellectum in actu tanquam factum unum cum intellectu possibili in actu, sicut dicitur visibile actu, aut quia potest movere visum, sicut colores præsente lumine, aut quia est actu sensatum, secundum quod est unum cum visu in actu, sicut species visibilis, non distinxit hæc positio unum modum ab alio, sed existimavit in ipso phantasmate esse formam actu intellectam, quia lumine intellectus agentis possunt phantasmata movere intellectum : et ideo cum intellectum in actu sit unicum intellectui, existimavit per talem formam fieri copulationem inter intellectum et hominem, tanquam per medium quoddam et vinculum uniens.

« Attendendum hoc loco, quod dicitur forma intellecta in actu, aut sensata in actu, quando unitur actu intellectui aut sensui, et illi suum objectum repræsentat aut actu perfecto, aut habitualiter : hoc autem est quando est actualiter forma intellectus aut sensus, nam dum est ab intellectu aut sensu separata, non est unum cum intellectu aut sensu, nec illi suum objectum repræsentat. Et ideo videtur hic sanctus Thomas nullam ponere differentiam inter formam secundum quod est intellecta, aut sensata in actu, et ipsam ut est unum cum intellectu aut sensu. Ex quo patet quod aliud est dicere (si proprie loquamur) formam esse actu intelligibilem aut sensibilem, et ipsam esse actu intellectam, aut sensatam; dicitur enim esse actu intelligibilis, aut sensibilis, quando habet esse secundum quod potest intellectum aut sensum movere, causando in ipso formam intellectam aut sensatam in actu, et sic colores extra exsistentes præsente lumine dicuntur actu visibiles, illa secundum esse quod habent extra, assistente lumine possunt movere sensum. Res autem materiales secundum esse naturale non sunt in actu intelligibiles : quia secundum illud non possunt movere intellectum, sed secundum quod per phantasma sunt in phantasia præsente lumine intellectus agentis sunt actu intelligibiles, quia per lumen intellectus agentis possunt movere intellectum possibilem. Dicitur autem intellecta actu aut sensata, quia est actualiter unita intellectui, aut sensui, et illi actualiter objicitur, aut perfecte, aut habitualiter, ut accidit in intellectu.

« Sed ad hanc rationem sancti Thomæ posset dici quod procedit ex malo intellectu positionis Commentatoris. Non enim ideo ponit Commentator fieri continuationem intellectus nobiscum per speciem intelligibilem, quasi eadem numero species quæ actuat intellectum, actuet etiam phantasma, ut videtur ratio supponere : sed quia species exsistens in intellectu habet fundamentum in phantasmate : et illud aliquo modo repræsentat : et sic intellectus continuatur phantasmati, sicut speculum continuatur homini, cujus species resultat in speculo.

« Contra hanc responsionem arguitur ex doctrina sancti Thomæ in tractatu *De unitate intellectus*, quia non poterit salvari aliquo pacto ex hoc unionis modo id quod intendit Commentator. Vult enim ostendere quod non obstante separatione intellectus, secundum esse potest homini attribui quod intelligat propter continuationem intellectus cum phantasmate. Hoc autem nullam habet apparentiam posito illo modo unionis : non enim propter eam continuationem quam habet speculum cum homine, sequitur ut homo habeat speculi actionem, quæ est repræsentare. Ergo ad hoc ut aliquid apparentiæ habeat sua positio, oportet ut intelligamus eam unionem intellectus cum phantasmate per speciem, sic quod species sit actu in intellectu, et sit etiam in phantasmate : quamvis sic etiam ipsa positio veritatem non contineat, ut est ostensum.

« Sexto, in homine est altior operatio vitæ quam in animali, quæ est intelligere : ergo homo habet altiorem speciem vitæ quam sit vita animalis, ergo habet altiorem animam qua vivit, quam sit anima sensibilis, ergo intellectus est anima hominis, et per consequens ejus forma. Antecedens patet ex confesso ab omnibus. Consequentia vero probatur, quia ubi invenitur altior operatio viventis, ibi invenitur altior species vitæ correspondens illi actioni, ut patet comparando animalia ad plantas. Secunda quoque probatur, quia vita est per animam. Ultima autem patet, quia nulla anima est altior sensibili quam intellectus, id est quam anima intellectiva.

« Adverte, quod contra hanc rationem instari non potest dicendo quod intelligere apud sanctum Thomam non est ab anima active, sed tantum passive, ab objecto autem active, ut falso ascribere videtur sibi Scotus IV *Sentent.*, dist. 43, quæst. 2. Non enim apud sanctum Thomam intellectus mere passive concurrit ad intellectionem, sed etiam aliquo modo active, in quantum ipsam elicit intellectionem, licet hoc non possit nisi recipiendo speciem ab objecto, quod est quoddam pati. Sed de hoc satis in superioribus est dictum. Quantum ad secundam viam, arguitur primo ex hac septima ratione sic. Sequitur enim, quod homo non differt a brutis per hoc, quod est intellectum habens : hoc est manifeste falsum, ergo, etc. Probatur consequentia, quia si sit intellectus separatus secundum esse ab homine, unitus autem tantum modo prædicto, homo non sortietur speciem per unionem ad intellectum, sed tantum per formam sensibilem, quia talis unio consequitur hominis operationem, cum consequatur phantasiam, quæ est motus factus a sensu secundum actum : quod autem consequitur ad operationem alicujus rei, non largitur ei speciem; nam operatio est actus secundus; forma autem per quam aliquid speciem habet, est actus primus. Octavo, eadem via arguitur. Si homo sortitur speciem per hoc quod est rationalis, et intellectum habens, quicunque est in specie humana, est rationalis, et intellectum habens : puer etiam antequam egrediatur ex utero, erit rationalis, et intellectum habens, cum sit in specie humana, et tamen in ipso nondum sunt phantasmata, ergo non erit homo rationalis, et intellectum habens, propter dictam continuationem.

« Adverte circa hanc rationem, quod antecedens conditionalis accipit sanctus Thomas tanquam confessum, quoniam si hoc non esset, tunc homo non differret specie a brutis, per hoc quod est ipsum esse rationalem, et habere intellectum, ad quod tanquam ad inconveniens, in præcedenti ratione deduxerat. »

QUOD HOMO NON SORTITUR SPECIEM PER INTELLECTUM PASSIVUM, SED PER INTELLECTUM POSSIBILEM. (Cap. 60.)

« His autem rationibus obviatur secundum

prædictam positionem. Dicit enim prædictus Averroes quod homo differt specie a brutis per intellectum quem Aristoteles vocat passivum, qui est ipsa vis cogitativa, quæ est propria homini : loco cujus alia animalia habent quamdam æstimativam naturalem. Hujus autem cogitativæ virtutis est distinguere intentiones individuales, et comparare eas adinvicem : sicut intellectus qui est separatus et immistus, comparat et distinguit inter intentiones universales : et quia per hanc virtutem simul cum imaginativa et memorativa præparantur phantasmata ut recipiant actionem intellectus agentis, a quo fiunt intelligibilia actu, sicut sunt aliquæ artes præparantes materiam artifici principali : ideo prædicta virtus vocatur nomine intellectus et rationis, de qua medici dicunt quod habet sedem in media cellula capitis, et secundum hujus dispositionem virtutis differt homo unus ab alio in ingenio, et in aliis quæ pertinent ad intelligendum : et per usum hujus et exercitium acquirit homo habitum scientiæ : unde habitus scientiarum sunt in hoc intellectu passivo, sicut in subjecto, et hic intellectus passivus a principio adest puero, per quem sortitur speciem humanam antequam actu intelligat. Quod autem hæc sint falsa, et abusive dicta, evidenter apparet : operationes enim vitæ comparantur ad animam ut actus secundi ad primum, ut patet per Philosophum in tertio *De anima*. Actus autem primus in eodem præcedit tempore actum secundum : sicut scientia est ante considerare; in quocunque igitur invenitur aliqua operatio vitæ, oportet imponere aliquam partem animæ quæ comparatur ad illam operationem sicut actus primus ad secundum : sed homo habet propriam operationem supra alia animalia, scilicet intelligere et ratiocinari, quæ est operatio hominis in quantum homo est, ut Aristoteles dicit in I *Ethic.*, ergo oportet in homine ponere aliquod principium quod proprie dat speciem homini : quod se habeat ad intelligere sicut actus primus ad secundum. Hoc autem non potest esse intellectus passivus prædictus : quia principium prædictæ operationis oportet esse impassibile, et non mistum corpori, ut Philosophus probat : cujus contrarium apparet de intellectu passivo; non igitur est possibile quod per virtutem cognitivam quæ dicitur intellectus passivus, homo speciem sortiatur per quam ab aliis animalibus differat.

« 2. Adhuc, quod est passio partis sensitivæ, non potest ponere in altiori genere vitæ quam sit vita sensitiva : sicut quod est passio animæ nutritivæ, non ponit in altiori genere vitæ quam sit vita nutritiva. Constat autem quod phantasia et hujusmodi potentiæ quæ ad ipsam consequuntur, ut memorativa et consimiles, sunt passiones partis sensitivæ, ut probat Philosophus in lib. *De memoria :* non igitur per prædictas virtutes vel aliqua earum, animal aliquod potest poni in altiori genere vitæ, quam sit anima sensitiva. Homo autem est in altiori genere vitæ, quod patet per Philosophum in II *De anima*, qui distinguens genera vitæ, superaddit intellectivum (quod homini attribuit) sensitivo : quod attribuit communiter omni animali; non igitur homo est vivens vita sibi propria per virtutem cogitativam prædictam.

« 3. Amplius, omne movens seipsum, secundum quod probat Philosophus in VIII *Physicorum*, componitur ex movente et moto : homo autem, sicut et alia animalia, est movens seipsum; ergo movens et motum sunt partes ipsius. Primum autem movens in homine est intellectus, nam intellectus suo intelligibili movet voluntatem. Nec potest dici quod solus intellectus passivus sit movens, quia intellectus passivus est solum particularium; in movendo autem accipitur universalis opinio, quæ est intellectus possibilis : et particularis, qui potest esse intellectus passivi, ut patet per Aristotelem in III *De anima*, et in VII *Ethic.*; ergo intellectus possibilis est aliqua pars hominis, et est dignissimum et formalissimum in ipso; ergo ab eo speciem sortitur, et non ab intellectu passivo.

« 4. Adhuc, intellectus possibilis probatur non esse actus corporis alicujus propter hoc quod est cognoscitivus omnium formarum sensibilium in universali : nulla igitur virtus cujus operatio se extendere potest ad universalia omnium formarum sensibilium, potest esse actus alicujus corporis, voluntas autem est hujusmodi : omnium enim eorum quæ intelligimus, possumus habere voluntatem, saltem ea cognoscendi : apparet etiam actus voluntatis in universali : odimus enim, ut dicit Aristoteles in sua *Rhetorica*, in universali latronum genus : irascimur autem particularibus tantum; voluntas autem non potest esse actus alicujus partis corporis, nec consequi aliquam potentiam quæ sit actus corporis : omnis autem pars animæ est actus alicujus corporis præter solum intellectum proprie dictum; igitur voluntas in intellectiva parte est. Unde et Aristoteles dicit in III *De anima*, quod voluntas in ratione est : irascibilis autem et concupiscibilis in parte sensitiva, propter quod et actus concupiscibilis et irascibilis cum passione sunt : non autem actus voluntatis, sed cum electione; voluntas autem hominis non est extrinseca ab homine quasi in quadam substantia separata fundata, sed in ipso homine : aliter enim non esset dominus suarum actionum, quia ageretur voluntate cujusdam substantiæ separatæ, et in ipso essent tantum potentiæ appetitivæ cum passione operantes, scilicet irascibilis et concupiscibilis, quæ sunt in parte sensitiva, sicut et in cæteris animalibus, quæ magis aguntur quam agant. Hoc autem est impossibile, et destructivum totius moralis philosophiæ et politicæ conversationis. Oportet igitur intellectum possibilem in nobis esse per quem a brutis differamus : et non solum secundum intellectum passivum.

« 5. Item, sicut nihil est potens agere nisi per potentiam activam in ipso exsisten-

tem, ita nihil potens est pati nisi per potentiam passivam quæ est in ipso; combustibile enim est potens comburi, non solum quia est aliquid potens comburere ipsum; sed etiam quia in se habet potentiam ut comburatur. Intelligere autem quoddam pati est, ut dicitur in III *De anima*. Cum igitur puer sit intelligens potentia, et si non actu intelligam, oportet quod sit in eo aliqua potentia qua sit potens intelligere : hæc autem potentia est intellectus possibilis. Oportet igitur quod puero jam sit conjunctus intellectus possibilis antequam actu intelligat; non est igitur continuatio intellectus possibilis cum homine per formam intellectam in actu, sed ipse intellectus possibilis inest homini a principio sicut aliquid ejus. Huic autem rationi respondet Averroes prædictus; dicit enim quod puer dicitur potentia intelligere, duplici ratione : uno modo, quia phantasmata quæ sunt in ipso, sunt intelligibilia in potentia; alio modo, quia intellectus possibilis est potens continuari cum ipso, et non quia intellectus sit jam unitus ei. Ostendendum est autem quod uterque modus sit insufficiens : alia enim potentia est qua agens potest agere, et alia potentia qua patiens potest pati : et ex opposito dividuntur. Ex eo igitur quod convenit alicui quod possit agere, non competit ei quod possit pati. Posse autem intelligere, est posse pati : cum intelligere quoddam pati sit, secundum Philosophum; non igitur dicitur puer potens intelligere ex eo quod phantasmata in eo possunt esse intelligibilia in actu, cum hoc pertineat ad posse agere : phantasmata enim movent intellectum possibilem.

« 6. Adhuc, potentia consequens speciem alicujus non competit ei secundum id quod speciem non largitur. Posse autem intelligere, consequitur speciem humanam : est enim intelligere operatio hominis in quantum hujusmodi; phantasmata autem non dant speciem humanam, sed magis consequuntur operationem hominis. Non ergo ratione phantasmatum potest dici puer potentia intelligens.

« 7. Similiter autem neque potest dici puer posse intelligere, quia intellectus possibilis potest continuari cum ipso. Sic enim aliquis dicitur potentia agere vel pati per potentiam activam vel passivam, sicut dicitur albus per albedinem. Non autem aliquis dicitur albus antequam albedo sit ei conjuncta; ergo neque dicitur aliquis potens agere vel pati antequam potentia activa vel passiva ei adsit. Non ergo de puero posset dici quod est potens intelligere antequam intellectus possibilis, qui est potentia intelligendi, sit ei continuatus.

« 8. Præterea, aliter dicitur aliquis potens operari antequam habeat naturamqua operetur, et aliter postquam jam habet naturam; sed impeditur per accidens ab operando : sicut aliter dicitur corpus potens ferri sursum antequam sit leve : et aliter postquam jam est generatum leve, sed impeditur in suo motu. Puer autem est in potentia intelligens, non quasi nondum habens naturam intelligendi, sed habens impedimentum ut non intelligat; impeditur enim ab intelligendo propter multimodos motus in ipso exsistentes, ut dicitur in VII *Physicorum*. Non igitur propter hoc dicitur potens intelligere, quia intellectus possibilis qui est intelligendi principium, potest continuari sibi, sed quia jam est continuatus, et impeditur ab actione propria, unde impedimento remoto statim intelligit.

« 9. Item, habitus est quo quis operatur cum voluerit : oportet igitur ejusdem esse habitum, et operationem quæ est secundum habitum. Sed considerare intelligendo, quod est actus hujus habitus qui est scientiæ, non potest esse intellectus passivi, sed est ipsius intellectus possibilis; ad hoc enim quod aliqua potentia intelligat oportet quod non sit actus corporis alicujus : ergo et habitus scientiæ non est in intellectu passivo, sed in intellectu possibili. Scientia autem in nobis est secundum quam dicimur scientes : ergo et intellectus possibilis est in nobis, non secundum esse a nobis separatus.

« 10. Adhuc, scientia est assimilatio scientis ad rem scitam; rei autem scitæ in quantum est scita, non assimilatur sciens nisi secundum species universales. Scientia enim de hujusmodi est; species autem universales non possunt in intellectu passivo esse, cum sit potentia utens organo, sed solum in intellectu possibili. Scientia igitur non est in intellectu passivo, sed solum in intellectu possibili.

« 11. Amplius, intellectus in habitu, ut adversarius confitetur, est effectus intellectus agentis : intellectus autem agentis effectus sunt intelligibilia in actu, quorum proprium recipiens est intellectus possibilis, ad quem comparatur agens, sicut ars ad materiam, ut Aristoteles dicit in III *De anima*; oportet igitur intellectum in habitu, qui est habitus scientiæ esse in intellectu possibili non passivo.

« 12. Præterea impossibile est quod perfectio superioris substantiæ dependeat ab inferiori, perfectio autem intellectus possibilis dependet ab operatione hominis; dependet enim a phantasmatibus quæ movent intellectum possibilem. Non igitur est intellectus possibilis aliqua substantia superior homine : ergo oportet quod sit aliquid hominis ut actus et forma ipsius.

« 13. Adhuc, quæcunque sunt separata secundum esse, habent etiam separatas operationes : nam res sunt propter suas operationes, sicut actus primus propter secundum; unde Aristoteles dicit in primo *De anima*, quod si aliqua operationem animæ est sine corpore, possibile est animam separari. Operatio autem intellectus possibilis indiget corpore : dicit enim Philosophus in III *De anima*, quod anima potest agere per seipsam, scilicet intelligere : quando intellectus est factus in actu per speciem a phantasmatibus abstractam quæ

non sunt sine corpore : igitur intellectus possibilis non est omnino a corpore separatus.

« 14. Amplius, cuicunque competit aliqua operatio secundum naturam, sunt ei a natura attributa ea sine quibus illa operatio compleri non potest : sicut Aristoteles probat in lib. II *De cœlo*, si stellæ moverentur motu progressivo ad modum animalium, quod natura dedisset eis organa motus progressivi : sed operatio intellectus possibilis completur per organa corporea in quibus necesse est esse phantasmata : natura igitur intellectum possibilem corporeis univit organis, non est igitur secundum esse a corpore separatus.

« 15. Item, si sit secundum esse a corpore separatus, magis intelliget substantias quæ sunt a materia separatæ, quam formas sensibiles : quia sunt magis intelligibiles, et magis ei conformes; non potest autem intelligere substantias omnino a materia separatas : quia eorum non sunt aliqua phantasmata, hic autem intellectus nequaquam sine phantasmate intelligit, ut Aristoteles dicit in tertio *De anima :* sunt enim ei phantasmata sicut sensibilia sensui, sine quibus sensus non sentit : non est igitur substantia separata a corpore secundum esse.

« 16. Adhuc, in omni genere tantum se extendit potentia passiva quantum potentia activa illius generis : unde non est aliqua potentia passiva in natura cui non respondeat aliqua potentia activa naturalis : sed intellectus agens non facit intelligibilia nisi per phantasmata : ergo nec intellectus possibilis movetur ab aliis intelligibilibus, nisi a speciebus a phantasmatibus abstractis, et sic substantias separatas intelligere non potest.

« 17. Amplius, in substantiis separatis sunt species rerum sensibilium intelligibiliter, per quas de sensibilibus scientiam habent; si igitur intellectus possibilis intelligit substantias separatas, in eis acciperet sensibilium cognitionem : non ergo acciperet eas a phantasmatibus, quia natura non abundat superfluis. Si autem dicatur quod substantiis separatis non adest cognitio sensibilium, saltem oportebit dicere quod eis adsit altior cognitio : quam oportet non deesse intellectui possibilis, si prædictas substantias intelligit; habebit igitur duplicem scientiam : unam per modum substantiarum separatarum, aliam a sensibus acceptam, quarum altera superflua erat.

« 18. Præterea, intellectus possibilis est quo intelligit anima, ut dicitur in III *De anima :* si igitur intellectus possibilis intelligit substantias separatas, et nos intelligimus eas : quod patet esse falsum, habemus enim nos ad eas sicut oculus noctuæ ad solem, ut Aristoles dicit.

« 19. His autem respondetur secundum positionem prædictam. Intellectus enim possibilis secundum quod est in se subsistens, intelligit substantias separatas : et est in potentia ad eas sicut diaphanum ad lucem, secundum autem quod continuatur nobis a principio, est in potentia ad formas a phantasmatibus abstractas; unde nos a principio non intelligimus per eum substantias separatas. Sed hoc stare non potest; intellectus enim possibilis ex hoc dicitur secundum eos continuari nobis, quod perficitur per species intelligibiles a phantasmatibus abstractas : prius igitur est considerare intellectum ut in potentia ad hujusmodi species, quam ut continuatur nobis; non igitur per hoc quod continuatur nobis est in potentia ad hujusmodi species.

« 20. Præterea, secundum hoc esse in potentia ad prædictas species, non esset ei secundum se conveniens, sed per aliud : per ea autem quæ non conveniunt alicui secundum se, non debet aliquid definiri, non igitur ratio intellectus possibilis est ex hoc quod in potentia est ad prædictas species, ut definit ipsum Aristoteles in III *De anima.*

« 21. Adhuc, impossibile est intellectum possibilem simul multa intelligere, nisi unum per aliud intelligat, non enim una potentia simul pluribus actibus perficitur nisi secundum ordinem. Si igitur intellectus possibilis intelligat substantias separatas, et species a phantasmatibus abstractas, oportet quod vel intelligat per species hujusmodi substantias separatas, vel e converso.

« 22. Quodcunque autem detur, sequitur quod nos intelligimus substantias separatas, quia si nos intelligimus naturas sensibilium, in quantum intelligit eas intellectus possibilis : intellectus autem possibilis intelligit eas per hoc quod intelligit substantias separatas; similiter et nos intelligimus : et similiter si sit e converso. Hoc autem est manifeste falsum : non igitur intellectus possibilis intelligit substantias separatas; non est igitur substantia separata. »

IX.

Dans un passage que cite M. Hauréau, Duns Scot dit :

« Quia materia est receptiva omnium formarum substantialium et accidentalium, ideo maxime est in potentia respectu earum et ideo definitur per esse in potentia secundum Aristotelem : *Non enim habet actum distinguentem, vel dividentem, vel receptum, vel informantem et dantem sibi esse specificum.* Ex quo tamen est receptivum istius actus per suppositum et est causa compositi, non potest esse nihil, quod nihil non est alicujus receptivum. » (Scot., *in Sentent.* lib. II, dist. 12, quæst. 1.)

M. Hauréau, après avoir cité ce passage, ajoute : « Ce langage n'a jamais bien été compris; les plus fervents scotistes ont toujours été fort empêchés de démontrer nettement ce qui distingue l'*actus dividens, receptus, informans*, de l'acte proprement dit, et l'existence *in actu*, de l'existence *in potentia subjectiva.* » (Hauréau, *De la philosophie scolastique*, t. II, p. 322, 323.) — Il nous semble évident que M. Hauréau n'a pas lu avec son attention ordinaire ces quelques

lignes du Docteur subtil. Scot ne distingue nullement l'existence *in actu* et l'existence *in potentia subjectiva*. Au contraire, il soutient que ce qui existe *in potentia subjectiva*, existe, par là même en acte. En second lieu, il est facile et très-facile de comprendre qu'autre chose est l'acte en vertu duquel une chose réalise un possible, et l'acte en vertu duquel elle a une essence et appartient à une espèce. Cette théorie de Scot, qui distingue dans l'être son essence et son énergie active, peut être fausse (nous n'examinons pas ici cette thèse); mais, à coup sûr, elle est parfaitement intelligible.

X.

Il y a eu un très-grand nombre d'hypothèses qui se sont produites pour expliquer la domination d'Aristote au moyen âge. Nous en avons déjà réfuté plusieurs. Nous en signalerons une très-importante, parce qu'elle tend à s'accréditer et qu'elle est à la fois très-contraire aux intérêts de la science historique, à ceux des croyances catholiques, et enfin à la vérité. Voici en quels termes M. Cournot; dont nous avons déjà parlé comme d'un des plus intelligents défenseurs des idées de Reid et de Kant, en parle dans son traité *De l'âme*.

« Lorsqu'après cinq ou six siècles d'anarchie et d'ignorance, quelque ordre eut été rétabli et que des écoles furent ouvertes, le christianisme, qui exerçait un empire absolu, eut recours à la philosophie, non comme à une compagne, mais comme à une auxiliaire soumise, qui se chargeât du rôle subalterne de définir, de développer et de démontrer des principes supérieurs et établis *a priori*. Le platonisme ne pouvait remplir cet office : il était trop dogmatique et trop ambitieux; il était presque une religion. Il pouvait être un rival, il ne pouvait être un subordonné. Le péripatétisme devait mieux remplir le but proposé. Sa métaphysique était équivoque, et pouvait être considérée comme un système logique, aussi bien et même mieux que comme une ontologie; sa physique contenait, il est vrai, quelques propositions hétérodoxes; mais elles ne faisaient pas corps avec l'ensemble, et pouvaient facilement en être détachées. Ses autres traités, notamment sa morale et sa rhétorique, présentaient une multitude de notions plus ou moins solides, qui n'avaient rien d'incompatible avec les croyances consacrées. Enfin sa logique, machine puissante qui ne crée pas les principes, les accepte tout formés et se borne à les mettre en œuvre, offrait une assistance précieuse à la foi dogmatique. Aussi le catholicisme épousa-t-il la logique péripatéticienne, après l'avoir pliée à son usage. Il se l'incorpora au point d'en devenir inséparable; il la fit prédominer pendant le moyen âge, et l'a maintenue jusqu'à nos jours dans certaines écoles, nonobstant les réformes accomplies depuis deux siècles et demi. » (Cournot, *De l'âme*, liv. II.)

Que M. Cournot nous permette de le lui dire, il serait difficile d'être plus inexact qu'il ne l'est en cet endroit.

1° L'Eglise n'a jamais adopté la métaphysique péripatéticienne. Quelques-uns de ses docteurs, comme Albert, saint Thomas, Scot, ont été ou se sont crus plus ou moins péripatéticiens, comme d'autres, en plus grand nombre, comme saint Clément d'Alexandrie, saint Augustin, et plus tard Bossuet et Fénelon, montrèrent certaines tendances vers le platonisme. Le moyen âge lui-même ne se donna pas tout entier et tout d'un coup à Aristote. Platon fut regardé comme le prince de la philosophie jusqu'au milieu du XIIIe siècle; et déjà, vers la fin du XIVe, Mayronis, au nom de l'école scotiste, l'acclamait de nouveau. Ajoutons même que, du temps de saint Thomas, plusieurs théologiens n'étaient pas pour Aristote.

2° Il n'est pas vrai que la métaphysique d'Aristote, soit en elle-même, soit aux yeux du moyen âge, ne fut qu'une logique, et qu'elle doit être considérée comme plus équivoque que le platonisme. Au contraire, c'est la doctrine de l'Académie qui est essentiellement flottante; elle embrasse tout, depuis le demi-éléatisme du *Parménide* et du *Sophiste*, jusqu'au dualisme du *Timée*. Entre des dialogues de tendances si diverses, il y a de la marge pour les interprétations des *idées* platoniciennes dans un sens orthodoxe. Les Pères en jugeaient ainsi. Au contraire, l'ontologie d'Aristote, sans avoir la précision de l'ontologie moderne, est bien plus arrêtée que celle du divin rêveur du cap Sunium.

3° Les *hérésies* contenues dans la *Physique* d'Aristote (exemple, l'éternité de la matière, le dualisme, la négation de la Providence) ne sont nullement des hors-d'œuvre dans la philosophie péripatéticienne, comme le suppose M. Cournot. Il suffit de la connaître un peu pour savoir qu'elles lui sont profondément et logiquement inhérentes.

4° L'autorité d'Aristote au moyen âge fut un despotisme, sans doute, mais elle ne fut pas une tyrannie. J'entends par là qu'Aristote ne s'imposa point de force, en escaladant la conscience intellectuelle de l'Europe et en violant pour ainsi dire sa constitution philosophique. La scolastique, après l'avoir balancée deux siècles avec celle de Platon, la recueillit et l'acclama librement, quand elle fut arrivée, par son mouvement propre, à une ontologie semblable à celle du Lycée. Nous croyons avoir prouvé que toute autre explication est insuffisante ou contraire à l'histoire.

XI.

N'est-il pas évident, sans invoquer des faits plus nombreux, que les progrès de toute science se rattachant à un certain nombre de données initiales qui les produisent par leur vertu logique, après avoir été longuement élaborés dans la pensée humaine, le secret de cette élaboration est la grande question pour tout savant qui se comprend lui-même?

Or, nous n'avons pas besoin de montrer, sans doute, comment le secret de cette élaboration doit être cherché, d'une part, dans l'histoire de la science au XVe et au XVIe siècle, c'est-à-dire à l'époque où les grandes théories qui la dominent ont apparu pour la créer, d'autre part, dans l'histoire de la métaphysique au moyen âge, c'est-à-dire à l'époque où les principes métaphysiques qui ont donné lieu à ces progrès se dégagent lentement à travers les ruines des principes métaphysiques de l'antiquité, recueillis par Aristote.

« Où va l'opinion de Duns Scot? à la négation de la substance de l'âme : si l'âme n'est pas un sujet distinct de ses énergies, la végétabilité, la notification, la sensibilité, l'intellect, il suit que l'âme n'est pas une cause, un principe d'action, mais quelque universel prédicable des diverses formes substantielles. Dans l'opinion de saint Thomas, au contraire, l'âme est ce qu'elle est par elle-même, une substance qui se manifeste par ses énergies propres et s'en distingue réellement, autant que la réalité du personnel, du plus individuel des sujets se distingue de la réalité des modes, des attributs les plus inséparables de leur sujet commun. C'est la doctrine spiritualiste et Duns Scot paraît avoir été plus porté vers sa doctrine physiologique. Il faut pourtant faire avec Zabarella cette importante réserve. Quand saint Thomas traite des facultés de l'âme, il semble quelquefois les considérer comme des agents intermédiaires entre la substance de l'âme et ses opérations. Ce serait donner dans un écart au moins aussi répréhensible que celui de Duns Scot. Il est vraisemblable que G. de Rimini, adversaire déclaré des fictions réalistes, s'est prononcé contre la thèse de saint Thomas, parce qu'il a cru y trouver quelqu'une de ces fictions. » (Hauréau, II, 482.)

Cette opinion de M. Hauréau est erronée comme nous le verrons plus tard.

CX.

« Qu'on y prenne bien garde : elles (les écoles thomiste et réaliste) n'ont rien à débattre sur la nature même de la forme; sur ce qui appartient à la définition de cet élément de la substance, sur cela elles sont d'accord. » (Hauréau, II, p. 349.)

Erreur : au contraire saint Thomas regarde la forme comme étant à la fois le principe qui actualise et le principe qui détermine; Scot nie indirectement cette assertion thomiste et péripatéticienne qui joue un si grand rôle dans la science de l'antiquité et du moyen âge.

CXI.

« C'est Duns Scot qui, le premier, exposera la thèse de la forme actualisant la matière avec tous les développements que comporte cette thèse si féconde.» (Hauréau, I, 430.)

Erreur : si Duns Scot avait soutenu cette thèse, il ne l'aurait pas soutenue le premier : nous l'avons déjà trouvée dans Abélard; elle fut très-répandue au XIIe siècle. Mais Duns Scot l'a explicitement rejetée; suivant lui, le principe d'individuation n'est ni la matière, ni la forme, mais un *élément* à part et *sui generis.*

CXII.

M. Hauréau regarde Hervé comme un intermédiaire entre l'école thomiste et Ockam. Et en même temps il est obligé de reconnaître qu'Hervé prend une attitude éclectique entre saint Thomas et D. Scot.

Il note aussi lui-même qu'Aristote est un des prédécesseurs d'Ockam, et Auriol se déclare très-explicitement contre les thomistes.

Comment concilier tous ces faits avec le point de vue qu'il adopte?

CXIII.

Erreur singulière sur la scolastique.

David de Dinand, ayant soutenu que Dieu est matière première, fut réfuté par saint Thomas et passa condamnation.

(Francis Wey, *Hist. des révolutions du langage en France*, p. 185.)

CXIV.

Varron n'est pas seulement cité par Duns Scot et son école, mais encore par Pierre Auriol et par ses annotateurs. (*Voy. Commentariorum in primum librum Sententiarum*, auctore Petro Aureolo Verberio, Romæ, MDXCVI, t. I, p. 8.)

CXV.

Auriol est, avant tout, un esprit indépendant et un peu batailleur; il se prononce dès le début contre saint Thomas, contre Varron, contre Godefroid des Fontaines, contre Scot. L'annotateur écrit même à la marge cette curieuse observation : *Iste vir non modeste loquitur contra Scotum.*

CXVI.

Expérience; son rôle attesté par Pierre Auriol.

« Prima quidem via experientiæ cui adhærendum est potius quam quibuscunque logicis rationibus, cum ab experientia habeat ortum scientia et communes animi conceptiones, quæ sunt principia artis unde sumantur secundum Philosophum.»

CXVII.

Analogie entre les scotistes et les cartésiens. — Evidence, caractère de la science.

« Nota secundo evidentiam seu claritatem non distingui realiter ab actu claro; quia nullum est fundamentum talis distinctionis, cum repugnet actum scientiæ poni sine claritate, vel fides sine obscuritate. » (H. Cavellus, *Disput. de anima*, t. III, p. 6.)

Cavellus ne reconnaît d'évidence infaillible que l'évidence métaphysique. — L'évidence physique peut être trompeuse comme le prouve le mystère de l'Eucharistie. (*Ibid.*, II, 635.)

« Omne enim evidens est certum.» (*Ibid.*, II, 636.)

CXVIII.

Deux principes dominent la théorie de saint Thomas sur les idées humaines : le premier, que l'âme ne peut recevoir dans son intellect que ce qui lui est conforme; le second, que l'intellect est purement passif et se comporte à l'égard de la connaissance comme une puissance toute nue.

Nous avons déjà expliqué le premier de ces deux principes. Le second a la même origine. L'intelligence d'un être doit être conforme à cet être. Or nous sommes par notre nature une puissance qui n'a pas en elle sa forme. Donc.... De là suit 1° la négation de la théorie moderne; 2° l'affirmation des espèces intermédiaires.

1° La négation de la théorie moderne. Car, en premier lieu, le point de départ de nos connaissances n'est pas pris en nous-mêmes : le premier objet de l'intelligence c'est la quiddité matérielle, puisque nous-mêmes nous sommes une quiddité matérielle. En second lieu, l'essence des choses nous est donnée sous des conditions matérielles, puisque notre intellect les reçoit suivant notre mode d'exister. Il ne s'agit que de la dégager par voie d'abstraction. En troisième lieu, nous ne pouvons connaître naturellement rien d'infini. Seulement nous démontrons *a posteriori* l'existence nécessaire de cet infini. — L'être spirituel fini lui-même échappe à notre conception.

2° L'affirmation des espèces intermédiaires. Que sont les espèces du thomisme? Elles ne sont pas les idées, puisque les idées les supposent, l'intellect étant purement passif et devant être déterminé par quelque chose; ni les objets, car ce qui détermine une chose doit être de la même nature que cette chose et ne saurait s'en séparer. De là des espèces sensibles et des espèces intelligibles qui ne sont ni la chose ni l'esprit lui-même.

CXIX.

Formes substantielles.

« Nulla forma substantialis est per se sensibilis, quia *quod quid est* (319) est objectum intellectui. » (S. Thom.)

CXX.

Le mouvement peut n'être qu'une simple cause occasionnelle.

« Omnis dispositio necessitans ad formam, quæ non est ratio receptivi, potest dici quodammodo activa, sive causa instrumentalis respectu formæ : ipsum autem sacramentum, sive susceptio sacramenti, est talis dispositio et immediata, non causans aliam mediam inter se et gratiam; ergo ipsa potest dici quodammodo causa activa, vel instrumentalis, respectu gratiæ... Major probatur per exempla et per rationem... Merita sunt causæ instrumentalis respectu præmii... et tamen meritum non causat active præmium in se, nec aliquam dispositionem mediam, sed solummodo ipsummet est dispositio prævia ad præmium : non tamen sicut ratio receptivi.... — Motus aliquo modo ponitur causa respectu termini : et vere et proprie conceditur quod per motum acquiratur terminus : et tamen motus non habet actionem aliquam ad causandum terminum, neque etiam dispositionem intermediam, sed ipsemet est dispositio proxima ad terminum, non tamen ratio receptivi.» (Scot., 4, dist. 1, quæst. 4 et 5.)

Scot soutient cette théorie pour établir que le sacrement est la cause occasionnelle de la grâce et qu'il n'y a pas de prémotion physique.

CXXI.

Distinction formelle.

Saint Augustin (*De Trinitate*, lib. VII, c. 7) semble condamner à l'avance le système qui n'admet entre les personnes et l'essence de Dieu qu'une distinction de raison.

« Non eo Verbum, quo sapientia : Verbum enim rationaliter, sapientia essentialiter dicitur. »

Et ailleurs (*Ibid.*, cap. 5) : « Non eo Verbum, quo Deus, nec eo Deus quo Pater. »

CXXII.

Suivant Scot, l'âme se connaît elle-même.

« Contra D. Thomam docet singulare esse per se cognoscibile... Nec intelligitur per rationem speciei.» (*Report. Paris.*, lib. II, dist. 3, quæst. 3, schol. 5, t. XI, p. 277, n° 14.)

CXXIII.

« Quelques-uns ont pensé que l'espèce d'une chose naturelle est seulement sa forme, et que la matière n'est pas partie de l'espèce. Mais, à ce compte, la matière n'entrerait pas dans la définition des choses naturelles. » (S. Thom., part. I, quæst. 85, art. 1.)

CXXIV

« Que j'aie la faculté de concevoir ce que c'est qu'on nomme en général une *chose*, ou une *vérité*, ou une *pensée*, il me semble que je ne tiens point cela d'ailleurs que de ma nature propre. » (Descartes, 3e médit.)

« Je tiens que toutes celles qui n'enveloppent aucune affirmation ni négation nous sont *innatæ;* car les organes des sens ne nous rapportent rien qui soit tel que l'idée qui se réveille en nous à leur occasion, et ainsi cette idée a dû être en nous auparavant. » (Desc., lettre 69, édit. Garnier, p. 299, t. IV.)

On voit à quel point la théorie cartésienne s'écarte de la théorie scolastique.

CXXV.

Opinion de Leibnitz sur la scolastique.

« Cependant il faut rendre cette justice aux scolastiques plus profonds, comme Suarès (dont Grotius faisait si grand cas), de reconnaître qu'il y a quelquefois chez

(319) *Quod quid est*, expression empruntée à Aristote; c'était la *forme* ou l'essence.

eux des discussions considérables, comme sur le *continuum*, sur l'infini, sur la contingence, sur la réalité des abstraits, sur le principe de l'individuation, sur l'origine et le vide des formes, sur l'âme et sur ses facultés, sur le concours de Dieu avec les créatures, etc.; et même en morale, sur la nature de la volonté, et sur les principes de la justice: en un mot, il faut avouer qu'il y encore de l'or dans ces scories, mais il n'y a que des personnes éclairées qui en puissent profiter; et de charger la jeunesse d'un fatras d'inutilités, parce qu'il y a quelque chose de bon par-ci par-là, ce serait mal ménager la plus précieuse de toutes les choses, qui est le temps. » (LEIBNITZ, *Nouv. essais.*)

CXXVI.

Opinion de Leibnitz sur les formes substantielles.

« *Théophile.* Il semble que depuis peu le nom des *formes substantielles* est devenu infâme auprès de certaines gens, et qu'on a honte d'en parler. Cependant il y a encore peut-être en cela plus de mode que de raison. Les scolastiques employaient mal à propos une notion générale, quand il s'agissait d'expliquer des phénomènes particuliers; mais cet abus ne détruit point la chose. L'âme de l'homme déconcerte un peu la confiance de quelques-uns de nos modernes. Il y en a qui avouent qu'elle est la forme de l'homme; mais aussi ils veulent qu'elle soit la seule forme substantielle de la nature connue. M. Descartes en parle ainsi, et il donna une correction à M. Regius sur ce qu'il contestait cette qualité de forme substantielle à l'âme, et niait que l'homme fût *unum per se*, un être doué d'une véritable unité. Quelques-uns croient que cet excellent homme l'a fait par politique. J'en doute un peu, parce que je crois qu'il avait raison en cela. Mais on n'en a point de donner ce privilége à l'homme seul, comme si la nature était faite à bâton rompu. Il y a lieu de juger qu'il y a une infinité d'âmes, ou, pour parler plus généralement, d'entéléchies primitives, qui ont quelque chose d'analogique avec la perception et l'appétit, et qu'elles sont toutes et demeurent toujours des formes substantielles des corps. Il est vrai qu'il y a apparemment des espèces qui ne sont pas véritablement *unum per se* (c'est-à-dire des corps doués d'une véritable unité, ou d'un être invisible qui en fasse le principe actif total), non plus qu'un moulin ou une montre le pourraient être. Les sels, les minéraux et les métaux pourraient être de cette nature, c'est-à-dire, de simples contextures ou masses où il y a quelque régularité. Mais les corps des uns et des autres, c'est-à-dire, les corps animés aussi bien que les contextures sans vie, seront spécifiés par la structure intérieure, puisque dans ceux-là mêmes qui sont animés, l'âme et la machine, chacune à part, suffisent à la détermination; car elles s'accordent parfaitement, et quoiqu'elles n'aient point d'influence immédiate l'une sur l'autre, elles s'expriment mutuellement, l'une ayant concentré dans une parfaite unité tout ce que l'autre a dispersé dans la multitude. Ainsi, quand il s'agit de l'arrangement des espèces, il est inutile de disputer des formes substantielles, quoiqu'il soit bon, pour d'autres raisons, de connaître s'il y en a et comment; car sans cela on serait étranger dans le monde intellectuel. Au reste, les Grecs et les Arabes ont parlé de ces formes aussi bien que les Européens, et si le vulgaire n'en parle point, il ne parle pas non plus ni d'algèbre ni d'incommensurable. » (LEIBNITZ.)

« *Théophile.* Il me paraît que cet exemple sert plutôt à excuser qu'à blâmer la philosophie péripatéticienne. Si tout l'argent était figuré, ou plutôt parce que tout l'argent est figuré par la nature ou par l'art, en sera-t-il moins permis de dire que l'argent est un être réellement existant dans la nature, distinct (en le prenant dans sa *précision*) de la vaisselle ou de la monnaie? on ne dira pas pour cela que l'argent n'est autre chose que quelques qualités de la monnaie. Aussi n'est-il pas si inutile qu'on pense de raisonner dans la physique générale de la matière première, et d'en déterminer la nature, pour savoir si elle est uniforme toujours, si elle a quelque autre propriété que l'impénétrabilité (comme en effet j'ai montré, après Képler, qu'elle a encore ce qu'on peut appeler *inertie*), etc., quoiqu'elle ne se trouve jamais toute nue: comme il serait permis de raisonner de l'argent pur, quand il n'y en aurait point chez nous, et quand nous n'aurions pas le moyen de le purifier. Je ne désapprouve donc point qu'Aristote ait parlé de la matière première; mais on ne saurait s'empêcher de blâmer ceux qui s'y sont trop arrêtés, et qui ont forgé des chimères sur des mots malentendus de ce philosophe, qui peut-être aussi a donné trop d'occasion quelquefois à ces méprises et au galimatias. Mais on ne doit pas tant exagérer les défauts de cet auteur célèbre, parce qu'on sait que plusieurs de ses ouvrages n'ont pas été achevés ni publiés par lui-même. » (*Ibid.*)

CXXVII.

Les réalistes suivant Leibnitz.

« *Philalèthe.* Nos *idées génériques des substances*, comme celle du métal, par exemple, ne suivent pas exactement les *modèles* qui leur sont proposés par la nature, puisqu'on ne saurait trouver aucun corps qui renferme simplement la malléabilité et la fusibilité sans d'autres qualités.

« *Théophile.* On ne demande pas de tels modèles et on n'aurait pas raison de les demander, ils ne se trouvent pas aussi dans les notions les plus distinctes. On ne trouve jamais un nombre où il n'y ait rien à remarquer que la multitude en général; un étendu où il n'y ait que solidité et point d'autres qualités: et lorsque les différences spécifiques sont positives et opposées, il

faut bien que le genre prenne parti parmi elles.

« *Philalèthe.* Si donc quelqu'un s'imagine qu'un homme, un cheval, un animal, une plante, etc., sont distingués par des *essences réelles* formées par la nature, il doit se figurer la nature bien *libérale de ces essences réelles*, si elle en produit une pour le corps, une autre pour l'animal, et encore une autre pour le cheval, et qu'elle communique libéralement toutes ces essences à Bucéphale; au lieu que les genres et les espèces ne sont que des signes plus ou moins étendus.

« *Théophile.* Si vous prenez les essences réelles pour ces modèles substantiels qui seraient un corps et rien de plus, un animal et rien de plus spécifique, un cheval sans qualités individuelles, vous avez raison de les traiter de chimères. Et personne n'a prétendu, je pense, pas même les plus grands *réalistes* d'autrefois, qu'il y eût autant de substances qui se bornassent au générique qu'il y a de genres. Mais il ne s'en suit pas que si les essences générales ne sont pas cela, elles sont purement des *signes ;* car je vous ai fait remarquer plusieurs fois que ce sont des *possibilités dans les ressemblances.* C'est comme de ce que les couleurs ne sont pas toujours des substances ou des teintures extrahibles, il ne s'en suit pas qu'elles sont imaginaires. Au reste, on ne saurait se figurer la nature trop *libérale ;* elle l'est au delà de tout ce que nous ne pouvons inventer et toutes les possibilités compatibles en prévalence se trouvent réalisées sur le grand théâtre de ses représentations. Il y avait autrefois deux axiomes chez les philosophes : celui des *réalistes* semblait faire la nature prodigue, et celui des *nominaux* la semblait déclarer chiche. L'un dit que la nature ne souffre pas de vide, et l'autre qu'elle ne fait rien en vain. Ces deux axiomes sont bons pourvu qu'on les entende, car la nature est comme un bon ménager qui épargne là où il le faut pour être magnifique en temps et lieu. Elle est magnifique dans les effets, et ménagère dans les causes qu'elle emploie.

« C'est une question qui a exercé les écoles depuis longtemps, savoir s'il y a une distinction réelle entre l'âme et ses facultés, et si une faculté est distincte réellement de l'autre. Les *réaux* ont dit que oui et les *nominaux* que non; et la même question a été agitée sur la réalité de plusieurs autres *êtres abstraits* qui doivent suivre la même destinée ; mais je ne pense pas qu'on ait besoin ici de décider cette question et de s'enfoncer dans ces épines, quoique je me souvienne qu'Episcopius l'a trouvée de telle importance qu'il a cru qu'on ne pourrait point soutenir la liberté de l'homme si les facultés de l'âme étaient des êtres réels : cependant quand elles seraient des *êtres réels* et distincts, elles ne sauraient passer pour des *agents réels*, qu'en parlant abusivement. Ce ne sont pas les facultés ou qualités qui agissent, mais les substances par les facultés. »

CXXVIII.

Influence du dogme eucharistique sur le développement de la métaphysique au moyen âge.

Pour passer d'un terme à l'autre, il n'y a pas besoin d'intermédiaire. (Scot invoque ce principe pour prouver que les *phantasmata* ne sont pas nécessaires.)

« Sicut enim Deus potest facere immediate... de pane carnem (sicut facit in sacramento) sine alteratione intermedia, sic potest mutare localiter corpus de loco ad locum, non transeundo medium. »

CXXIX.

Non sunt tot formæ, quot prædicata. Cela tient à ce que l'être est déjà en puissance vers la forme supérieure. (Scot, théorème 21, t. III, p. 319.)

Cette formule prouve que le système de Scot ne consiste pas à réaliser des abstractions. Il a pu en réaliser plus d'une : quiconque se trompe à ce malheur ; mais il n'érigeait pas systématiquement les *prédicats* en formes substantielles ou accidentelles. Au contraire c'est un des scolastiques qui ont le plus lutté contre la confusion de l'attribut et de la forme.

CXXX.

La distinction formelle était admise suivant les scotistes : 1° entre l'essence et les relations divines ; 2° entre l'âme et ses facultés ; 3° entre les principes essentiels de l'être et le principe individuel qui s'y trouve ou l'hæccéité ; 4° entre les divers éléments qui se trouvent compris dans l'essence d'un être, la forme supérieure n'absorbant pas la forme inférieure (l'âme, par exemple, n'absorbant pas en elle la corporéité).

CXXXI.

Mouvement, activité, forme et matière.

Le dogme de la grâce concourait avec celui des accidents eucharistiques à suggérer cette idée que l'être était autre chose que matière, forme et accidents. La grâce était une forme accidentelle ; elle était supérieure au sujet et active dans le sujet.

Du reste, saint Thomas avait bien vu cela, mais il semble considérer la grâce comme une nouvelle *âme.*

On objectait à Scot et aux partisans de la grâce active que la grâce n'était qu'un accident. (*Report.* II, dist. 29, quæst. 1.)

« Ad primum principale cum dicitur accidens non agit in suum subjectum, dico quod non sic agit in subjectum, quod illa forma accidentalis sit principium actionis et quod ipsamet sit terminus, quia non potest esse principium actionis et terminus. Nec verum est quod *dicitur universaliter quod agens sit distinctum subjecto a passo ;* nec sequitur, si sint indistincta subjecto, quod idem simplex movet se, quia totum movet et totum movetur, quia subjectum per principia sua activa movet et per principia passiva movetur. Ut

Socrates habens speciem intelligibilem movet ad intellectionem. Et Socrates, ut habet rationem recipiendi speciem intelligibilem movetur, et illa non sunt nisi per accidens. »

CXXXII.

Le premier ouvrage philosophique de Leibnitz, ouvrage de jeunesse, est une thèse dans laquelle il se déclare purement et simplement nominaliste.

Suivant lui la substance s'individualise ou plutôt est individualisée par elle-même.

Seulement, Leibnitz introduisit plus tard dans son nominalisme une sorte d'amendement.

Une sorte de nominalisme vague a été le sentiment, commun de tous ceux qui ont brisé avec la scolastique.

Nous avons sous les yeux un cours de philosophie manuscrit, qui était enseigné à Paris au milieu du siècle dernier et que nous aurions voulu faire connaître à nos lecteurs comme un spécimen curieux de la scolastique expirante et devenue éclectique vis-à-vis des envahissements du cartésianisme et des doctrines qui lui succédèrent. L'auteur de ce cours est à moitié nominaliste en logique; en théologie positive il paraît thomiste ; et sur la notion de la matière et de la forme, c'est-à-dire en métaphysique, il est scotiste.

CXXXIII.

Les diverses opinions des scolastiques sur la vision de Dieu.

Nous avons assez longuement parlé à l'article *Dieu* de cette grande question ; mais elle présentait, au moyen âge surtout, une foule de problèmes incidents dans lesquels nous n'avons pu entrer. Nous croyons utile de reproduire ici un fragment curieux du *De Deo uno* de Suarez, où le lecteur les verra exposés avec cet ordre, cette lucidité et cette tempérance un peu éclectique que Suarez apporte toujours dans ses jugements sur les divers systèmes scolastiques.

« Caput IX. — *Utrum visio Dei sit supernaturalis omni intellectui, seu naturæ intellectuali creabili.*

« Hæc quæstio necessaria est ad reddendam solidam rationem veritatis stabilitæ capite præcedenti, et ideo hoc loco illam ponimus, licet alias tractari soleat de lumine gloriæ sub hoc titulo, *an possit esse connaturale alicui creaturæ*, et eadem tractari potest de gratia, et charitate, et de omnibus virtutibus per se infusis. Satis vero convenienter tractatur de actibus, nam propter illos sunt habitus, eisque proportionantur, et revera omnis illa quæstio pendet ex visione beata, nam in genere finis est quasi prima radix totius ordinis gratiæ, omniumque supernaturalium donorum. Ratio ergo dubitandi est, quia illa visio est limitatæ perfectionis, ergo nihil repugnat, ut possit creatura fieri, cui talis visio sit connaturalis, seu quæ habeat virtutem sufficientem ad efficiendam illam. Atque idem argumentum fieri potest de lumine gloriæ, illud enim finitum est, et, ut dicemus, est connaturale principium hujus visionis, quod ergo repugnat, quod fiat aliquis intellectus tantæ perfectionis, quantæ est ipsum lumen gloriæ, et quod fiat aliqua spiritualis substantia, cui sit connaturalis talis intellectus? ergo illi creaturæ poterit esse naturalis visio Dei.

« Dicendum nihilominus est, visionem beatam esse simpliciter, et absolute supernaturalem respectu omnis intellectus creabilis. Hæc est sententia D. Thomæ, I part., quæst. 12, artic. 3. Quem fere omnes theologi sequuntur. Et sumitur ex D. Augustino libr. XII *De civit.*, cap. 1, ubi agens de creatura intellectuali dicit, posse fieri beatam visione Dei, non quia creatura est, multæ enim creaturæ non sunt illius beatitudinis capaces, sed quia rationalis est. *Quia vero creatura*, inquit, *est, hoc non ex se potest, quia ex nihilo creata est, sed ex illo, a quo creata est.* Ergo secundum Augustinum impotentia creaturæ, ut suis viribus videat Deum, ex hoc præcise oritur, quod creatura est ex nihilo facta. Quæ ratio procedit in omni natura creabili. Deinde a posteriori est apud me valde probabile argumentum, quod de facto non est connaturalis illa visio alicui creaturæ intellectuali, ergo signum est hoc esse extra latitudinem earum perfectionum, quæ possunt esse connaturales creaturæ. Unde recte Scotus in 2, dist. 5, quæst. 9, dicit rationale esse tribuere angelis omnem naturalem perfectionem intelligendi, nam si creatura aliqua naturalis hoc potest viribus suis, quæ ratio reddi potest, cur inter angelos nullus sit, qui hoc possit? Præcipue quia videntur esse in primo gradu, et ordine substantiarum creatarum possibilium, sunt enim in gradu intellectuali, in quo est Deus ipse, et confirmatur, quia ut dixit D. Thomas, I part., quæst. 50, art. 1, ad perfectionem universi pertinet, ut constet omnium rerum gradibus, et ordinibus, si autem esset possibilis creatura, quæ tantam vim haberet intelligendi, ut suis viribus posset intueri Deum, esset in altiori gradu, et ordine rerum constituta, quam sint creaturæ intellectuales, quæ nunc sunt, sicut ordo gratiæ est alius a toto naturæ ordine, ergo pertinuisset ad universi complementum, quod in illo esset talis gradus, vel ordo creaturarum, cum igitur hoc non sit, valde probabile signum est, non esse possibilem, non enim agimus de quacunque majori nobilitate specifica, sed de novo gradu, et ordine rerum.

« At vero rationem a priori hujus veritatis reddere, difficile est, et quoniam Scotus, Durandus, et alii D. Thomæ rationes impugnant, examinemus prius, quas ipsi afferunt. Nominales non reddunt aliam, nisi quia illa visio a solo Deo fieri potest per creationem. Sed in primis hoc sine probatione assumunt. Deinde in rigore falsum est, quia illa visio non a solo Deo fieri potest, sed etiam a lumine gloriæ, et suo modo ab intellectu, ut infra dicetur, nec fit per creationem, sed educitur de potentia obedientiali, a qua in fieri pendet. Tandem male

inferunt, quia non omnis forma, quæ a solo Deo per creationem fieri potest, supernaturalis est, ut patet de anima rationali, et de scientia infusa angelorum, quæ licet vere non fiat per creationem, concreari dicitur. Cur ergo hæc visio non potest etiam concreari? nec potest hoc esse debitum creaturæ alicui possibili, sicut illa scientia est debita angelo, vel sicut materiæ sic dispositæ, est debita creatio, seu infusio animæ? Unde Major in 4, dist. 49, quæst. 4 in fine, videns rationis insufficientiam, dubitat, non solum de natura creabili, sed etiam de angelis creatis, an possint per naturalem vim Deum videre, sed immerito de hac posteriori parte dubitat; habet enim firmius fundamentum, quam sit humana ratio, scilicet, divinam revelationem. Unde licet occasionem habuerit dubitandi de posteriori parte, seu postrema dubitatione, circa priorem, melius ex hujus certitudine intulisset, priorem etiam non esse in dubium revocandam.

« Secundo, Scotus in 4, dist. 49, quæst. 11, licet disputet de intellectu humano, tamen idem significans de omni intellectu possibili, dicit, non posse habere actum hujus visionis sibi connaturalem, quia ad eliciendam hujusmodi visionem, necessarium est, habere Deum præsentem in ratione objecti, vel aliud in quo Deus eminenter contineatur, sed Deus in nulla alia re potest eminenter contineri : nec etiam est sufficienter præsens, quia licet per illapsum sit intime in quolibet intellectu, tamen non est præsens in ratione objecti, nisi voluntarie se manifestet. Hæc vero ratio partim assumere falsum videtur, partim petere principium. Nam circa illam disjunctivam, quam in majori assumit, interrogo, an fundetur in communi ratione visionis intuitivæ, ut sic, vel in speciali ratione visionis Dei? Priori modo est falsa, nam unus angelus videt intuitive alium, quamvis non habeat illum per se objective præsentem, nec per aliquid eminentius illo, sed solum per speciem quamdam intelligibilem, quæ vim habet illum repræsentandi : si vero dicatur secundum, hujus rei rationem non reddit, hoc enim inquirimus, quid sit speciale in illa visione, ut fieri non possit per speciem aliquam intelligibilem, quæ sit connaturalis alicui intellectui creato. Quæ difficultas maxime urget contra Scotum, qui admittit, posse angelum quidditative cognoscere Deum per speciem, quam dicit esse naturalem, licet a solo Deo infundi possit. Deinde inquiro quid sit, Deum esse præsentem objective intellectui, aut quid addat hæc præsentia objectiva ultra per essentiam, et illapsum intimum, et in distantiam entitatum? Aut enim est sermo de præsentia quasi actuali, et vitali, et hæc fit per ipsam visionem, quia nihil aliud est habere rem in præsentia, quam videre illam, quomodo dicitur Deus esse in omnibus rebus per præsentiam : dicere ergo in hoc sensu, Deum non posse videri, quia non potest esse præsens, est petere principium. Aut per præsentiam intelligitur talis approximatio, seu conjunctio objecti cum potentia, quæ sufficiat ad videndum illud. Et in hoc sensu sine ulla probatione assumit Scotus Deum non posse esse sic objective præsentem intellectui creato in actu primo, seu per actum primum tali intellectui connaturalem, nam hæc conjunctio sufficienter fit per speciem intelligibilem, ut ostendit tacta difficultas.

« Tertio, Durandus in 4, dist. 49, quæst. 2, agens etiam de intellectu humano similem fere habet discursum, alia quidem occasione, sed si legitimus est, hic locum habet. Quia intellectus humanus, inquit, non potest cognoscere Deum nisi ex rebus sensatis, tamen potest extendi ratio ad omnem intellectum creatum, quatenus nullus intellectus creatus potest connaturali modo cognoscere Deum, nisi per aliquam essentiam, et naturam inferioris ordinis ab ipso Deo : per hujusmodi autem medium non potest videri Deus, prout in se est, ergo hoc impedimentum cognoscendi Deum per hujusmodi medium non potest naturaliter amoveri, et ideo nulla creatura potest naturaliter videre Deum, sed solus Deus (inquit) potest se facere immediate præsentem intellectui. Hæc vero ratio, nisi aliquid ei addatur ex ratione D. Thomæ jamjam tractanda, nihil probat. Nam licet verum sit, Deum non posse videri, prout in se est, per medium cognitum inferioris ordinis, quia nullum est adæquate repræsentans perfectionem Dei : tamen quod creatura non possit naturaliter cognoscere Deum, nisi per hujusmodi medium cognitum, hoc non est evidens, nisi in nobis tantum pro hujus vitæ statu, et tamen sine probatione assumitur in dicta ratione. Interrogo enim (eodem fere modo, quo processi circa rationem Scoti) quod creatura non possit cognoscere Deum, nisi per medium cognitum, an oriatur ex generali ratione cognitionis, seu visionis creatæ? Et hoc est aperte falsum, quia unus angelus aperte intuetur alium sine medio cognito, per speciem intelligibilem, quæ vocatur medium incognitum : vel oriatur ex propria ratione talis objecti scilicet, Dei, et hujus rationem quærimus, quam Durandus non reddit.

« Alii rationem reddunt ex eo, quod nulla creatura fieri potest impeccabilis per naturam suam, ut est communis sententia theologorum, et consentanea sanctis Patribus, ut traditur in materia de angelis, et de gratia, at si esset creatura connaturaliter Deum videns, esset impeccabilis natura sua. Hæc ratio probabilis est, tamen procedit magis ex creditis, quam ex sola ratione. Imo cum ratione agitur ad probandum illud principium, recurritur ad id, de quo modo agimus, quia re vera est unicum fundamentum illius veritatis, et præterea intelligi posset visio Dei connaturalis alicui creaturæ per speciem sibi connaturalem, et tamen, quod talis species, et visio non necessario darentur a principio creationis, sed juxta dispositionem Auctoris naturæ, et tunc posset creatura illa peccare illo tempore, quo non daretur ei visio Dei.

« Tandem D. Thomas ad hoc confirman-

dum varias rationes adducit, III *Contra gentes*, cap. 52, ex quibus unam elegit I part., quæst. 12, art. 4, et quæst. 5, art. 5, quæ sic formari potest. Modus essendi Dei est altioris ordinis et rationis ab omni esse, seu modo essendi omnis creaturæ possibilis, ergo intelligibilitas Dei est alterius rationis, et ordinis ab omni modo cognoscendi connaturali cuicunque creaturæ possibili, ergo a nulla videri potest per vires suæ naturæ. Primum antecedens probatur, quia Deus in suo esse est actus purissimus, et simplicissimus, omnis autem creatura habet aliquam compositionem, et veluti materialitatem, si cum divina puritate comparetur. Prima vero consequentia probatur, quia modus cognoscendi est accommodatus modo essendi, et similiter cognoscibilitas, seu intelligibilitas Dei est proportionata perfectioni ejus in genere entis, ergo quo res habet in suo esse altiorem modum essendi, eo est intelligibilis altiori modo; et e contrario, quo habet inferiorem modum essendi, eo est cognoscitiva, seu intellectiva minus perfecto modo; ergo ex modo essendi diverso objecti intelligibilis, et naturæ intelligentis, recte colligitur eorum improportio, ut unum ab altero naturaliter cognosci non possit perfecte, et prout in se est. Quam rationem confirmat D. Thomas, inductione, et discursu facto in omnibus naturis cognoscentibus, et objectis earum, ut clare videri potest citatis locis.

« Confirmari præterea potest ex principiis sumptis ex doctrina de anima. Unum est, omnem cognitionem fieri per aliquam abstractionem, seu aliquo modo immateriali, seu intentionali, et ideo etiam inter sensus ille est perfectior, qui habet modum operandi minus materialem. Alterum est, intellectum, ut sit omnium cognoscitivus, requirere abstractionem in suo esse ab omni organo materiali, et corporeo; ergo sine dubio virtus cognoscendi, et modus ejus est accommodatus modo essendi, seu puritati, et immaterialitati ipsius esse. Aliud principium est, objectum cognoscendum, debere abstrahi aliquo modo a materia, et ideo res materiales dicuntur intelligibiles in potentia, res autem immateriales intelligibiles actu; ergo etiam intelligibilitas Dei oritur ex actualitate, et puritate ejus; ergo si modus exsistendi objecti cogniti, seu cognoscibilis est diversus a modo essendi naturæ cognoscentis, erit tale objectum tali potentiæ improportionatum, ut in se, et prout in se est, sine alio medio, naturaliter videri possit. Confirmatur hæc eadem illatio, quia ut objectum cognoscatur, debet uniri cognoscenti, aut per se ipsum, aut per aliquem alium actum, quod autem in alio recipiatur, est in illo ad modum ejus, seu modo illi proportionato, ergo cognitio semper fit ad modum cognoscentis, ergo si talis modus sit inferioris ordinis, non poterit perfecte attingere rem ordinis superioris.

« Hanc rationem multis impugnant argumentis Scotus et alii, ut late referunt, ac defendunt, Cajetanus, loco citato, Capreolus, in 4, dist. 49, quæst. 4; Ferrarius, III *Contra gentes*, cap. 53; Sotus, dist. 49, quæst. 2, art. 2, summa omnium ad tria revocatur. Primum est, quia sequitur, angelum inferiorem non posse videre superiorem, prout in se est, quia superior habet perfectiorem modum essendi. Secundum est, quia sequitur nec lumen gloriæ posse habere vim connaturalem ad efficiendam visionem Dei, quia non est actus purus, sicut Deus. Tertium est, quia perfectio, seu excellentia objecti cognoscibilis non potest esse ratio, ob quam perfecte non possit cognosci a potentia, sub cujus objecto comprehenditur, ut si lux solis comprehenditur sub objecto visus, sola eminentia, et perfectio ejus lucis non potest esse ratio, ob quam non possit videri a visu; quia cum ex ratione lucis sequatur ratio visibilis, potius per se loquendo, quo fuerit lux perfectior, eo erit visibilior. Unde, si interdum videri non potest, id non est per se ex parte objecti, sed per accidens, quia intervenit aliquod impedimentum, ut v. g., quod præsentia talis lucis corrumpat organum sensus. At vero in præsenti Deus comprehenditur sub objecto intellectus creati, ergo ex eo, quod sit summe intelligibilis, ratione perfectissimi modi essendi non potest per se colligi, quod non possit perfecte intelligi a tali potentia, ergo reduci debet ad aliquod impedimentum per accidens. Hoc autem non est, quia talis potentia lædatur a tali objecto, quia non est in organo corporeo, quod lædi possit, nec ipsa in se est capax talis læsionis, neque objectum esse effectivum ejus, ergo tota ratio hujus impedimenti est, quia hæc potentia non potest cognoscere illud objectum, nisi per medium cognitum inferioris ordinis.

« Nihilominus censeo rationem D. Thomæ optimam esse, quantum pro capacitate materiæ adduci potest, quæ in primis explicanda est in creaturis factis, et deinde facile intelligetur, eodem modo procedere in creaturis possibilibus. Quod enim nunc angelus non possit intueri Deum virtute naturali, prout in se est, non potest aliunde oriri, quam ex imperfectione angeli, et perfectione Dei, nam ex utroque capite inter se collato oritur improportio, nec alterum sine altero sufficeret. Quod patet comparando angelum cum eadem imperfectione ad objectum minus perfectum, quale est alius angelus, vel comparando Deum ad intellectum perfectum, qualis est divinus per essentiam, vel per participationem divini ordinis; nam inter hæc non invenitur improportio, oritur ergo impossibilitas ex imperfectione unius comparata ad perfectionem alterius. Non sufficit autem ad hanc improportionem quæcunque essentialis diversitas rerum, ut per se notum est in angelis: ergo oritur ex altiori modo essendi Dei, in quo superat angelicam naturam. Hic autem modus non potest esse alius, nisi summa puritas, et actualitas Dei comparata ad potentialitatem angeli: nam inde oritur, ut quidquid angelus intelligit, concipiat ad modum, quo ipse est. Sicut D. Thomas

sumit ex libro *De causis*, ratione 8, ubi dicitur, quod intelligentia intelligit omnia ad modum suæ substantiæ : quia illa est objectum proportionatissimum intellectui ejus, in quod primo, et per se fertur, unde fit, ut aliarum rerum species intelligibiles recipiat juxta modum suum, et sibi proportionatum. Atque hoc confirmari potest ex modo intelligendi hominis, nam omnia intelligit ad modum rerum materialium, quia per corpus species recipit.

« Unde potest sumi confirmatio, quia si verum est, Deum nullo modo posse videri per speciem creatam : sed solum per suam essentiam unitam per modum speciei, facile intelligitur, talem quasi speciem, et quasi actum primum non posse esse connaturalem alicui creaturæ intellectuali, quia est actus alterius ordinis, longeque elevatior, qui cum ex se non ordinetur ad actuandam aliquam potentiam, non potest esse debitus alicui intellectui creato, ut recte D. Thomas, *De veritate*, quæst. 8, artic. 3. Et quamvis fortasse de potentia absoluta non repugnet, dari speciem creatam Dei, ut infra dicam, tamen ad vim hujus rationis satis esse videtur, quod talis visio ex natura sua non postulet aliam speciem, præter ipsam essentiam, ut intelligamus illam visionem non posse esse connaturalem illi intellectui, cui non est debita essentia divina per modum speciei. Præterea, etiam si admittamus dari talem speciem, quæ possit repræsentare Deum, prout in se est, illa deberet esse proportionata perfectioni, immaterialitati, ac subtilitati objecti repræsentati, et ideo non videtur posse esse ita proportionata subjecto inferioris ordinis, ut sit etiam illi connaturalis, et ideo repugnat, actum ad quem ordinatur talis species, simul esse proportionatum tali objecto, et commensuratum tali subjecto, ut sit connaturalis illi.

« Atque ex his facile est respondere ad objectiones. Ad primam negatur sequela, nam angeli licet differant in specie essentiali, tamen habent modum essendi et compositionis, et immaterialitatis ejusdem ordinis, nam in omnibus illis est aliqua compositio, sive ex esse et essentia, sive ex natura, et supposito, sive ex genere, et differentia, sive ex subjecto, et accidenti. Et ideo quamvis unusquisque angelus cognoscat alium, juxta modum suum, et per species sibi accommodatas, tamen potest illum clare, et intuitive videre prout in se est. Sicut quamvis in ordine rerum materialium sit differentia majoris, vel minoris perfectionis, nihilominus quia omnes conveniunt in eodem modo essendi, æque omnes cadunt sub cognitionem intellectus humani, quantum spectat ad modum cognoscendi. Unde quia hæc imperfectio, quæ nunc est in natura angelica, necessario esse debet in omni natura intellectiva creabili, ideo tam impossibile est hanc visionem esse connaturalem cuicunque substantiæ creabili, quam naturæ angelicæ creatæ : necesse est enim ut omnis creatura sit aliquo modo composita, et potentialis, et habeat alias imperfectiones, quarum ratio non sumitur in naturis angelicis ex eo, quod tales sunt, sed ex eo præcise, quod creatæ, et ex nihilo sunt.

« Ad secundam objectionem de lumine multa dicenda sunt, cap. 12, nunc breviter negatur consequentia, et similitudo. Et in primis notari potest hæc differentia, quod lumen gloriæ licet sit proximum principium visionis, non tamen integrum etiam ex parte potentiæ cognoscentis, indiget enim concursu intellectus et influxu animæ vitali, qui nunc est instrumentalis, unde in illa actione Deus est principale operans, ut capite sequenti dicam. At vero si esset aliquis intellectus creatus ejusdem ordinis cum lumine gloriæ, vel esset substantia creata, vel facultas ab illa naturaliter manans, unde in ordine suo esset sufficiens, et totale principium, et ipsa substantia esset principium principale proximum talis visionis, et ideo magis repugnat dare tale lumen connaturale creaturæ, quam desuper infusum. Deinde si lumen esset connaturale substantiæ creatæ, illi esset maxime proportionatum, eamque haberet pro objecto maxime proprio, et quasi primario, id est, in quod per se primo tenderet, quia hoc est connaturale cuilibet intellectui respectu suæ substantiæ, ut ex dictis, et inductione constat. At vero lumen superadditum naturæ, quod non est commensuratum imperfectioni subjecti, et naturæ, in qua recipitur, sed objecto, et divino intellectui, cujus est singularis participatio, altioris ordinis est, et ideo habet pro objecto proprio, et maxime proportionato ipsam essentiam Dei secundum se. Et propterea necesse est, ut tale lumen sit ultra debitum naturæ creatæ, et non sit illi commensuratum, sed naturæ increatæ, ad quam ordinatur.

« Dices : Fiat natura ipsa substantialis supernaturalis, ut simul possit lumen esse commensuratum illi objecto, et utrique suo modo connaturale in suo ordine. Respondent aliqui, non posse esse substantiam supernaturalem, quia non respicit subjectum, cui supernaturalis esse possit, sicut accidens. Sed contra, quia potest esse supernaturalis ex contraria habitudine, scilicet quia illi sunt connaturalia accidentia, quæ aliis substantiis sunt supernaturalia; vel potest dici supernaturalis, quia per suam substantiam participat modum operandi Dei, ita proprium illi, ut attingat Deum ipsum, prout in se est. Sed nihil horum explicat, quomodo possit intelligi substantia supernaturalis. Nam ex eo, quod assumitur in priori replica, potius destruitur ratio accidentis supernaturalis ex sua specie, nam si alicui creatæ substantiæ est naturale, eo ipso supernaturale non est : nam si sufficit, quod multis inferioribus substantiis non possit esse connaturale, omnia accidentia propria superiorum substantiarum erunt supernaturalia, quia inferioribus substantiis non possunt esse connaturalia. Quod vero secundo loco dicitur, non declarat, cur illa substantia supernaturalis

diceretur, vel respectu cujus, quia sola comparatio cum aliis substantiis in majori perfectione non satis est, ut constat. Et præterea, id quod ibi sumitur impossibile est, ut ostendimus.

« Unde ut esset substantia creata supernaturalis, deberet esse substantia, quæ esset purus actus, quia sine hac perfectione non posset connaturaliter uniri Deo, prout in se est, in ratione objecti cognoscibilis. Sicut ergo repugnat substantiam esse creatam, et non habere eas imperfectiones potentialitatis et compositionis, ex quibus oriri diximus, ut non possit idem lumen esse commensuratum tali substantiæ ut subjecto, et Deo, ut in se est, ut objecto : ita repugnat dari substantiam illo modo supernaturalem. Quia naturale esset illi substantiæ, habere lumen commensuratum sibi, et ipsam respiciens, ut objectum maxime proprium, et consequenter non posset simul respicere Deum ipsum secundum se. Unde etiam reddi potest differentia ex proprio munere accidentis, et substantiæ, nam substantia inferior non potest per seipsam participare id, quod est proprium superioris; habere autem essentiam divinam pro objecto visibili maxime proprio, et connaturali, est proprium Dei, quatenus substantia ejus est intellectus ejus, et ideo non potest convenire substantiæ creatæ ex vi suæ naturalis virtutis. At vero accidentia sunt instituta ad perficiendas substantias, et supplendum defectus earum, et ideo per accidentia superaddita participare potest inferior substantia aliquo modo id, quod est proprium superioris. Eo vel maxime, quod in unaquaque re primum fundamentum, et quasi mensura omnium proprietatum connaturalium est propria substantia, et ideo in ipsis terminis involvitur repugnantia, cum dicitur substantia supernaturalis. At vero accidentia adduntur substantiæ, et quando ab extrinseco veniunt, non est necesse ut omnino commensurentur imperfectioni ejus rei, in qua recipiuntur, sed possunt esse participationes altioris naturæ, et ex objecto, vel aliunde habere perfectionem suam, non est igitur similis ratio.

« Ad tertiam respondet primo D. Thomas, *De veritate*, quæst. 8, art. 3 ad 5, improportionem, et excellentiam objecti esse sufficientem causam, ut a potentia debiliori perfecte attingi non possit. Deinde concedimus Durando, in qualibet re creata possibili intervenire illud impedimentum, quod non potest attingere Deum, nisi per medium cognitum, tamen radix hujus impedimenti sumenda est ex eo, quod omnis creatura cognoscit naturaliter juxta modum substantiæ suæ.

Caput X. — *Utrum visio Dei proxime fiat ab intellectu videntis ipsum.*

« Quoniam dictum est, visionem illam ita esse supernaturalem, ut non possit per naturales vires intellectus creati fieri, necessarium est exponere, quomodo, et per quæ principia in illo, et ab illo fiat, quæ inquisitio optime præcedentem consequitur. Hactenus enim tractavimus quæstiones, an sit, et quid sit illa visio, et ita substantiam ac essentiam illius visionis declaravimus ubi sit, consequenter diximus de primario, et quasi formali objecto ejus, quod est divina essentia, prout est in se, de materiali vero dicemus infra, tractando de formali effectu illius visionis. Sequitur ergo, ut causas hujus visionis explicemus. Et quidem de materiali, formali, et finali nihil est, quod dicamus; nam materialis est intellectus, in quo recipitur visio; an vero aliquam dispositionem requirat, infra videbimus. Formalis est ipsa specifica differentia, seu quidditas talis visionis, et ad hanc etiam reducitur objectum, ut speciem præbet. Finalis non est alia, quam ipsemet Deus, imo illa visio finis omnium aliarum bonarum actionum, et earum merces est, ut in materia de beatitudine traditur. Sola ergo efficiens causa superest declaranda. Supponimus autem Deum esse principalem auctorem illius visionis, ut prima, et universalis causa est in ordine gratiæ. Igitur solum dicendum nobis est de causa proxima, et primo de intellectu ipso, deinde de donis supernaturalibus, vel principiis juvantibus, vel elevantibus ipsum ad actum adeo perfectum eliciendum.

« In proposita ergo quæstione prima sententia simpliciter negat intellectum efficere visionem, sed solum Deum illam infundere; intellectum autem per illam videre, quia illam recipit, illaque informatur. Sic Scotus in 3, dist. 14, quæst. 1, art. 2, et in 4, dist. 49, quæst. 11. Qui consequenter existimat probabile, in intellectu nihil supernaturale prævium visioni infundi a Deo, quia intellectus se ipso est capax visionis per modum potentiæ receptivæ : neque ad hoc potest disponi, aut habilior reddi per aliquam supernaturalem qualitatem, de quo dicemus, cap. 12. Sic etiam Occam in 4, quæst. 12, art. 3, ad 2; et idem dixerat in 1, dist. 1, quæst. 2; et nihil fere discrepat Durandus, in 3, dist. 14, quæst. 1, num. 9, et in 4, dist. 46, quæst. 2; Richardus, in dist. 14, art. 2, quæst. 3 et 4; dist. 49, art. 3, quæst. 5. Inclinat Paludius, in 4, dist. 44, quæst. 7, num. 59, et clarius dist. 49, quæst. 1, num. 13. Fundamentum horum auctorum præcipuum esse videtur, quia illa visio est adeo supernaturalis secundum totam substantiam suam, ut nullo modo fieri posse videatur a potentia naturali. Quam rationem confirmat Paludius. Quia illa visio fit per creationem, nulla autem potentia creata potest esse principium creandi, neque principale, neque instrumentale.

« Quod fundamentum maxime potest habere vires, quia juxta opinionem asserentem nullam creaturam, vel potentiam posse a Deo elevari ad agendum ultra naturales vires suas per modum instrumenti. Unde Capreolus in 4, dist. 49, quæst. 4, art. 3, ad argumenta Scoti, et Aureoli contra secundam conclusionem, quamvis teneat intellectum facere illam visionem quoad substantiam, significat tamen modum supernaturalem ejus

fieri a solo Deo. Sic enim inquit: *Quamvis illa visio, ut est cognitio quædam, fiat ab intellectu, tamen, ut est visio beatifica, fit a solo Deo præmiante, hæc enim est differentia inter meritum, et præmium, quod meritum est a merente, præmium vero recipitur ab immerente, ab alio donante.* Confirmatur secundo, quia alias homo seipsum beatificaret. Confirmatur tertio, quia alias esset in potestate hominis visionem illam vel efficere, vel suspendere, prout vellet, quia quod homo efficit, pendet a voluntate ejus.

« Secunda opinio docet, illam visionem fieri ab intellectu, tamen non tribuit hanc efficientiam intellectui, nisi per denominationem a forma superaddita ipsi intellectui, cui totam illam activitatem tribuit, scilicet lumini gloriæ, quod dicitur esse totum principium proximum, seu formale efficiendi visionem sine influxu intellectus immediato, ac per se ipsum. Sicut aqua calida dicitur active calefacere per denominationem a calore in se recepto, quatenus est totum principium formale, et proximum illius actionis. Hanc sententiam indicat Capreolus supra citatus, præsertim ad primum Durandi contra secundam conclusionem, expressius Sotus in 4, dist. 49, quæst. 2, art. 4, dicit, lumen esse totam rationem agendi illam visionem, et postea respondendo ad Durandum dicit, intellectum, et lumen non comparari ad visionem, ut agentia partialia, et postea utitur exemplo illo aquæ calidæ. Et hoc videntur sequi multi ex modernis Thomistis. Fundamentum hujus opinionis fuit ex parte idem, quod præcedentis; nam quia illa visio est omnino supernaturalis, oportet, ut totum principium proximum ejus sit supernaturale, et in hoc convenit cum præcedenti sententia. Differt tamen, quia vult hoc principium esse intrinsecum, et infusum potentiæ, quia ille actus est vitalis. Confirmari potest, quia si intellectus efficit illum actum, vel agit, ut principium proprium, et principale; et hoc dici non potest; tum quia alias esset superfluum lumen gloriæ, tum etiam quia nulla potentia naturalis habet virtutem propriam ad efficiendum supernaturalem actum; vel agit, ut instrumentum divinæ virtutis, et hoc etiam videtur dici non posse, tum quia actus vitalis esse debet a principio intrinseco vitali principali, non instrumentali: nam concursus instrumenti communis esse potest rebus inanimatis; tum etiam quia superfluum esset lumen gloriæ: nam instrumenta divina non indigent prævia qualitate, ut eleventur ad supernaturales actiones.

« Dicendum primo, beatum efficere per suum intellectum visionem beatam. Hæc est communis sententia, et in schola D. Thomæ receptissima. Nam licet D. Thomas nullibi ex professo de hac re disputet, tamen ubicunque agit de visione beata, aut de aliis actibus vitalibus etiam supernaturalibus, eam ut certam supponit, ut constat ex I part., quæst. 12, et in 1-2, quæst. 3, art. 2, 3 et 4, in hoc sensu docuit, beatitudinem consistere in operatione. Idem constat ex 2-2, quæst. 23, art. 2, ubi de actu charitatis ait, non ita esse a Spiritu sancto, quin humana mens sit principium ejus. Est autem utrobique eadem ratio. Idem sentiunt Cajetanus et alii moderni expositores. Nec Capreolus et Paludius omnino contradicunt, licet dubii sint. Idemque fere est de Richardo et Scoto. Imo Scotus, in 4, dist. 50, eam clarius insinuat. Richardus vero dicta quæstione 2, necessarium putat, hominem juvari lumine intellectus agentis ad videndum Deum, quod non potest intelligi de intellectu, ut est productivus speciei intelligibilis. Oportet ergo, ut intelligatur de lumine intellectus, ut potest efficere intellectionem. Fundamentum unicum, vel præcipuum est, quia de ratione actus vitalis est, ut effective procedat a principio intrinseco vitali, hujusmodi autem principium radicale, seu principale est anima, proximum autem potentia ipsius animæ tali actui proportionata, qualis est intellectus respectu visionis. Assumptum constat inductione in omnibus actibus vitæ, et fundamentum habet in propria ratione vitæ, nam in hoc primo distinguitur vivens a non vivente, quod habet in se proprium, et intrinsecum principium sui actus, in cujus usu, et exercitio consistit ultima perfectio viventis. Et ideo dicunt theologi præcipui, et philosophi beatitudinem, quæ esse debet ultima perfectio, consistere in operatione elicita ab ipso beato. Item ob hanc causam in sacra Scriptura talis visio vocatur vita, quia re vera consistit in proprio ac perfecto actu vitæ.

« Circa hoc autem inquiri solet, an hoc sit intrinsecum actui vitæ, ut repugnet etiam de potentia absoluta, esse talem actum sine concursu potentiæ vitalis. Sed hæc quæstio communis est non tantum visioni beatæ, sed etiam omnibus actibus vitæ, et ad hunc locum non est simpliciter necessaria, quia nobis satis est (quod a nullo philosopho negari potest) hunc esse modum connaturalem, atque adeo debitum actui vitali ex natura sua, ut ostendit ratio facta, et colligitur ex Aristotele in lib. II *De anima*, et IX *Metaph.*, text. 5, ubi de intellectione specialiter docet natura sua esse actum immanentem, et consequenter postulare, ut ab eo principio procedat, in quo recipitur. Quocirca quamvis de potentia absoluta non repugnaret, Deum supplere illum concursum potentiæ, sine illa efficiendo talem actum: nihilominus asserendum non esset ita fieri in visione beata, quia credendum est illam visionem fieri modo maxime connaturali, et ex natura rei debito actui vitali. Præsertim cum sit certissimum, hoc non repugnare illi visioni, eo quod supernaturalis sit, ut constat de actu charitatis, et similibus juxta doctrinam concil. Trident. sess. 6, cap. 5, et can. 4. Propter quem locum aliqui censent, hanc sententiam esse ita certam, ut contraria sit vel erronea, vel aliquid simile. Et quidem negare, fieri posse, ut actus visionis sit effective a beato sicut actus charitatis est effective ab homine, videtur mihi valde falsum, multumque repu-

gnans principiis fidei. Quod vero de facto ita sit, non est adeo certum, tum quia est magis consentaneum illi doctrinæ concilii Tridentini, tum etiam quia nulla est repugnantia, ut videbimus in solutione argumentorum. Et quia vix potest necessitas luminis gloriæ ostendi, si intellectus nihil agit vivendo.

« Addo denique, valde probabile esse, implicare contradictionem, fieri actum ; qui de se, et natura sua est actus vitalis sine concursu, et efficientia principii vitalis. Quod altero e duobus modis affirmari potest. Primo asserendo talem actum essentialiter postulare dependentiam a tali principio, et ideo sine illa fieri non posse, quod tamen difficile suaderi, aut probari potest, de quo videri possunt dicta in *Metaph.*, disp. 48, sect. 2, n. 9 et seq. Secundo dicendo, quamvis hujusmodi actus possit fortasse fieri, et conservari a Deo in entitate sua, absque activo concursu causæ secundæ, quia Deus eminenter continet omnem efficientiam; fieri tamen non posse, ut talis actus exerceat proprium munus actus vitalis, id est, constituat cognoscentem, vel amantem, vel aliquid simile sine concursu ejus, in quo talis effectus exercetur. Quia re vera intelligi non potest, quod aliquis actu cognoscat, quin se gerat, ut actu vivens, neque etiam intelligi potest, quod aliquis se gerat ut actu vivens, tantum recipiendo, et nihil efficiendo. Unde quamvis effectus hujusmodi actus consumetur informando, tamen hujusmodi informatio natura sua videtur habere essentialem principii subordinationem cum efficientia ejusdem quod informare debet, et hoc est, actum natura sua esse immanentem.

« Dico secundo, intellectum beati effective concurrere ad visionem per suam entitatem, et non tantum per lumen, vel formam aliam sibi superadditam. Hæc conclusio mihi est tam certa, sicut præcedens, nam omnes probationes ibi adductæ eodem modo hic procedunt. Quia non potest vitalis actus saltem ex natura sua fieri sine influxu effectivo potentiæ vitalis, et principii : si autem intellectus non influeret immediate in visionem, tantum materialiter se haberet respectu illius, et respectu principii efficientis visionem, scilicet respectu luminis sustentando illud. Sicut se habet aqua calida respectu caloris, qui est principium calefaciendi, vel sicut se habet corpus respectu actionis vitæ procedentis ab anima, hoc autem non satis est ad actionem vitalem. Nec refert, quod illa denominatio agendi tribuatur composito, seu subjecto, aut intellectui ratione formæ inhærentis, quia illa re vera est quasi extrinseca denominatio, et non est proprius influxus effectivus per attentionem vitalem, quæ necessaria est ad actionem vitæ, præsertim ad actum cognoscendi, et amandi. Sicut in actu voluntatis evidentius intelligitur, quod non potest homo amare, nisi immediate per suam voluntatem influat in suum amorem, et quasi se determinet, et se moveat in rem amatam, et ideo non potest ille actus esse a solo habitu tanquam a principio agendi, eadem autem est ratio de visione.

« Sed dicunt aliqui, lumen non solum esse habitum, sed esse potentiam in ordine intelligendi, atque adeo esse quasi quemdam intellectum supernaturalem animæ infusum, per quem immediate potest elicere vitali modo intellectionem supernaturalem, sicut per naturalem intellectum efficit naturales actus. Quid enim repugnat infundi animæ supernaturalem potentiam, sicut dicuntur infundi potentiæ supernaturalis habitus ? Sed hæc responsio nova est, et ante hoc tempus inaudita. Et primo juxta illam sequeretur, lumen non infundi intellectui, sed immediate ipsi essentiæ animæ, quia si illud lumen est integra potentia intellectiva, non est cur inhæreat in aliqua potentia, sed immediate in animæ substantia, tum quia una potentia non recipitur in alia : tum etiam quia si lumen est integra potentia agendi, erit etiam integra potentia recipiendi illum actum immanentem, ergo nihil confert intellectus naturalis in ordine ad illum actum, ergo non est, cur in illo recipiatur. Unde ulterius consequenter dicendum est, charitatem non esse in voluntate, sed etiam esse veluti voluntatem quamdam supernaturalem, substantiæ animæ immediate superadditam, ut per eam supernaturaliter velit. Consequens autem valde absurdum est, alias non beatificaretur homo, secundum intellectum, et voluntatem. Item non exerceret homo actum vitæ in illa visione, quia visio lumini inhæreret, et per illud esset in anima tanquam in lapide. Quia anima ipsa in illum actum non influeret, quod necessarium esset, ut posset dici vivere per illum actum. Maxime quia valde probabile est (ut dixi disp. 18 *Metaph.*, sect. 5), necessarium esse, ut in omnibus actibus vitæ, anima ipsa immediate actui influat non tantum sustentando potentiam quasi materialiter, sed actu efficiendo. Ergo etiam in his actibus supernaturalibus necesse est, ut anima ipsa habeat immediate actualem influxum per se ipsam, et eadem ratione potest actu influere per potentiam sibi connaturalem elevatam per auxilium, seu virtutem supernaturalem. Quocirca nec fieri, nec intelligi potest, potentiam quasi radicalem et primam ad actum vitæ, a qua censetur actus procedere secundum rationem intellectionis, aut volitionis, venire ab extrinseco, et non esse intime conjunctam, et connaturalem animæ. Imo (ut in lib. IX *Metaph.*, ad c. 2 annotavi) in hoc consistit ratio potentiæ vitalis, quod sit potentia intrinsece manans ab anima, ut anima est, et consequenter intrinsece ordinata ad efficiendos proprios actus, in quibus perfectio viventis consistit. Non ergo fieri potest, ut animæ infundantur supernaturales potentiæ simpliciter, quæ sint totalia principia proxima intelligendi, et amandi, quamvis in potentiis possint infundi habitus adjuvantes, et elevantes ipsas potentias, non tantum ad melius agendum, sed etiam ad agendum simpliciter, ut cap. 12, agendo de lumine gloriæ, magis declarabitur.

« Ad fundamenta primæ sententiæ facile est ex dictis respondere. Falsum est enim, hujusmodi visionem fieri per creationem, quia non fit nisi per eductionem de potentia obedientiali intellectus, a quo pendet in fieri, et in esse, tanquam a subjecto, et principio. Nec refert, quod supernaturalis sit, nam etiam actus charitatis, et fidei sunt supernaturales quoad substantiam : quod autem visio sit perfectior, parum refert, quia omnes hi actus sunt in eodem ordine constituti, et licet differant secundum majorem, vel minorem perfectionem, hoc per majus, aut minus auxilium suppleri potest.

« Ad primam confirmationem respondetur, illam visionem esse maximum donum Dei, et ideo esse posse maximum præmium. Item principia præcipua ad illam visionem sunt a Deo, ut a præmiante. Non est autem de ratione præmii quod nullo modo sit efficienter ab eo, cui datur, sed satis est quod præcipue sit ab eo, a quo datur. Imo si præmium sit perfectum, et consistat in actu vitæ, de ratione illius est quod fiat ab ipsomet, cui datur, et hoc spectat ad perfectionem præmii, nam hoc ipsum, scilicet elevari ad tam perfectum actum efficiendum, pars est præmii.

« Ad secundam vero confirmationem quidam formidant concedere illam locutionem : *Homo beatificat se*, quia significare videtur hominem sibi esse sufficientem, et præcipuam causam beatitudinis suæ : in quo sensu sine dubio est falsa locutio. At ille sensus haud necessarius est, quia, ut vera sit illa locutio : *Homo beatificat se*, sufficit, quod homo efficiat in se formam, per quam est beatus, quia in rigore illa verba nihil aliud significant. Item quia homo se constituit in actu secundo, et ultimo, ergo si in illo actu consistit beatitudo, eodem modo beatificari potest. Denique Scriptura sacra sic loquitur : *Homo vivificat se, homo se sanctificat*, quia aliquo modo concurrit effective ad suam sanctificationem, quamvis neque sufficiens causa sit suæ sanctificationis, nec præcipua. Imo in sanctificatione non efficit immediate formam, per quam formaliter sanctificatur, sed solum dispositionem ad illam, hic autem immediate efficit formam, per quam formaliter beatificatur. Concedo ergo cum divino auxilio, et speciali concursu, hominem beatificare se non formaliter, neque objective, sed effective, et minus principaliter.

« Tandem intelligibilis non est distinctio Capreoli, quod homo efficit illam visionem, ut cognitio est, non vero ut beatitudo est, quia vel intelligit visionem fieri ab intellectu secundum genericam rationem intellectionis, et non secundum specificam talis visionis. Et hoc improbabile est; tum quia efficientia attingit rem in singulari, et prout est in re, et non secundum rationem genericam, seu abstractam per intellectum; tum etiam quia ille actus, etiam ut visio, vitalis est, et de illo ut sic, procedunt omnia dicta. Vel in ipsa visione, ut visio est, distinguit rationem visionis, et beatitudinis; et hæc non potest esse distinctio physica, nec in ordine ad efficientiam, quia illa visio non habet, quod sit beatitudo formalis ex modo aliquo superaddito, sed ex vi suæ substantiæ et entitatis : quatenus visio Dei est. Unde si homo facit visionem, facit se videntem Deum quia non facit illam separatam, sed informantem. Si autem facit se videntem Deum, facit se beatum modo explicato. Ad tertiam confirmationem negatur sequela, quia licet visio sit effective a beato, potest esse necessaria, et independens a voluntate beati, ut dicetur inferius.

« Fundamentum secundæ sententiæ solutum jam est : confirmatio vero petit dubium, an intellectus beati concurrat ad visionem per naturalem virtutem, vel obedientialem, et an concurrat ut principium, quo principale in suo ordine, vel ut instrumentum Dei, seu luminis. Sed hæc quæstio generalis est ad omnes actus supernaturales quoad substantiam, unde directe spectat ad materiam de gratia; et per occasionem satis diffuse a nobis tractata est in t. II, III part., disp. 31, sect. 6, in solutione quarti argumenti, in ultima editione Salmantina, quam hoc loco repetere necessarium non existimo. Mihi ergo probabilius semper videtur intellectum tunc elevari ad agendum per obedientialem potentiam, ut instrumentum Dei. Et ita in præsenti materia locutus est Paludius, in 4, dist. 49, quæst. 1, num 42; et Medina, 1-2, quæst. 3, art. 2, dub. 1 ad 7. Et ratio breviter est, quia natura, ut natura est, non dat vim activam etiam partialem ad actus supernaturales quoad substantiam, nec inclinationem naturalem ad videndum Deum, ut in 1-2 latius ostenditur. Et quia hic modus efficientiæ sufficit, ut talis actus possit vitaliter elici ab intellectu, quia Deus elevat unamquamque potentiam ad agendum modo sibi accommodato, ut citato loco latius declaravi.

« Caput XI. — *An videatur Deus per Verbum creatum productum a videntibus ipsum.*

« Antequam dicam de aliis principiis requisitis in intellectu ad videndum Deum, hanc quæstionem præmittendam censui; quoniam basis, et fundamentum est cæterarum, ut videbimus. Et quamvis magna ex parte pendeat ex philosophicis principiis : tamen illa nunc non examinabimus, sed supponemus. Itaque supponimus intellectum creatum, dum intelligit, verbum producere. Id expresse docuit D. Thomas I part., quæst. 27, art. 1, et aliis innumeris locis satis vulgatis, idque nos infra lib. I et IX *De Trinitate*, ex Augustino et aliis ostendemus. Nam illo principio utuntur ad explicandam aliquo modo productionem Verbi divini. Ibique etiam breviter declarabimus, quid verbum mentis sit, et quod sit munus ejus, nunc supponimus, esse qualitatem quæ per actionem intelligendi in mente fit, et ab ea ita pendet, ut non duret nisi quandiu mens actu cogitat, seu operatur. Ac denique supponimus, qualitatem illam, quæ est verbum esse aliquo modo imaginem re-

præsentantem aliquo expresso modo rem cognitam. Quæ omnia sumuntur ex D. Thoma, I part., dicta quæst. 27, et quæst. 34, art. 1, et quæst. 4, *De veritate*. Et ex doctrina Augustini, lib. IX *De Trinit.*, cap. 8; et lib. XV, cap. 11 et 12. Quod ergo in præsenti quæritur est, an sub illa generali regula intelligendi comprehendatur visio Dei, an peculiari aliqua ratione excipienda sit.

« Prima opinio negat, videntes Deum producere Verbum, quo illum videant. Ita sentit Cajetanus, I part., quæst. 27, art. 1, et inclinat Ferrarius, III *Contra gentes*, cap. 49, § *Adverte quod fundamentum;* et Torres cum aliis recentioribus Thomistis, I part., quæst. 27, art. 1; et quæst. 34, art. 1; sequitur Henricus quodlib. 3, quæst. 1, et quodlib. 4, quæst. 8. Suaderique potest hæc sententia, primo ex principiis Aristotelis docentis in lib. X *Ethic.*, cap. 3, beatitudinem in operatione consistere, non in aliqua qualitate, at visio Dei est ipsa formalis beatitudo (ut nunc supponimus, estque consentaneum eidem Aristoteli ponenti felicitatem in contemplatione eodem libro X *Ethic.*, c. 7), ergo illa visio est mera actio, qua conjungimur Verbo divino increato, sine interventu mediæ qualitatis, quæ sit verbum creatum. Unde oritur secundum argumentum, quia ubi per intellectionem Verbum producitur, intellectio immediate terminatur ad verbum, et per verbum ad rem cognitam, si ergo videntes Deum, creatum verbum producunt, intellectio eorum non immediate terminabitur ad Deum in se, sed ad rem creatam, et per illam ad Deum. Hoc autem dici non potest, quia alias non viderent beati Deum immediate, et in se, sed in aliqua similitudine, quod accedit ad errorem Armenorum. Tertio in creatis intelligentibus solum ponitur verbum, ut suppleat vicem objecti, vel absentis, vel non satis actu intelligibilis per se ipsum (neque in hoc est simile de Verbo divino, quia non producitur ob necessitatem intelligendi, sed ob fecunditatem naturæ divinæ), sed in visione Dei, Deus est per se ipsum præsentissimus, et summe intelligibilis actu, ergo non est ibi necessarium verbum. Tandem quarto quia omnino repugnat tale verbum, quia repugnat dari expressam imaginem, seu similitudinem creatam, et finitam Dei, prout est in se, quia forma finita est limitata ad certum genus perfectionis, Deus autem complectitur omnia.

« Nec desunt, qui doceant D. Thomam hujus fuisse sententiæ. Primo quia I part., quæst. 12, art. 2, generaliter definit, Deum per nullam similitudinem creatam videri; at verbum creatum similitudo creata esset, et per illud videretur Deus. Secundo quia ultimum argumentum a nobis proxime factum est ejusdem D. Thomæ, ex quo ita concludit: *Dicere Deum per similitudinem videri, est dicere divinam essentiam non videri, quod est erroneum.* Tertio quia in eodem art. 2 ad 3, ait, quod *divina essentia unitur intellectui creato ut intellectum in actu, per se ipsam faciens intellectum in actu :* id est, ut rem actu intellectam, quæ per se facit intellectum in actu, id est intelligentem; nam loquitur de actu secundo; nam ab illo denominatur res actu intellecta. Quarto quia in variis locis significat D. Thomas, quando formamus verbum ad intelligendum id, quod primo intelligimus esse ipsum verbum, ideoque IV *Contra gentes*, c. 11, verbum vocat *intentionem intellectam*, et quæst. 4, *De veritate*, art. 2, dicit, id, quod terminat operationem nostri intellectus, *esse ipsum intellectum, quod dicitur conceptio intellecta.* Unde ex sententia D. Thomæ, verbum est medium cognitum, seu cognita similitudo in qua objectum repræsentatur, at hoc modo impossibile est videri Deum in se, ut in aliis locis citatis dicitur, et est per se evidens, ergo. Quinto in 4, dist. 49, quæst. 2, art. 1, dicit, ita fieri unum ex divina essentia, et intellectu videntis Deum, sicut fit unum ex forma intelligibili et intellectu, quando intellectus intelligit, ubi necesse est, loqui de verbo, quia per illud fit intellectus res intellecta, tanquam actu intelligens. Sexto et difficilius quæst. 8, art. 1, *De veritate*, excludit omnem similitudinem creatam, qua formaliter constituatur intellectus creatus videns ipsum, sed hanc formam vult esse ipsam Dei essentiam.

« Nihilominus contrariam sententiam omnino veram censeo, nec opinor priorem opinionem recte defendi posse, nisi declinando in opinionem illorum, qui putarunt, Deum videri per ipsam visionem increatam, per se formaliter unitam intellectui creato, quam nec citati auctores docere intendunt, nec possunt juxta alia principia, quæ admittant, ut videbimus, nec denique illa opinio est probabilis, sed omnino ab scholis rejecta, ut dixi. Sit ergo certum id, quod in superioribus capitibus ostensum est, visionem Dei claram, vel esse creatam actionem realem, vel per eam fieri.

« Dico jam primo. Videntes Deum verbum creatum producunt; quo Deum ipsum videant. Hanc conclusionem videtur plane admittere Capreolus 1, dist. 27, quæst. 2, art. 3, ad 8, contra primam conclusionem, et licet in 4, dist. 49, quæst. 5, ad argumentum contra primam conclusionem dubitare videatur, tamen in hoc etiam magis inclinat, sicut etiam Sylvester in conflato, quæst. 27; et tenet Ferrarius, I *Contra gentes*, c. 53; Sotus in 4, dist. 49, quæst. 2, art. 3. Et mihi videtur expressa sententia D. Thomæ non solum, quia ubique generatim docet, verbum formari ab omni intellectu creato *eo ipso quod intelligens est*, ita enim loquitur II part., quæst. 27, art. 1, et quæst. IX *De potentia*, art. 5 et 4; *Contra gentes*, c. 11, 12, sed etiam quia in particulari agens de visione per essentiam id docet expresse, quæst. 4 *De veritate*, art. 2, ubi sic inquit : *Verbum intellectus nostri est id, ad quod operatio intellectus nostri terminatur, quod est ipsum intellectum, quod dicitur conceptio intellecta.* Et paucis interpositis, quæ ad rem non faciunt, subjungit : *Omne autem intellectum in nobis est aliquid pro-*

grediens realiter ab altero, vel sicut conceptiones quidditatum rerum posteriorum a quidditatibus priorum, vel saltem sicut conceptio actualis progreditur ab habituali cognitione. Et hoc universaliter verum est de omni, quod a nobis intelligitur sive per essentiam videatur, sive per similitudinem. Ipsa enim conceptio est effectus actus intelligendi, unde etiam, quando mens intelligit se ipsam, ejus conceptio non est ipsa mens, sed aliquid expressum a notitia mentis.

« Præterea est hæc sententia expressa divi Augustini, lib. XIV *De Trinitate*, ubi tractans a principio, cap. 16, illa verba Pauli, *Ephes.* IV, 23 : *Renovamini in novitate mentis vestræ*, ipse addit : *Ut incipiat illa imago* (utique quæ est in mente nostra) *ab illo reformari, a quo formata est.* Subditque, in c. 17, hanc reformationem paulatim fieri in hac vita, donec perficiatur in gloria. Unde concludit : *In hac quippe imagine tunc perfecta erit Dei similitudo, quando Dei perfecta erit visio, de qua dicit apostolus Paulus :* « *Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem.* » (*I Cor.* XIII, 12.) *Et apostolus Joannes :* « *Cum apparuerit, similes ei erimus, et videbimus eum sicuti est.* » (*I Joan.* III, 2.) *Hinc apparet tunc in illa imagine Dei fieri perfectam similitudinem, quando ejus plenam perceperit visionem.* Sentit ergo in beatis fieri quamdam perfectam similitudinem Dei, et hanc fieri per visionem tanquam verbum, quod per illam actionem fit. Quod apertissime declaravit idem Augustinus lib. XV *De Trinitate*, c. 16, ubi prius sic inquit : *Cogitatio nostra perveniens ad id quod scimus, atque inde formata, verbum nostrum verum est.* Additque postea verbum divinum non dici proprie cogitationem, quia non est mutabile, quam imperfectionem cogitatio significat. Ac tandem subjungit : *Quamobrem cum tanta sit nunc in isto ænigmate dissimilitudo Dei, et verbi Dei, quia tamen nonnulla similitudo reperta est, illud quoque fatendum est, quod etiam cum similes ei erimus, quando videbimus eum sicuti est, quod utique qui dixerit, hanc procul dubio, quænunc est, dissimilitudinem attendit, nec tunc natura illi erimus æquales. Semper enim natura minor est faciente, quæ facta est, et tunc quidem verbum nostrum non erit falsum, quia neque mentiemur, neque fallemur.* Ecce perfectam illam similitudinem ponit in verbo, *quod ibi formatur*, et in quo *non sunt volubiles cogitationes*, ut ibidem subjungit. Et de eodem plane verbo loquitur Augustinus licet generalius etiam extendat sermonem lib. IX *De Trinit.*, c. 7. *In illa æterna veritate formam secundum quam sumus, vel aliquid recta ratione operamur, visu mentis conspicimus. Atque inde conceptam rerum veracem notitiam tanquam verbum apud nos habemus, et dicendo intus gignimus, nec a nobis nascendo discedit.* Ipsa ergo notitia mente concepta est verbum, quis autem neget, qui æternam veritatem vident in se ipsa, habere in mentibus suis conceptam illius veritatis notitiam ; habent ergo verbum. Unde inferius c. 10 et 11, generaliter ait : *Habere animum nonnullam speciei notæ similitudinem, et omnem notitiam esse similitudinem.* Unde sic concludit : *Quocirca in quantum Deum novimus similes sumus, sed non ad æqualitatem similem quia non tantum eum novimus, quantum ipse sit.* Ergo eo modo, quo beati vident Deum sicuti est, habent in se notitiam illius similem illi, quæ est verbum.

« Ratione argumentor, quia visio beatifica est qualitas ab intellectu creato producta, ut per eam formaliter constituatur intelligens, ergo est verbum creatum illius objecti, quod per illam qualitatem videtur, id est, ipsius Dei, prout in se est. Antecedens constat ex præcedenti capite ; ostendimus enim, visionem esse quid factum ab intellectu, quod si factum est, creatura est, et non est substantia, ut per se constat, ergo accidens, ergo qualitas facta ab intellectu. Dicunt aliqui non esse qualitatem, sed puram actionem, quod significat Capreolus supra, et ea ratione ait non esse similitudinem. Sed profecto si actio realis intervenit in visione Dei, necesse est actionem illam habere terminum, quia intelligi non potest productio, quin productum aliquid illi respondeat, ut disput. 48 *Metaphys.*, sect. 2, ostendi. Et hac ratione doctores communiter docent, actus immanentes esse qualitates, ut patet etiam ex Capreolo in 2, dist. 1, quæst. 2, art. 3 ad 2; Cajetano I part., quæst. 79, art. 2; Ferrario II *Contra gentes*, c. 9 et 82; Hervæo, quodlib. 2, quæst. 8 ; Scoto in quodlib. 4, quæst. 8; Durando in 4, dist. 27, quæst. 2. Et videri possunt dicta in *Metaphys.* disput. 42, sect. 5, ad finem. Et ratio breviter est, quia si actus mentis non fit per actionem, non potest esse nisi qualitas, si autem fit per actionem, actio illa debet terminari ad qualitatem, et illa est, quæ ultimate perficit, et actuat potentiam, quæ illam produxit, in quo completur ratio, et effectus formalis actus immanentis. Hæc ergo qualitas necessaria etiam est in mentibus beatorum. Jam ergo probatur consequentia. Primo, quia verbum nostræ mentis nihil aliud est, quam internus terminus illius actionis intellectualis, per quam intelligimus, sed in videntibus Deum est actio realis intellectus, per quam intelligunt, et illa habet suum terminum internum, ergo ille terminus est verbum. Secundo quia illa qualitas, ad quam terminatur illa actio, est conceptus, et notitia mentis, ergo est similitudo objecti cogniti, juxta doctrinam Augustini locis citatis, et Anselmi in *Monologio*, cap. 31, ergo est verbum.

« Respondent Thomistæ aliud esse intellectionem, aliud verbum, et verbum esse similitudinem, non autem intellectionem, licet interdum ita vocetur, vel quia tendit ad producendam similitudinem, vel quia procedit ab specie, et ita quando separatur intellectio a verbo (ut in beatis juxta eorum sententiam) tunc intellectionem non esse similitudinem. Sed contra, primo, nam si per intellectionem intelligant qualitatem aliquam intellectus distinctam a verbo (ut

significant) multiplicant res sine fundamento, et contra doctrinam Augustini locis citatis, et explicare non possunt, quos formales effectus distinctos habeant illæ qualitates, vel ad quid multiplicentur. Si vero per intellectionem intelligant veram actionem de genere actionis, et illam distinguant a verbo, ut a termino, vera est distinctio secundum rationem formalem, sic autem tam impossibile est esse intellectionem sine verbo, quam esse actionem sine termino. Impossibile est etiam, quin sicut verbum est quædam similitudo facta, seu producta, ita intellectio sit assimilatio quædam, seu similitudo in fieri. Denique si intellectio beatorum circa Deum non esset similitudo repræsentativa mentaliter, profecto nec esset notitia, nec cognitio, quia de ratione notitiæ, et cognitionis est, ut sit similitudo, ut expresse docent Augustinus et Anselmus supra. Unde non redderet formaliter intelligentem intellectum beati, quia non faceret illi rem aliquo modo præsentem. Quapropter intelligi non posset, quid deserviret actio illa ad intelligendum Deum, si nec repræsentaret Deum, nec terminaretur ad qualitatem repræsentantem formaliter Deum intellectui, quia nullo modo faceret Deum præsentem intellectui. Est ergo in illa visione qualitas producta ab intellectu, qua informatus habet Deum intellectualiter præsentem, ergo est illa qualitas repræsentans intentionaliter, Deum actualiter, et formaliter tanquam cognitio ejus, talis autem qualitas est verbum.

« Unde ulterius dico secundo, non solum de facto videre beatos Deum per verbum creatum, sed etiam impossibile esse de potentia absoluta, quin aliter videatur Deus ab intellectu creato. Hæc assertio sequitur aperte ex præcedenti, et probationibus ejus. Nam in primis suppono, fieri non posse de potentia absoluta, ut intellectus creatus videat Deum, per visionem increatam. Necesse ergo est, ut videat per actionem creatam, imo et elicitam ab ipso intellectu creato, ut supra dictum est. Sed impossibile est etiam de potentia absoluta actionem esse sine intrinseco termino, ut calefactionem sine calore, ut ex *Metaphys.* constat, ergo impossibile est, actionem creatam videndi Deum esse sine proportionato termino, qui terminus est verbum creatum, ut ostensum est; vel aliter impossibile est intellectum creatum constitui formaliter actu videntem Deum sine forma creata, cujus formalis effectus sit constituere actu intelligentem, sed forma illa essentialiter est verbum, ergo. Probatur minor quia illa forma est qualitas producta ab intellectu, et informans illum et ex vi suæ informationis faciens illi actualiter præsentem rem intellectam, quod autem tale est essentialiter est verbum creatum. Nec video, quid responderi possit, nisi novæ vocum significationes, aut novæ proprietates verbi fingantur.

« Ad primum ergo argumentum ex Aristotele sumptum, respondemus beatitudinem formalem dici operationem, non quia non sit vera qualitas informans intellectum, nam si operatio dicit actionem, quomodo erit sine termino? Dicitur ergo operatio, quia est talis qualitas, quæ non potest informare potentiam nisi elicientem, seu efficientem illam, nec durare, nisi quatenus durat ipsamet actio. Ad secundum respondetur, actionem propriam quæ in visione beatifica intervenit, immediate tendere ad verbum creatum, ut ad rem productam, ad Deum vero ut ad objectum, quia ad illum tendit, ut ad rem cognoscendam, non ad suum terminum. Tamen actio, ut sic, non unit intellectum perfecte illi objecto, quia tantum est via ad unionem, at vero verbum ipsum, seu actus intelligendi in facto esse, unit mentem Deo immediate, ut objecto suo primario, et unit perfecte, quia in facto esse, ac permanenter. Ad tertium falsum est assumptum, quia verbum creatum non est necessarium propter aliquam imperfectionem ex parte objecti intelligendi, nec propter absentiam objecti quasi localem, nec propter carentiam exsistentiæ, vel aliquid simile, sed præcise propter imperfectionem, et conditionem naturalem talis potentiæ, quæ quatenus potentialis est, indiget propria forma, qua in actum redigatur; quatenus vero vitalis est, indiget forma a se producta, et quatenus intellectiva, seu cognoscitiva est, indiget forma repræsentativa, et hæc vocatur verbum : maxime in intellectu. Nam in omni potentia cognoscitiva proportionalis forma, quæ sit terminus internæ actionis, et suo modo repræsentans, necessaria est, ut ex doctrina de anima constat.

« Quartum argumentum postulat multa tractanda duobus capitibus sequentibus, et ideo in eorum discursu melius dissolvetur. Et ibi etiam de testimoniis D. Thomæ aliquid dicemus : est enim difficile in hac materia intelligere mentem ejus

« Caput XII. — *An videatur Deus per speciem creatum.*

« Non est sermo de specie naturali, seu connaturali intellectui creato, sic enim certum est; sicut actus visionis supernaturalis est, ita ad illum eliciendum non posse sufficere naturalem speciem. Quo sensu recte dixit Capreolus, in 4, dist. 49, quæst. 4, art. 3, ad 3, Aureoli contra secundam conclusionem, in hoc negotio videndi Deum, nullas partes habere intellectum agentem, cum ad videndum Deum non sit abstrahenda species aliqua intelligibilis, quod est munus intellectus agentis. Imo etiam in angelis, et animabus separatis licet intelligibiles species non acquirant per actionem intellectus agentis, sed a Deo eis donentur, nihilominus nulla in eis potest dari species ordinis naturalis, eisve secundum capacitatem naturalem aliquo modo debita, qua Deum videre possint. Quia non magis potest esse debitus actus primus, quam secundus, cum ejusdem ordinis esse debeant, quod etiam ex dicendis a fortiori constabit. Est ergo difficultas de specie aliqua creata, quæ sit supernaturalis, ac divini ordinis. Ac subinde per se infusa respectu omnis creaturæ possibilis.

« In hac ergo quæstione multi theologi docuerunt visionem claram Dei proxime fieri per creatam speciem Dei, prius natura infusam intellectui beati. Hujus sententiæ videtur fuisse Aureolus, ut refert Capreolus, 4, dist. 49, quæst. 5, art. 2, et supposito quod visio fiat ab intellectu, eam putat probabiliorem Richardus, in 3, dist. 14, art. 3, quæst. 3, et in 4, dist. 49, art. 3, quæst. 1, ubi refert alios etiam hoc sensisse. Quosdam vero dixisse, etiam si detur hæc species, simul necessarium esse concursum essentiæ divinæ, non solum ut primæ causæ in omni ordine rerum, sed etiam ut objecti actu intelligibilis, quem dicendi modum refert etiam Marsilius, in 3, quæst. 10, art. 2. Sed eum merito rejiciunt, quia superflue multiplicat principia intelligendi ex parte objecti, et auget, ac congerit difficultates omnium opinionum sine ulla necessitate. Denique Scotus, in 4, dist. 49, quæst. 11, licet expresse non dicat, Deum videri per speciem, dicit tamen, rationes, quibus probari solet non dari talem speciem, nihil probare. Duobus autem modis solet affirmari, et confirmari hæc opinio, primo quia implicat contradictionem, fieri visionem Dei sine tali specie, secundo quia licet non implicet de facto, asserendum non est ita fieri.

« Priori ergo modo probatur hæc sententia, quia tota necessitas speciei est, ut constituat intellectum in actu primo ad efficiendam visionem, eamque simul cum illo efficiat, non potest autem Deus supplere per se ipsum hoc munus speciei intelligibilis, ergo. Probatur minor. Primo, quia constituere intellectum in actu primo convenit speciei in genere causæ formalis, quam Deus supplere non potest, nec per seipsum potest uniri intellectui, quia non potest illi tribuere esse increatum. Secundo etiam quoad efficientiam non videtur suppleri posse species a Deo per modum objecti intelligibilis quia oportebit Deum efficere ad extra immediate per suam substantiam quatenus est quædam entitas actu intelligibilis, quia ut efficiat per modum objecti oportet, ut sicut per suam substantiam immediate terminat actum videndi, ita per eamdem illum efficiat. Hoc autem esse impossibile probatur, quia Deus ad extra nihil operatur immediate, nisi per voluntatem, aut omnipotentiam suam. Confirmatur quoniam alias efficientia illa non solum esset ab essentia Dei ratione absolutæ entitatis, sed etiam a relationibus divinis secundum proprias rationes earum, quia illæ ut tales, sunt objecta actu intelligibilia, intime præsentia intellectui per se ipsa, sed hæc est tota ratio, quare essentia Dei dicitur concurrere immediate per modum objecti actu intelligibilis, ergo idem dicendum erit de relationibus. Consequens autem videtur absurdum; tum quia efficientia Trinitatis indivisa est, semper ergo agunt personæ per id, quod commune est, non per id quod est proprium, alioqui efficientia aliqua conveniret uni personæ, quæ non esset communis omnibus. Confirmatur, quia jam aliquis effectus creatus per se procederet a Deo, ut trinus est; et ita per illum posset cognosci Trinitas, ut Trinitas est. Denique illa efficientia relationis, ut relatio est, vel esset suprema et independens, vel dependens a generali concursu primæ causæ. Hoc secundum repugnat perfectioni divinæ, nec primum etiam dici potest, quia nulla est operatio ad extra, quæ per se primo non procedat, et pendeat a Deo, ut Deus est.

« Dicetur fortasse, saltem posse Deum, ut supremum agens, per se ipsum supplere vicem speciei intelligibilis, quia præcipue est necessaria propter efficientiam, quæ efficientia, ut est ab specie non est vitalis, et ideo suppleri potest a Deo. Contra hoc vero probatur dicta sententia posteriori modo, nimirum, non esse asserendum, ita de facto fieri, licet non implicet. Quia connaturale non est ipsi visioni, illa autem visio debet fieri connaturali modo, quantum ex parte illius fieri possit, licet respectu hominis fiat supernaturali modo. Quod autem ille modus non sit connaturalis, patet, quia modus videndi connaturalis est per speciem objecti, ut in visu corporali, licet possit Deus facere, ut videat sine specie, tamen modus non esset connaturalis. Quæ ratio etiam probare videtur, quod licet daremus non implicare contradictionem Deum influere in illam visionem per seipsum, ut objectum intelligibile; nihilominus non esset asserendum, nunc ita fieri, quia non esset modus connaturalis, nec consentaneus ordinariæ providentiæ, quæ postulat, ut quæ Deus potest facere per intrinseca principia, seu formas, seu qualitates, non faciat per seipsum, sed per formam accommodatam, tanquam per secundam causam seu proximam. Et confirmatur, quia illa efficientia visionis beatæ a Deo, ut ab objecto non est naturalis, id est necessaria, sed voluntaria, et libera; ergo non debet esse immediate per substantiam ejus, quia tunc solum operatur immediate substantia, ut substantia, vel tanquam objectum intelligibile, quando operatur naturaliter, quatenus est, et non quatenus vult, operatur autem quatenus vult influendo per voluntatem, ergo ut actio fiat connaturali modo, debet Deus per suam voluntatem influere speciem, non vero actum ipsum videndi.

« Nihilominus contraria sententia est expresse D. Thomæ et communis Thomistarum, communiorque theologorum, quos sequenti capite commodius referam : eamque censeo omnino veram. Ut tamen illam confirmem, et declarem, necessarium judico prius explicare munus, et necessitatem speciei intelligibilis, et officia, quæ illi tribuuntur. Nam licet hoc philosophorum sit proprium : tamen hic necessarium est attingere id, quod est præsentis quæstionis fundamentum. Præsertim quia nonnulli theologi circa quæstionem hanc multa dicant de specie intelligibili. Sex ergo illi tribuuntur : *Inhærere intellectui, constituere illum in actu primo,*

seu informare illum, unire objectum potentiæ, efficere actum intelligendi, repræsentare objectum, et determinare potentiam ad talem speciem actus.

« Circa primum frequenter Thomistæ dicunt, inhærere, per accidens convenire speciei intelligibili, quia accidentarium illi est, quod sit accidens : per se vero solum requirit unionem cum intellectu in esse intelligibili. Sed advertendum est, aliud esse loqui de specie, aliud de objecto intelligibili, nam objecto ut sic accidentarium est conjungi cum potentia mediante aliqua re inhærente intellectui, quia de se tale objectum non habet, quod sit accidens, et si possit per se conjungi intellectui ad efficiendum actum intelligendi, non id faciet medio accidente, sed potius per se melius efficiet, quam per instrumentum. At vero species intelligibilis proprie significat aliquid distinctum ab objecto, quod sit veluti semen, seu instrumentum ejus, datum potentiæ cognoscendi ad supplendam vicem objecti, quando ipsum per se non potest adesse potentiæ, et per se efficere cum illa. Et hujusmodi species semper est accidens, neque aliter intelligi, nec fieri potest, et ideo speciei proprie dictæ, quatenus ab objecto distinguitur, per se convenit inhærere. Quamvis in ipsa specie distingui possit entitas, seu esse ejus, et finis, seu efficacia ejus : priori enim modo per se illi convenit inhærere : posteriori consideratione dici potest per accidens, quia finis speciei est, ut coefficiat cum intellectu, unde si cum sola exsistentia cum intima præsentia ad intellectum, intelligatur sufficiens ad efficiendum, accidentarium est, quod inhæreat. Quod sensu recte Scotus, in 1, dist. 3, quæst. 7, dixit, quod speciei quatenus est causa partialis, accidit actuare, seu inhærere.

« Circa secundum scilicet, constituere in actu intellectum, Cajetanus, I part., quæst. 12, art. 1, dicit, speciem non solum constituere formaliter intellectum in actu primo, sed etiam in actu secundo, non tamen ut principium efficiens, sed ut formam informantem, non quia ipsa sit actus secundus, sed quia comparatur ad actum secundum, sicut forma ad esse : additque divinam essentiam eodem modo constituere intellectum formaliter in ordine ad visionem sui, et ad illam comparari, sicut formam ad esse, quamvis non informet proprie, sed altiori modo uniatur. Hæc vero doctrina est falsa, et intelligi non potest. Suppono enim actum cognoscendi esse qualitatem, et formam distinctam ab specie : quantum est ex se, separabilem ab illa, ita ut possit species conservari cum toto effectu formali, absque actuali cognitione. Quibus suppositis facile est intelligere, impossibile esse actum intelligendi esse ab specie, ut esse a forma, quia neque esse, quod dat forma, est separabile ab ipsa informante, imo nec est distinctum ab ipsa; nec etiam una qualitas potest esse formalis effectus alterius distinctæ. Porro impossibilius est, quod de essentia divina dicitur, quia actus videndi Deum est forma creata, quomodo ergo potest esse formaliter a forma, seu natura increata? Item quia si essentia divina aliquo modo potest constituere intellectum in actu formaliter : ergo formaliter debet illi dare aliquod esse, ergo dabit esse increatum, nam forma non dat formaliter aliud esse, nisi quod ipsa est, seu quod in se habet. Consequens autem est plane falsum, ut patebit etiam ex dicendis. Dicendum est ergo, speciem non constituere formaliter intellectum in actu secundo, sed proxime in actu primo, solumque comparari ad actum secundum, tanquam principium efficiens ejus, ut jam ostendimus. Hæc autem constitutio intellectus in actu primo potest intelligi, aut per propriam informationem, et hoc convenit speciei, quatenus accidens est, aut per quamcunque aliam unionem, seu conjunctionem ad efficiendum, et hoc est per se necessarium in objecto intelligibili, seu in specie, quatenus supplet vicem ejus. Atque hinc ortum habuit vulgaris illa distinctio in hac materia de duplici modo actuandi potentiam, in esse reali, vel intelligibili, de qua statim dicam.

« Circa tertium de unione objecti cum potentia, media specie notandum est, quod paulo ante dixi, aliud esse loqui de objecto, aliud de specie; nam objectum per se, et secundum se non postulat uniri cum potentia per modum formæ proprie actuantis, et informantis illam. Dico autem per se, nam aliquando contingit objectum, quod intelligitur, esse actum, vel habitum ipsius intellectus, qui unitur potentiæ proprie, per modum formæ. Sed hoc convenit illi, quatenus est qualitas mentalis non per se, ac præcise, quia objectum intelligibile actu est. Unde potest dari aliquod objectum hujusmodi, quod sit substantia, vel res alia extrinseca intellectui, quæ ex se non habeat informare intellectum. Quando ergo res potest aliter per se ipsam conjungi intellectui in ratione objecti intelligibilis, non oportet, illam unionem esse per modum formæ proprie informantis, sed per modum principii juvantis intellectum ad intelligendum.

« Atque ita est intelligendus D. Thomas, I part., quæst. 12, art. 2, ad 3; et III *Contra gentes*, cap. 51. Quamvis Cajetanus et Thomistæ longe aliter videantur hoc explicare. Distinguunt enim duplicem unionem, seu informationem, seu duplicem actuandi modum, scilicet in esse reali, vel in esse intelligibili, dicentes objectum ipsum verbi gratia essentiam divinam, si per se conjungatur potentiæ, quamvis non uniatur illi per modum formæ naturalis in esse reali, tamen necessario debere uniri in esse intelligibili, ita ut vere constituat intellectum in actu primo per modum formæ intelligibilis. Sed interrogo, quæ, vel qualis sit unio hæc in esse intelligibili, aut enim est vera, et formalis, et realis unio, quæ ordine naturæ antecedit inter potentiam, et objectum ante actum intelligendi, vel non. Si dicatur hoc secundum tollitur quæstio, quia si non est realis unio, nihil esse potest præter

id, quod diximus : sic enim uniri in esse intelligibili, nihil aliud erit, quam simul conjungi, tanquam duo principia subordinata ad efficiendum unum actum intelligendi.

« Si vero dicatur primum, impugnari potest, tum quia nova unio realis non est sine novo modo, vel mutatione reali in altero extremorum, hic vero neque in essentia divina hoc reperiri potest, ut per se constat, neque in intellectu, ut ipsi fatentur, nam præter lumen gloriæ nulla alia mutatio, vel modus ponitur in intellectu in actu primo, et quatenus antecedit visionem, nec facile potest fingi, aut explicari talis modus. Deinde, quia omnis unio realis terminatur ad unum reale compositum, ex intellectu vero, et essentia divina non componitur unum ens reale, quia neque una substantia, neque unum accidens, neque unum aliquod esse, neque divina essentia communicat suum esse increatum intellectui, neque e contrario. Denique, unio realis inter duo non intelligitur sine aliqua vel causalitate mutua, vel saltem dependentia reali in exsistendo, vel subsistendo : nihil autem horum reperitur inter essentiam divinam, et intellectum. Igitur, si contingat objectum per se conjungi potentiæ ad causandam intellectionem sui, tota illa conjunctio intelligi debet in ordine ad efficientiam; ergo solum potest ibi intelligi intima propinquitas, et in distantia entitatum, inter objectum et potentiam, cum subordinatione ad agendum eumdem actum. Et tunc dicitur constitui in actu primo intellectus per ipsum objectum sibi unitum, non quia proprie objectum actuet, vel informet, seu constituat intellectum in aliquo vero, et reali esse, sed solum quia ita assistit intellectui, ut compleat activitatem ejus, et sufficienter illum determinet ad talem actionem. At vero quando objectum unitur potentiæ per speciem, ipsa quidem species vere unitur, ut forma informans, objectum vero per illam unitur potentiæ tanquam agens per semen suum, vel per instrumentum, sicut movens unitur mobili per impetum, vel generans passo per semen, quæ unio non est aliquid distinctum ab ipsa specie, ejusque efficacitate.

« Circa quartum de efficacia est longa quæstio inter philosophos : ego autem suppono id quod probabilius est, speciem dari, ut cum intellectu efficiat intellectionem loco objecti, quia seclusa hac efficientia nulla probabilis ratio, vel necessitas fingi potest ad ponendas has species. De qua re legi potest D. Thomas, supra, I part., quæst. 56, art. 1; et I *Contra gentes*, c. 51, et sequentibus; Scotus in 1, dist. 3, quæst. 7, et in *Quodlib.*, quæst. 15; Albertus, in *Summa de homine*, part. II, tract. *De sensibus*, et Capreolus in 1, dist. 35, quæst. 1, conclus. 1, et ad argumenta contra illam. Et videtur esse sententia Augustini lib. IX *De Trinit.*, cap. 12, dicente, ab objecto et potentia oriri cognitionem.

« Circa quintum de repræsentatione solum nunc dico, hanc repræsentationem non esse ita concipiendam, vel fingendam, ac si in specie ipsa esset similitudo aliqua formalis, vel imago depicta ipsius objecti. Quia hoc nec potest concipi sine convenientia aliqua, et unitate formali, ut de verbo postea dicam, neque hic est ulla necessitas hoc fingendi, tum quia species solum est veluti semen, et instrumentum, in quo sufficit virtualis assimilatio : tum etiam quia tota vis repræsentandi in specie ponitur propter actum secundum, neque aliunde colligi potest, neque nos experimur illam, nisi in ipso actu secundo; ergo non est necesse esse majorem similitudinem, vel repræsentationem in specie, quam in ipso actu. Quod optime vidit Scotus loco citato, et Ferrarius, I *Contra gentes*, cap. 53. Unde quod Paludius, et aliqui Thomistæ dicunt, actum non repræsentare, sed supponere præsentiam objecti per speciem factam, et tendere in objectum repræsentatum per speciem, non recte dictum est, quia intentionalis repræsentatio, quæ potest esse in mente, proprie, et actualiter est in ipso actu ut ipsa etiam experientia docet; nam cessante actu nullam effigiem, vel idolum objecti experimur in anima, unde si aliquo modo experimur, species maxime est, quia postquam cessamus ab intelligendo, possumus iterum actum formare, et repræsentare objectum ex vi interni principii conservati in animo, quod est signum aliquod, semen ejus relictum esse in mente, quod est principium illius actualis repræsentationis. Hæc igitur repræsentatio fit in genere causæ formalis per ipsummet actum, species vero solum dicitur repræsentare, quatenus est principium constituens intellectum in actu ad efficiendam hujusmodi actualem repræsentationem.

« Circa sextum, quod est determinare potentiam, facile ex dictis intelligitur, hanc determinationem in actu primo esse, aut per modum principii formalis, et informantis, si fiat per propriam speciem, aut per modum comprincipii complentis activitatem ad talem speciem actus, et hac ratione quasi specificantis ex parte principii. Non vero proprie ex parte termini, quia species impressa non comparatur per modum objecti terminativi, in quo fiat visio, ut suppono ex libris *De anima*. Unde etiam species non determinat potentiam in aliquo alio genere causæ, ut patet discurrendo per singula.

« His positis dico primo : Non implicat contradictionem divinam essentiam, per se ipsam, ut objectum intelligibile uniri intellectibus beatorum ad efficiendam immediate visionem beatam, absque interventu speciei intelligibilis impressæ. Hæc assertio, ut dixi, est D. Thomæ, et communis, et in illam inclinat Scotus, 2, dist. 3, quæst. 9. Hæc autem assertio non solum est ita intelligenda, ut hoc non repugnet fieri multiplicando miracula, et supplendo per omnipotentiam omnem efficientiam objecti et speciei, hoc enim facillime ostendi posset, ut ex dicendis patebit, non est tamen satis ad id, quod intendimus. Intelligitur ergo

assertio quod hoc non repugnet fieri, servato alioqui connaturali ordine concipiendi verbum mentis ex objecto et potentia. Sic ergo probatur hæc sententia a D. Thoma, quia divina substantia est objectum maxime intelligibile in actu, et in illo ordine est actus purissimus, absque ulla admistione potentiæ, ergo potest per se ipsum uniri intellectui ad intellectionem sui, ergo non est simpliciter necessaria species creata, quia hæc tantum requiri solet propter absentiam, vel impotentiam objecti intelligibilis. Secundo declaratur, quia nulla est repugnantia; aut enim oriretur ex causalitate formali, quam species, seu objectum habere debet circa intellectum, constituendo illam in actu primo, aut ex causalitate effectiva, sed ex neutro capite oritur, ergo.

« Circa priorem partem multa dicunt Thomistæ de unione essentiæ divinæ cum intellectu in esse intelligibili, ratione cujus potest supplere illud munus speciei absque propria et formali causalitate, per aliud genus ineffabilis unionis : sed, ut supra dixi, hic non potest intelligi alia unio, nisi conjunctio duorum principiorum, et sufficiens subordinatio ad eumdem actum efficiendum: neque est aliquid, quod nos cogat ad aliam unionem asserendam. Neque enim hæc ineffabilia mysteria asserenda sunt, sine fundamento cogente. Diximus enim supra actualitatem, seu determinationem potentiæ ab objecto per accidens, seu per occasionem, ut sic dicam, fieri per inhæsionem, aut veram informationem, quia per se solum requiritur concursus objecti sufficienter applicati. Quod exemplo videre licet in angelo cognoscente seipsum, per suam substantiam (quam opinionem nunc suppono ut probabiliorem; nec enim omnia exempla probanda ubique sunt, præsertim, cum constet saltem esse probabile); ibi ergo substantia angeli se intelligentis sufficienter determinat intellectum ejus, et dici potest constituere illum in actu primo ad intelligendum, non formaliter actuando illum, sed complendo cum illo unum principium proximum totale actionis.

« Dices: Quamvis substantia non inhæreat intellectui angeli, tamen intellectus inhæret substantiæ, et ex hoc capite intelligi potest inter ea unio sufficiens ad intellectionem; at vero in præsenti, nec Deus inest intellectui beati, neque e contrario. Respondetur illam inhæsionem non esse necessariam ad efficientiam ut sic. Sed in creatura fortasse est necessaria aliqua similis conjunctio, propter imperfectionem ejus, ut possint illa duo principia esse subordinata, et per se conjuncta in ordine ad eamdem actionem. At vero Deo tribuendum est id, quod est perfectionis in creatura, seclusis imperfectionibus, concurrere autem ad actum intelligendi per modum objecti intelligibilis, et per se adesse potentiæ, et subordinare illam sibi in ordine ad eumdem effectum; totum hoc est perfectionis, et potest recte intelligi sine imperfectione inhærentiæ, vel informationis, ergo ex hoc capite hoc non repugnat. Et hanc doctrinam insinuavit Cajetanus, I part., quæst. 12, art. 2, in quadam prima solutione, quamvis illam non probet, eam tamen videntur sequi Sotus et Ferrarius et illi etiam favet Scotus in 1, dist. 3, quæst. 6, quamvis eum impugnet Cajetanus, I part., quæst. 79, art. 2.

« Circa secundum caput *De efficientia*, varia etiam dicunt Thomistæ : nam quidam eorum licet affirment Deum supplere vicem speciei, nihilominus negant Deum posse supplere, et conferre illam efficientiam, quam solet dare species intelligibilis, quia in tali efficientia species est veluti instrumentum intellectus, qui illa utitur. At vero essentia Dei non potest hoc modo subjici, seu subordinari intellectui, ut ita dicam, esset enim magna imperfectio. Et ideo hi auctores dicunt essentiam divinam supplere vicem speciei, quantum ad unionem objecti cum potentia, non vero quantum ad efficientiam : sed hanc totam tribuunt lumini gloriæ, quod tamen negant esse speciem intelligibilem Dei. Sed hanc doctrinam existimo D. Thomæ contrariam et involventem repugnantiam. Primum patet, nam D. Thomas, I part., quæst. 12, art. 2, ad ultimum; et III *Contra gentes*, cap. 15; et in 4, dist. 49, quæst. 2, art. 2 ad 8, et in corpore docet, essentiam divinam esse, quod beatus intelligit, et quo intelligit, et supplere totam rationem speciei, quoad omnem concursum objecti. Secundum patet, quia seclusa efficientia nulla relinquitur necessaria unio objecti cum potentia, quæ ad intellectionem conferat per modum actus primi. Quia ut ostendimus, unio formalis ibi nulla est, sed tantum potest intelligi conjunctio quædam in ordine ad eamdem actionem. Item quia objectum duplicem habitudinem potest habere ad actum, scilicet principii et termini, seclusa autem efficientia, excluditur habitudo prima, et consequenter ratione illius non est necessaria unio, neque quoad hoc, est aliquid, in quo objectum suppleat rationem speciei. Habitudo autem termini, neque convenit speciei intelligibili, ut sic, neque per se requirit unionem, sed solum quod objectum in se, et prout in se est, videatur. Ergo repugnat dicere, quod essentia divina nihil efficiat ut objectum, et quod uniatur potentiæ ad supplendam vicem speciei.

« Præterea repugnat etiam dicere hanc totam efficientiam convenire lumini, et illud non esse speciem, vel saltem habere vicem ejus : nam per speciem solum intelligimus quamdam qualitatem, quæ præbet potentiæ activitatem quamdam ad actum, necessariam ex parte objecti. Item quia hæc activitas objecti necessaria est in actu intelligendi ut sic; ergo etiam in visione beata; ergo si Deus non præbet illam per seipsum, sed per qualitatem, quam per modum actus primi ad hoc munus substituit, quæ qualitas est ipsum lumen, necesse est fateri ipsum lumen esse speciem, quia est veluti semen, seu instrumentum objecti ad actum efficien-

dum; ergo repugnantia est negare speciem creatam, et hoc munus tribuere lumini.

« Alii ergo concedunt, Deum per se efficere hujusmodi actum, non tamen immediate per substantiam suam tanquam objectum actu intelligibile, sed per voluntatem, vel infinitam potentiam, qua operatur alios affectus. Sed licet verum sit, Deum posse hoc modo supplere efficientiam objecti non solum in intellectu respectu visionis suæ, sed etiam respectu aliorum objectorum, imo etiam in sensibus, quia Deus ut prima causa potest supplere efficientias causarum secundarum, ubi non involvitur specialis repugnantia, quæ hic nulla apparet. Nihilominus hoc in præsenti non sufficit, quia ille modus operandi Dei, et supplendi efficientiam objecti, et miraculosus est, et præter naturam rerum. Quia ex natura rei objectum esse debet causa proxima actus, per se, vel per speciem; ergo si Deus ut objectum non posset per se influere, deberet infundere speciem, ut actus connaturali modo fieret. Sicut infra etiam dicemus posse Deum ut causam supremam supplere efficientiam luminis, et nihilominus lumen esse necessarium ad connaturalem modum agendi.

« Dicendum ergo est præter concursum Dei, ut causæ primæ, posse etiam influere in actum videndi per modum principii proximi connaturalis illi actui ex parte objecti, et hanc efficientiam dari immediate per substantiam divinam, libere applicatam per voluntatem. Probatur, quia Deus est perfectissimum objectum intelligibile in actu, ergo convenit illi, quidquid est perfectionis in tali objecto, ergo et posse efficere visionem sui in ratione objecti, nam hoc perfectionis est; et nullam habet admistam imperfectionem Deo repugnantem. Minor propositio probatur, quia in efficientia ut sic, nulla est imperfectio, et ideo dicitur Deus posse supplere causam efficientem, quia hoc ex perfectione convenit. Nec vero in tali efficientia fingi potest specialis imperfectio. Quæ enim afferebatur, quod divina essentia subordinaretur in agendo intellectui creato, nulla est, species enim intelligibilis, quia est accidens intellectus, potest illi subordinari; objectum vero ipsum intelligibile, in quo illa virtus efficiendi est altiori modo, non est necesse, ut subordinetur intellectui, sed potius potest ipsum objectum habere subordinatum sibi, sicut angelus intelligens suam substantiam, habet sibi subordinatam vim intellectivam. Maxime quia in præsenti Deus, qui videtur, est principalis auctor hujus visionis, et utitur intellectu creato tanquam instrumento, cui conjungit substantiam suam, tanquam objectum ad efficiendam visionem.

« Secundo dicendum est, videri Deum a beatis sine interventu speciei intelligibilis creatæ, Deo ipso proxime per suam substantiam concurrente. In hoc sequimur opinionem D. Thomæ fere communi theologorum consensu jam receptam; nam præter eos, qui putant, non posse dari talem speciem, quos in sequenti capite referam, eam tenent Alexander Alensis I part., quæst. 7, n. 2; et II part., quæst. 24, num. 1; Paludius, in 4, dist. 49, quæst. 1, art. 2, et ibidem Thomas de Argentino, et Marsilius in 3, quæst. 10, art. 2. Estque in scholis valde recepta. Rationem hujus assertionis multi ex eo sumunt, quod putant implicare contradictionem dari talem speciem creatam Dei, sed hoc habet dubitationem tractandam capite sequenti, a qua nunc abstrahendum est. Ratio ergo assertionis sumitur ex præcedenti, quia non oportet multiplicare principia, quæ non sunt necessaria juxta naturas rerum, sed ostensum est, posse Deum videri sine specie concurrente ipso per se tanquam objecto actui intelligibili, quod satis est, ut visio maxime fiat connaturali modo, ergo. Secundo species solum poni solet ad supplendam absentiam, vel impotentiam objecti, hic autem ad neutrum horum est necessaria. Responderi potest ex Scoto, quodlibet. 14, et in 2, dist. 3, quæst. 9, etiam dari speciem, ut actus sit in potestate intelligentis. Respondetur : si hoc intelligatur de potestate libera, non habere locum in hac visione, quæ non libere, sed necessario fit. Si autem intelligatur absolute de potestate activa, satis habere intelligentem in sua potestate talem actum, si ex parte sua habeat sufficientem virtutem activam, et objectum per se satis conjunctum ad agendum. Præsertim in hac visione, in qua principalis virtus est in ipso Deo, qui est objectum talis visionis, ideoque ex natura rei necessario manat ab objectis, et potentia sufficienter elevata ad operandum, ut infra dicemus. Sed urgebis. Nam magis connaturale est, ut principium proximum operandi sit intrinsecum, et inhærens ipsi operanti, nam hæc est ratio, ob quam ponuntur habitus infusi. Respondetur, hoc esse verum de principio operandi, quod tenet se ex parte operantis, non vero de objecto ipso. Atque ita in præsenti, beatus, quatenus efficit visionem, habet principium agendi sibi inhærens, scilicet, intellectum, et lumen; objectum vero non est propria ratio agendi, a qua ipse beatus denominetur agens, seu activus, sed est veluti principium coefficiens, et coadjuvans, et ideo necesse non est, ut uniatur intellectui per aliquid ipsi inhærens.

« Hæc omnia clariora fient respondendo argumentis aliarum opinionum. Ad argumenta ergo priori loco posita responsum jam est, necessarium non esse, ut objectum intelligibile constituat potentiam in actu primo informando illam, sed per se assistendo, et conjungendo se illi, quando est tam perfectum, ut per se id facere possit. Item ostensum est, non repugnare divinæ omnipotentiæ per seipsam influere in actum ut objectum actu intelligibile. Quod vero quidam objiciunt, talem actionem futuram esse naturalem, et non liberam frivolum est, quia illa efficientia subordinata est voluntati divinæ, sicut omnis alia effectio ad extra, et hoc satis est, ut sit libera, non elicitive (ut more nostro loquamur), sed denominative ad mo-

dum actus exterioris; nam etiam creatio est hoc modo libera, et non alio.

« In confirmatione petitur difficultas, an hæc efficientia sit tribuenda soli divinæ essentiæ, vel etiam relationibus, ut sic. Alicui videri potest probabile hoc posterius, propter argumentum ibi factum, et quia nullum inde videtur sequi inconveniens, quia cum una persona non possit videri sine alia, semper ille effectus ad extra erit indivisus, et communis omnibus, quod videtur sufficiens ad salvandum illud axioma : *Opera Trinitatis ad extra sunt indivisa.* Sed nihilominus non approbo hunc dicendi modum. Nam in primis constat, solum concursum divinæ essentiæ esse sufficientem ad efficiendam visionem omnium personarum, ut patet in ipsismet personis divinis. Nam Pater, verbi gratia, intuetur omnes personas, et tamen relationes Filii et Spiritus sancti non concurrunt ullo modo tanquam ratio, vel principium, per quod Pater videat, seu intelligat illas, ut est res certissima, sed sola sua substantia est Patri sufficiens ratio ad videndum omnia, ergo idem erit respectu visionis creatæ. Nam quod hæc fiat per efficientiam (quæ nulla est circa visionem increatam) nihil refert, quia hoc provenit ex perfectione visionis, et non tollit, quin ipsa substantia divina de se sit sufficiens ad manifestandum omnia. Et ratio est, quia in ipsa essentia virtute, et eminenter continentur relationes, tanquam in radice nostro modo loquendi, et ideo ipsa est sufficiens principium ad videndas illas, non est ergo necessaria efficientia ipsarum relationum per seipsas, sed solum quatenus includunt essentiam.

« Ex quo ulterius infero, hanc efficientiam non esse alio modo possibilem. Primo propter rationem factam, quia efficientia ad extra est indivisa, quod est verum non solum ratione effectus, quia semper est ab omnibus personis, sed etiam ratione effectionis et principii agendi, quod est semper unum et idem in omnibus personis, nam in hoc fundant omnes sancti illud axioma. Quia si relatio esset ratio agendi, quantum est ex parte sua, posset una efficere sine alia. Quod vero non possit videri una persona sine alia, id aliunde provenit. Unde esset quasi per accidens ad ipsam efficientiam, quia quantum est ex parte efficientiæ, nihil repugnaret. Secundo, quia divinis relationibus nihil est tribuendum, nisi quod est necessarium, et maxime connaturale; non est autem necessaria hæc efficientia, ut ostendi, neque etiam est connaturalis, quia proprius et connaturalis modus videndi divinas personas, est per essentiam earum, ita ut essentiale et primarium objectum illius visionis sit essentia, relationes vero consequenter cum illa videantur, sicut consequuntur illam. Ergo est etiam connaturale, ut sola essentia sit principium talis visionis, per quam ipsa primo, et consequenter reliqua videntur. Tertio addi potest, quod relatio, ut relatio non est activa; item quod substantia præcise, ut talis est non est ratio agendi, sed conditio, et ideo relationes divinæ præcise sumptæ, quatenus relationes sunt, sunt rationes subsistendi, non efficiendi.

« Ad aliam partem argumentorum jam fere responsum est. Negamus enim speciem creatam esse necessariam, ut visio illa fiat connaturali modo, quia species non est necessaria ex parte intelligentis, sed objecti. Quod autem alia objecta concurrant mediante specie, provenit ex eo, quod improportionata sunt, ut per se concurrant. Ubi autem objectum est aptum, et sufficienter conjunctum potentiæ magis connaturale est, ut per seipsum efficiat sui cognitionem, ut de angelis dictum est. Unde per hoc non excluditur, quin Deus efficiat illam visionem per causam secundam, et per formam illi inditam, necessariam ex parte ejus, ut jam dictum est, et in cap. 14 amplius explicabitur. Ad confirmationem vero dicendum est, elicitive (ut sic dicam) esse illam actionem ab essentia Dei quatenus est, imperative autem esse ab eadem, quatenus vult. Et priori ratione habet illa actio, quod sit naturalis quoad specificationem, quia supposito, quod vult Deus illo modo efficere cum tali intellectu, tali lumine disposito, talem sui imaginem expressam in illo, et cum illo imprimit. Est autem actio libera quoad exercitium, quia ex libera voluntate pendet.

« Caput XIII. — An de potentia absoluta possit videri Deus, prout est in se, per speciem creatam impressam ejusdem Dei, ab eodem infusam.

« Multi senserunt implicare contradictionem dari talem speciem. Et in hoc fundarunt resolutionem capitis præcedentis, ut ibi adnotavi. Hujus opinionis videtur fuisse D. Thomas 1 part., quæst. 12, art. 2, ubi licet non loquatur expresse de specie intelligibili impressa, negat tamen absolute Deum videri posse per similitudinem creatam, quod generalius est, et ideo inter ipsosmet Thomistas est varietas in sensu D. Thomæ explicando, quæ hoc loco breviter declarare non erit inutile : nam ad rem ipsam magis declarandam etiam confert. Triplex ergo similitudo potest in mente intelligi, per quam possit fieri cognitio alicujus rei, quas nominare possumus, impressa, expressa et objectiva, seu per modum actus primi, vel per modum actus secundi, vel per modum objecti, seu repræsentantem effective, formaliter, vel objective. Exemplum sensibile esse potest in visu : datur enim species impressa, datur etiam actus videndi, qui censetur etiam esse similitudo intentionalis. Et dicitur formaliter repræsentare, quia informando potentiam facit illi præsens objectum, et ideo dicitur etiam repræsentare in actu secundo, in quo differt ab specie impressa, quæ tantum effective, et de se in actu primo repræsentat. Conveniunt vero inter se, quod ipsa per se loquendo, et in cognitione directa, non videntur, quando per eas videtur objectum, quia non terminant visionem, sed altera est principium ejus, altera est ipsa visio. Præter has vero dari potest similitudo objectiva, ut in visu esse potest imago amici

exterius proposita ad intuendum in illa amicum. Quæ differt a præcedentibus, tum in genere repræsentationis et similitudinis, quia est per realem et naturalem convenientiam cum objecto remoto, quod non habent aliæ, tum etiam quia ipsa est immediate objectum quod videtur, et ideo dici solet medium cognitum, nam duæ priores similitudines incognitæ dicuntur, quia per illum actum non proprie cognoscuntur. Hæc igitur triplex similitudo potest in intellectu cogitari, nam species intelligibilis et actus etiam ibi necessaria sunt, ut suppono. Similitudo autem objectiva adhiberi etiam aliquando potest, licet per se non semper necessaria sit. Addere item possumus quartum genus similitudinis, quod dici potest per participationem et convenientiam in virtute intelligendi, cujus etiam meminit D. Thomas, in illo art. 2, et docet, hanc similitudinem creatam intercedere in visione. Eamque vocat lumen gloriæ. Sed nunc non agimus de hoc genere similitudinis per participationem luminis, quia non est similitudo repræsentativa, de qua nunc agimus, et de illa dicemus capite sequenti.

« Dicunt ergo aliqui, D. Thomam in illo articulo tantum voluisse excludere similitudinem objectivam a visione Dei, non vero impressam, vel expressam. Et potest hoc suaderi primo, quia solum excludit similitudinem ex parte rei visæ, et admittit illam ex parte potentiæ videntis. Secundo, ac præcipue, quia rationes, quas adducit, sunt efficaces ad excludendam objectivam similitudinem, ad probandum autem esse impossibilem speciem impressam, parum valent, ut videbimus. Tertio quia in argumento *Sed contra*, adducit locum Augustini lib. xv *De Trinit.*, c. 9, in quo aperte loquitur de similitudine objectiva, qualis illa est, quæ fit per speculum in ænigmate, de hac enim cognitione loquebatur ibi Augustinus. Quarto quia art. 4, ad 1, aperte loquitur de similitudine objectiva, negando posse videri Deum per similitudinem, et refert se ad art. 2, et simile argumentum sumitur ex art. 11.

« Hæc vero sententia difficillime defendi potest. Primo quia statim in principio articuli supponit D. Thomas ad visionem intellectualem duo requiri, scilicet virtutem visivam, et unionem cum re visa. At hæc unio cum re visa non fit per similitudinem objectivam, quæ per se necessaria non est, sed ex accidenti in visione quadam imperfecta aliquando intervenit. Secundo, quia statim hoc declarat exemplum visionis corporalis : *Sicut similitudo*, inquit, *lapidis est in oculo, per quam fit visio in actu.* Constat autem lapidem non esse in oculo per similitudinem objectivam, quæ ad visionem per se necessaria non est, sed per speciem visibilem, quæ est medium incognitum per se necessarium ad videndum. Tertio, quia deinde distinguit lumen necessarium ad videndum ex parte potentiæ (quod vocat similitudinem, quarto modo supra declarato) ab unione cum re visa, necessaria ad videndum, et hanc vult non fieri per similitudinem Dei in ejus visione, sicut solet fieri in aliis cognitionibus intellectualibus, constat autem solere fieri per similitudinem impressam, non per objectivam. Quarto quia in nullo alio loco primæ partis disputavit D. Thomas de specie, per quam videtur Deus, neque unquam illius mentionem fecit, quia profecto putavit illam non dari, quod alibi non probat, nisi in illo articulo, loquor in partibus, nam alia loca statim referemus, quæ hanc ejus mentem satis declarant. Ac denique si solum ageret de similitudine objectiva, actum ageret, quia in art. 1 id satis probatum erat, nullus enim cogitavit, Deum videri per talem similitudinem, nisi qui fuerunt in errore Armenorum. Unde tam est certum non videri Deum per talem similitudinem, quam est certum videri in se. Quia quod per talem similitudinem videtur, non videtur in se, sed in alio. Et præsertim Deus, cujus non potest dari talis similitudo perfecta extra suam essentiam, quia, ut dixi, hæc similitudo objectiva est per realem convenientiam inter imaginem et prototypum, hæc autem convenientia non potest esse univoca, nec perfecta inter Deum et quamcunque creaturam. Quare licet lumen gloriæ dicatur esse similitudo divini luminis, per eminentem quamdam participationem superioris ordinis, nihilominus in illo lumine objective cognito non videretur clare Deus. Unde lumen illud potest deservire ad videndum clare per modum virtutis activæ intelligendi, ut postea dicemus, non vero per modum similitudinis objectivæ, quia hoc modo non potest referre Deum prout est in se, quia non habet cum illo convenientiam perfectam.

« Alii interpretati sunt, D. Thomam locutum esse de similitudine formali, seu expressa, quæ dicitur verbum mentis, quia putant D. Thomam sensisse verbum mentis, non tantum esse similitudinem informantem intellectum, sed etiam concurrere, ut similitudinem objectivam, seu ut medium cognitum, et ideo excludendo similitudinem objectivam hanc præcipue voluisse excludere. Et suaderi hoc potest, primo argumentis factis pro priori opinione, et præsertim ex aliis locis D. Thomæ ubi docendo Deum non videri clare per similitudinem, allegat illum art. 2, ergo explicat se loqui de similitudine expressa, quatenus oportet esse cognitam a vidente. Secundo, quia aliis in locis sentit verbum esse intentionem cognitam, ut allegavi supra, c. 11. Tertio, quia rationes D. Thomæ ad hoc videntur tendere, et ita sunt efficaces, et non aliter, ut patet ex dicto articulo 2, et latius III *Contra gentes*, c. 49. Quarto, maxime movere potest, quod D. Thomas, quæst. 8, *De verit.*, art. 1, aperte docere videtur, non videri Deum per verbum creatum.

« Hujus interpretationis adductores, ut non habeant D. Thomam sibi contrarium in opinione de specie impressa, quam de facto etiam beatis attribuunt, non solum magnam vim inferunt verbis ejus, sed etiam

opiniones alias longe minus probabiles D. Thomæ tribuunt. Primo ergo D. Thomas cum in illo art. 2 præmittit, ad visionem intellectualem duo requiri, virtutem visivam et unionem cum re visa, aperte loquitur de unione, quæ fieri solet per speciem impressam, sicut constat in exemplo oculi corporalis, quod statim adducit. Sed respondent, etiam ibi loqui D. Thomam de unione objecti cum potentia per ipsummet actum et speciem expressam. At hoc incredibile est, tum quia D. Thomas ait ad visionem requiri virtutem videndi et unionem rei visæ; non diceret autem ad visionem requiri visionem, alias nihil diceret, non loquitur ergo de unione, quam formaliter facit ipsa visio. Tum etiam, quia infra ait, *similitudinem lapidis esse in oculo, per quam fit visio*, at visio non fit per visionem, sed per speciem, nec illud, *per*, dicit ibi causam formalem, sed principium agendi, alias non diceret visionem fieri per similitudinem, sed esse similitudinem per quam videns videt. Secundo quia aliis in locis vocat D. Thomas similitudinem (de qua in illo art. et in aliis locis loquitur), speciem intelligibilem, ut III *Contra gentes*, c. 49, ratione 4, et dicta quæst. 12, art. 9, ubi quærit *an res in Deo videantur per similitudinem*. In argumento *Sed contra* argumentatur, quia *per unam speciem videtur speculum et ea, quæ in speculo apparent*, ubi clare loquitur de specie impressa. Et subsumit : *Sed Deus non videtur per similitudinem, sed per suam essentiam*. Et concludit : *Ergo nec ea, quæ in ipso videntur per aliquam similitudinem, sive speciem videntur*. Satis ergo declarat, has similitudines esse species, unde in art. respondet : *Ea, quæ beati vident in essentia Dei, non videre per aliquam speciem, sed per ipsam divinam essentiam intellectui eorum unitam*. Idem aperte confirmat quæst. 58, art. 2. Tertio juxta illam interpretationem necesse est dicere, D. Thomam negasse, beatum videre Deum per actum intelligendi creatum; quod, ut verum fatear, non parum indicat D. Thomas in unico loco (scilicet in dicto art. 1, quæst. 8, *De verit.*), tamen incredibile est, D. Thomam fuisse in ea sententia, cum passim de visione beatorum loquatur, ut de forma creata, et in 1-2, quæst. 3, art. 1, expresse doceat, beatitudinem formalem, quam ipse ponit in visione, esse quid creatum. Et art. 2 docet, illud creatum esse operationem vitalem, quæ dicitur vita æterna, ut ibi dicit ad primum adducens illud Joannis (XVII, 3) : *Hæc est vita æterna, ut cognoscant te*, etc. Non ergo intendit D. Thomas in illo art. 2, nec in aliis locis, præsertim in partibus, vel libris *Contra gentes*, aut in 4, excludere a beatis actum creatum, quo vident Deum, ergo nec speciem expressam potuit excludere.

« Dicetur, admisisse quidem actum visionis creatum, sed non talem, qui sit similitudo. Sed hoc dici non potest consequenter juxta illam interpretationem : nam D. Thomas in illo art. 2 dicit non fieri visionem in actu, nisi per hoc, quod res visa est in vidente, sicut lapis est in oculo per similitudinem lapidis, quod ipsi exponunt de similitudine expressa. At hæc similitudo in oculo non est nisi actus videndi, ergo similiter visio intellectualis debet esse similitudo expressa; ergo si D. Thomas non excludit visionem, nec similitudinem expressam potest excludere. Dicent forsan, D. Thomam posuisse in intellectu actum et similitudinem expressam, ut duas res, et similitudinem comparari ad actum, ut proximum objectum ejus, et hanc similitudinem voluisse auferre a beatis, non actum ipsum. Sed nunquam ostendere possunt, tales duas res in actuali intellectione distinxisse D. Thomam. Et in illomet art. 2 in hoc servat proportionem inter visum corporeum et spiritualem. At nec D. Thomas, nec quispiam alius unquam dixit, in visu corporeo præter speciem impressam requiri actum videndi, et rem aliam distinctam, quæ sit similitudo expressa, et objectum proximum visionis, sed solam actionem videndi, cum suo termino intrinseco, qui est similitudo expressa, quæ constituit formaliter videntem; si ergo beati habent actionem creatam videndi, illa necessario habet suum intrinsecum terminum, qui est etiam verbum, et similitudo expressa, ut supra ostensum est c. 11. Non ergo potuit D. Thomas negare expressam similitudinem in beatis, nisi excludendo ab illis visionem creatam. Quod ex dicendis amplius confirmabitur. Et quamvis interdum D. Thomas vocet verbum mentis intentionem intellectam, ut supra allegavi cap. 11, et præsertim quæst. 9, *De potentia*, dicat, illud esse primum intellectum : nunquam dicit rem ipsam repræsentatam per verbum in illo tantum cognosci tanquam in objecto immediato, sed ad summum indicat similitudinem illam ita repræsentare rem, ut etiam se ipsam manifestet, ut probabile est nunc beatos videndo Deum, simul, et eodem actu videre suam visionem, et verbum, quod de Deo formant, non quia Deum videant in illa imagine creata, sed quia ita per illam vident ipsam essentiam, ut ob excellentiam et subtilitatem illius visionis, illam etiam reflexe videant, participando perfectionem illam, qua Deus videndo se, videt scientiam, quam de se habet. Quidquid ergo sit, an species expressa sit cognita per seipsam, hoc non tollit, quin repræsentet rem, prout est in se, ergo ob hanc causam non oportuit excludere similitudinem formalem et expressam a beatis. Eo vel maxime, quia idem D. Thomas, IV *Contra gentes*, c. 11, declarat, Verbum non cognosci proprie, et ut quod, per cognitionem directam objecti, sed per reflexam.

« Denique D. Thomas, in 4, dist. 49, quæst. 2, art. 1 ad 15, attingens distinctionem quamdam de triplici medio, seu similitudine, docet, in visione beata non inveniri medium, quod sit forma seu species, nec medium per modum objecti proximi, in quo fiat visio, sed inveniri medium sub quo fit visio, quod est lumen, verbum autem seu visionem non numerat, quia solum agit de mediis, per quæ illa fieri solet.

Idem sumitur ex eodem D. Thoma, I *Contra gentes*, c. 53, et lib. III, c. 49 et 51, quodlib. 9, art. 1. Censeo igitur negari non posse, quod D. Thomas docuerit ubique Deum non videri de facto per speciem creatam impressam, et ad hoc persuadendum dixerit, esse impossibile videri Deum per talem speciem; et hanc fuisse illius sententiam in dicto art. 2. Quod si alibi, ubi negat similitudinem objectivam, citat illum articulum, est quasi per argumentum a fortiori, quia si impressa similitudo non sufficit ad videndum Deum, prout est in se, multo minus sufficiet objectiva. Unde potius dicerem, ubicunque D. Thomas docet non videri Deum per similitudinem, omnem similitudinem repræsentativam excludere præter illam, quam vocamus expressam. Quia de hac non movet aliam quæstionem, præter illam, an videatur Deus in se, postea vero supposita visione beata, quæ non potest non formaliter repræsentare, quærit modum vel principia ejus, et sic excludit similitudinem creatam, per quam Deus uniatur intellectui per modum objecti in actu primo, et hanc dicit esse impossibilem. Quod ejus discipuli intelligunt de impossibili simpliciter, quod implicat contradictionem. Et in hoc sensu sententiam hanc docent Capreolus, 4, dist. 49, quæst. 5; Sotus, quæst. 2, art. 3; Cajetanus et Ferrarius locis citatis, et reliqui Thomistæ : idem sentit Durandus, 4, dist. 49, quæst. 2, n. 13; et Ægidius, opusc. *De divina influentia in beatis*, c. 1; Marsilius in 3, quæst. 10, art. 2; Henricus quodlib. 3, quæst. 1; quodlib. 4, quæst. 7, et in *Summa*, art. 33, quæst. 2; inclinare videtur Paludius, dicta dist. 49, quæst. 1, art. 2, licet potius de facto, quam de possibili loqui videatur.

« Fundamenta hujus sententiæ multa sunt. Primum quia species intelligibilis, ut faciat videre rem prout in se est, debet esse propria, et perfecta similitudo ejus; repugnat autem dari hujusmodi similitudinem creatam divinæ essentiæ, quia non potest res finita esse perfecte similis rei infinitæ, quia res infinita consistit in omni perfectione, forma autem finita est limitata ad certum perfectionis genus. Unde fieri potest illa deductio, quia ad repræsentandum objectum tantæ perfectionis requiritur species proportionatæ perfectionis, ergo ad perfectius objectum perfectior species, ergo repræsentatio cujuscunque finitæ speciei semper habere potest objectum adæquatum proprium finitum, ergo non potest repræsentare objectum infinitum nisi sit infinita.

« Secundo quia Deus esse suum est, et actus purissimus, species autem creata necessario esse debet valde materialis, et composita, quia recipi debet in subjecto creato, et proportionari illi, ergo non potest natura sua assimilari per se divino esse. Unde argumentor tertio, quia species intelligibilis esse debet, vel immaterialior, vel æque immaterialis, ac objectum repræsentatum, quia debet illud continere in esse repræsentativo, seu intelligibili, et hac ratione non potest materialis species repræsentare angelum, prout in se est, sed nulla species creata potest esse tam immaterialis, sicut Deus, imo magis ab illo distat, quam species corporea ab angelo, ergo. Quarto species intelligibilis, et objectum sunt ejusdem rationis saltem in esse repræsentativo, ut patet de albedine, et de specie ejus, nam propter hanc causam potest species propriam cognitionem objecti generare, sed nulla res creata potest sub aliqua ratione esse ejusdem speciei cum Deo, seu (ut Cajetanus ait) non potest esse suum esse, etiam in esse repræsentativo, quia etiam ut sic, est quid creatum, ergo.

« Quinto argumentantur alii ex D. Thoma, III *Contra gentes*, c. 49 : quia talis species esset comprehensiva Dei. Probatur sequela, quia species procedit ab objecto naturaliter, tanquam naturalis similitudo ejus, ergo repræsentat, quantum est de se, objectum adæquate, ergo comprehensive. Nec refert, si dicas hanc speciem procedere a Deo libere : tum quia libera emanatio videtur repugnare cum naturali repræsentatione, tum maxime, quia quamvis demus libere fieri a Deo, tamen necesse est, ut talis fiat, qualis esset si naturaliter procederet, ut possit naturaliter repræsentare. Sexto, talis species ex natura sua esset sufficiens principium ad beatificandum hominem, hoc autem videtur repugnare creaturæ, quia nihil potest beatificare hominem, nisi Deus ipse. Adduntur denique alia leviora argumenta, quale est illud, quod species de se est indifferens ad repræsentandam rem præsentem, vel absentem. Et illud, quod talis species, cum esset finita, posset esse connaturalis angelo, vel etiam posset esse substantia, quia non est verisimile aliquod accidens posse esse similius Deo, quam sit substantia. Alioqui illa species esset perfectior imago Dei, quam angelus, vel anima rationalis.

« Nihilominus dicendum censeo, posse Deum efficere speciem intelligibilem, per quam intellectus creatus possit illum clare videre. Ita opinantur omnes, qui tenent dari beatis nunc hujusmodi speciem, ut retuli capite præcedenti; præsertim Scotus 4, dist. 49, quæst. 11; Aureolus apud Capreolum, ibi, quæst. 5; Richardus, ibi, art. 3, quæst. 1, et in 3, dist. 14, art. 1, quæst. 3. Ratio hujus assertionis est, quia nulla contradictionis implicatio, vel repugnantia in hoc invenitur, quod ita ostendo. Quia vel hoc repugnat propter repræsentationem, seu similitudinem, vel propter efficientiam neutrum dici potest, neque alia radix repugnantiæ hactenus inventa est, nec videtur facile excogitari posse, ergo ex nullo capite repugnat. Circa majorem propositionem divisi sunt Thomistæ. Quidam enim ponunt totam repugnantiam in efficientia, quia existimant non repugnare, qualitatem creatam esse formalem similitudinem, seu imaginem intentionalem Dei, prout in se est. Alii vero repugnantiam ponunt in similitudine. Probatur ergo prior pars de similitudine, quia de facto datur in beatis expressa similitudo

Dei, quæ est Verbum, ut capite præcedenti ostensum est. Ergo ex parte similitudinis non potest repugnare species impressa.

« Respondent aliqui, in hoc esse majorem repugnantiam in specie intelligibili quam in verbo, vel actu; quia si species intelligibilis repræsentaret objectum, deberet repræsentare adæquate, atque adeo comprehensive, quia manaret immediate ab illo; actus autem seu verbum non est necesse, ut adæquate repræsentet, quia manat immediate a potentia et lumine. Sed hæc ratio nullius momenti est, quia in primis hæc species non manaret ab objecto, ut ab agente naturali, sed ut ab agente libero, ergo non oportet esse adæquatum objecto, sed actui, propter quem datur, juxta sapientem dispositionem, liberi agentis infundentis illam. Exemplum evidens supra positum est de specie infusa inferiori angelo ad videndum superiorem, quam non oportet esse comprehensivam, quia Deus qui illam infundit, dat illam proportionatam virtuti intelligentis. Unde talis species naturaliter repræsentat objectum, quamvis libere procedat ab agente, quid enim repugnat naturalem similitudinem cujuscunque ordinis vel similitudinis sit, libere ab agente imprimi vel fieri? Nam imago facta ab artifice repræsentat naturaliter, seu per naturalem similitudinem, licet libere facta sit.

« Respondent vero aliqui ad exemplum adductum, speciem superioris angeli exsistentem in inferiori de se esse comprehensivam objecti, licet angelus habens illam non possit illa uti secundum totam repræsentationem ejus, ex defectu virtutis suæ. At hoc sine fundamento dictum est, nam species datur commensurata virtuti intelligendi, et actui, ad quem ordinatur, ergo non est, cur angelo inferioris virtutis detur sufficiens ad actum impossibilem tali virtuti. Item cur magis repugnat, dari speciem repræsentantem naturaliter, et non comprehensive, quam dari actum, visionem, seu verbum eodem modo repræsentans objectum, prout in se est, et non comprehensive? Nam ex parte agentis non potest assignari repugnantia, ut dictum est. Quinimo quamvis objectum imprimens speciem naturaliter ageret, non esset necessarium ut imprimeret illam adæquatam, et comprehensivam, sed juxta recipientis capacitatem, seu dispositionem, nam actio agentis sæpe limitatur ac definitur ex dispositione recipientis, et objecta etiam sensibilia fortius et efficacius imprimunt speciem in potentiam melius dispositam, igitur ex hac parte nulla est repugnantia.

« Unde tandem aliqui negant, dari posse qualitatem repræsentantem Deum, prout est in se. Et consequenter negant, visionem beatificam esse hujusmodi similitudinem, nec talem similitudinem expressam esse necessariam ad cognoscendum. Sed contra hos inprimis faciunt omnia, quibus supra probavimus, dari verbum in beatis, et de ratione notitiæ, sed cognitionis esse, ut repræsentet. Deinde insto interrogando de qua similitudine loquantur, an de propria similitudine pertinente ad propriam relationem, quæ fundatur in unitate ejusdem formæ, vel de similitudine repræsentationis, quæ magis pertinet ad relationem mensurati, et mensuræ. Si de priori sermo sit, verum est inveniri non posse in re creata respectu Dei. Unde tam repugnat speciei impressæ, quam expressæ. Imo in universum falsum est, vel speciem intelligibilem, vel verbum, aut actum cognoscendi esse hoc modo similitudinem objecti, ut per se notum est, quia species, quas habet unus angelus de aliis non conveniunt cum illis in formali natura, ut possint cum illis habere relationem similitudinis in unitate fundatam, idemque fere est de omnibus aliis speciebus intentionalibus, ut statim dicemus. Si vero sit sermo de similitudine posteriori, scilicet solius repræsentationis; falsum est non reperiri hanc in actu cognoscendi multo magis, quam in specie, ut supra probatum est. Et sine ulla causa diceremus, necessarium esse, ut species impressa repræsentet effective, nisi ipsa expressa repræsentatura esset formaliter, quia et ipsa species non est nisi propter actum, et non aliunde colligimus hanc repræsentationem nisi ex his, quæ in ipsis actibus cognoscendi experimur. Quod recte explicabit Anselmus in *Monologio*, c. 31, dicens : *Cum cogito notum mihi hominem absentem, formatur acies cogitationis meæ in talem imaginem ejus, qualem illam per visum oculorum in memoriam attraxi, quæ imago in cognitione verbum est.* Ex similitudine ergo repræsentativa actualis cognitionis, intelligimus speciem impressam suo modo esse imaginem : ergo ex hoc capite non potest repugnantia assignari.

« Venio ad aliud membrum de efficientia. Nam in primis Sotus supra docet, quamvis dari possit similitudo Dei, quæ formaliter beatificet, non tamen quæ effective; quia similitudo effectiva esse debet immaterialior objecto, non tamen id necesse est dicere de similitudine expressa, seu forma beatificante. Sed hoc mere gratis dictum est. Primo, quia nulla ratio est, ob quam similitudo impressa debeat esse immaterialior, quam expressa; quia tota perfectio, et ratio similitudinis impressæ est propter expressam. ergo satis est, quod sit illi proportionata. Item, cur magis species impressa debet superare, vel adæquare objectum in immaterialitate, quam expressa, cum non minus repræsentet objectum verbum ipsum, quam species? Deinde simpliciter falsum est, speciem intentionalem necessario esse debere immaterialiorem in entitate sua, quam objectum, ut manifeste constat in specie, quam inferior angelus habet de superiori, per quam illum intuitive et quidditative cognoscit, prout in se est, et tamen illa species non est immaterialior objecto suo. Quod probatur, quia species illa recipitur in angelo inferiori, ergo commensuratur ei in subtilitate et immaterialitate, quia quod recipitur, ad modum recipientis recipitur, et proprietas est accommodata na-

turæ, cui inest, sed angelus inferior non est immaterialior superiori, imo est imperfectior, ergo. Quocirca, quamvis respectu materialium objectorum species intelligibilis semper sit immaterialior, quia talia objecta in se solum sunt intelligibilia in potentia, et per species fiunt intelligibilia in actu, respectu tamen objectorum spiritualium, quæ ex se sunt actu intelligibilia, non oportet species intelligibiles esse immaterialiores, quia non dantur ad elevandum objecta ad superiorem ordinem, sed solum, ut suppleant vicem illorum, vel reddant illa accommodata personis intelligentibus.

« Aliter respondet Torres I part., quæst. 9, art. 1, circa finem : sicut dari potest qualitas creata sanctificans hominem formaliter, non tamen effective, quia hoc est proprium Dei, ita posse dari qualitatem beatificantem hominem formaliter non tamen effective, efficientia propria et connaturali, de hac enim est sermo. Et hinc concludit, posse dari similitudinem formalem Dei, non tamen impressam, quia illa tantum beatificat formaliter, hæc autem beatificaret effective. Sed hæc responsio, in primis non ostendit rationem repugnantiæ, neque exemplum, quod adducit, est ad rem. Si enim aliquid valeret, etiam probaret, non posse dari lumen gloriæ, quod sit principium connaturale efficiens visionem beatam, quia non potest dari simile principium efficiens gratiam sanctificantem. Et idem argumentum fieri potest de actu et habitu charitatis, qui suo modo sanctificant et beatificant. Differentia ergo solum est, quod respectu actus secundi, qui ex natura sua pendet effective a potentia creata, potest dari aliquod principium connaturale per modum actus primi. At vero respectu ipsiusmet actus primi per se infusi non datur aliud principium, quia neque est alius actus prior illo, a quo manet, neque etiam potest fieri a suo simili, quia nullus habitus est effectivus alterius habitus similis, nec denique fieri potest per actus ab ipso manentes, ut latius in materia de gratia tractatur. Denique retorqueri potest argumentum, quia eo modo, quo sanctificatio nostra fieri potest per actus secundos, dari potest principium creatum efficiens nostram sanctificationem.

« Aliter vero respondet Ferrarius I *Contra gentes*, c. 53, dicens posse quidem qualitatem creatam, quæ sit formalis similitudo Dei, tamen necessarium esse, ut hujusmodi similitudo immediate procedat ab ipsa essentia Dei, quia nulla res creata potest conferre propriam similitudinem Dei, nisi Deus ipse. Et ideo potest dari species expressa Dei, manans ab ipsamet essentia Dei unita per modum speciei, non tamen manans ab specie creata. Quod si dicas etiam speciem creatam esse immediate a Deo : respondet, non satis esse, quia illa posita oporteret speciem expressam non esse immediate a Deo, sed ab hac specie creata : et hæc, inquit, est repugnantia.

« Sed si quis recte consideret, hæc solum est petitio principii, et repetitio quædam propriæ assertionis, quia in eo, quod sumitur, ut impossibile, nec ostenditur, nec potest ostendi aliqua ratio repugnantiæ. Quia si non repugnat, dari creatam similitudinem Dei ex parte formalis repræsentationis, seu assimilationis, cur repugnabit, hujusmodi similitudinem immediate procedere ab alia sibi proportionata, et ejusdem ordinis, tanquam a principio proximo cum concursu proportionato Dei, et aliorum principiorum. Respondet Ferrarius ex specie impressa, et expressa compleri perfectam repræsentationem, et ideo non posse utramque simul esse creatam. Sed hoc frivolum est. Quia illæ species non componunt unam formam, vel repræsentationem, sed sunt diversarum rationum una in habitu, seu actu primo, altera in actu secundo, et ideo ex utraque non fit una perfectior repræsentatio, quæ excedat repræsentationem solius speciei expressæ intensive (ut ita dicam). Nulla ergo est illa repugnantia, neque, ut existimo, assignari potest. Et ideo D. Thomas nunquam illam posuit in efficientia, neque in emanatione unius similitudinis ab alia, sed in hoc, quod non potest dari qualitas creata, quæ sit propria similitudo Dei Unde generaliter contra hanc sententiam sic possumus concludere, quia visio, lumen, et species servant inter se proportionem; ergo sicut datur lumen superioris ordinis, quod ex parte potentiæ potest esse principium visionis, ita potest dari species, quæ ex parte objecti sit principium ejusdem visionis ejusdem ordinis cum illa, et commensurata illi.

« Præterea ex argumentorum solutionibus clarius constabit, nullam in hoc negotio esse repugnantiam. Ad primum de infinitate Dei respondetur, sicut potest dari lumen, et visio Dei infiniti, non tamen infinite visi, ita posse dari speciem ad videndum Deum infinitum, non tamen infinite, et ideo non esse necessarium ut talis species sit infinita magis quam visio, vel lumen : nam hæc tria servant inter se proportionem. Neque ex deductione ibi facta colligitur infinitas, nisi tantum secundum quid, et objectiva, vel ad summum, quod talis species sit altioris ordinis, sicut dictum est de visione, et dicetur de lumine.

« Ad secundum respondetur, rem, quæ est suum esse per essentiam, repræsentari posse per formam, quæ in ratione entis non habeat essentialiter exsistere ; aliud enim est esse suum esse, aliud repræsentare, ut patet aperte in ipsa visione beata, quæ non essentialiter exsistit, et tamen repræsentat eum, qui essentialiter exsistit. Ad tertium cum infertur, quod talis species esset immaterialior Deo, negatur consequentia, quia sufficere posset species ordinis divini, talem autem dari non esset inconveniens, sicut non est hoc inconveniens in visione et lumine ; nam satis est, quod species sit ejusdem ordinis, et immaterialitatis, cujus est lumen, et visio, quia (ut dixi) illis debet proportionari. Et sic respondetur ad exemplum ibi adductum de specie materiali, quæ non potest repræsentare angelum. Nam si

quid valeret, eodem modo procederet de actu et lumine, quia per actum materialem non potest videri angelus, prout in se est, et tamen minus videtur distare in perfectione actus materialis ab angelo, quam actus creatus a Deo. Sicut ergo hic respondemus, magis distare in perfectione entis, non tamen in latitudine objecti, et actus, seu potentiæ, quia objectum spirituale omnino est extra latitudinem potentiarum et actuum materialium, non vero extra latitudinem objecti potentiæ creatæ spiritualis, et actuum ejus, ita cum proportione dicendum est de specie intelligibili, quia hæc commensuratur actui, et potentiæ, et respicit idem objectum.

« Ad quartum negatur, speciem, et objectum esse ejusdem rationis specificæ vel univocæ in aliquo esse reali, sed tantum convenire in virtute agendi, quatenus species datur, ut loco objecti efficiat, et in ratione repræsentandi, quatenus repræsentat rem, prout est : ostensum est autem, ex hoc capite non repugnare dari speciem Dei Ad quintum de comprehensione negatur sequela, de qua jam satis dictum est. Ad sextum, jam ostendi, nullum esse inconveniens, quod detur homini aliquod principium creatum beatificans illum effective, quamvis solus Deus beatificet objective et effective, etiam ut primus auctor, et præcipua causa beatitudinis.

« Reliqua argumenta nullius momenti sunt : nam licet in objectis, quæ non includunt essentialiter exsistentiam, species, quæ est principium cognoscendi illa quidditative, abstrahat a præsentia et absentia, seu cognitione abstractiva et intuitiva : tamen in specie Dei non esset hoc necessarium, quia exsistere est de essentia Dei, et ideo talis species necessario esset principium visionis intuitivæ. Nec sequitur, quod possit esse connaturalis angelo, quia licet esset finitæ perfectionis, tamen esset altioris ordinis, sicut dictum est de visione et lumine. Et ideo etiam non sequitur, posse talem speciem esse substantiam. Quin potius nec respectu objecti creati sequitur, quod una substantia possit esse species ad repræsentandam alteram, ut constat ex materia de angelis. Denique non sequitur, talem speciem esse perfectius ad imaginem Dei, quam animam rationalem vel angelum, quia hæc ratio imaginis attenditur secundum formalem et essentialem convenientiam in forma seu natura, anima autem et angelus conveniunt cum Deo in gradu substantiæ intellectualis, quam convenientiam non haberet illa species, sed solam vim effectivam repræsentandi intentionaliter. Nulla est ergo sufficiens ratio, quæ ostendat hanc implicationem contradictionis, cum omnes adductæ facile solvantur. Et eodem modo solvi possunt aliæ, quæ circumferuntur, quia omnes possunt applicari ad lumen et visionem, et in eis deficere invenientur.

« Caput XIV. — Utrum infundatur lumen gloriæ videntibus Deum.

« Ratio dubitandi oritur ex dictis, nam ad efficiendam visionem sufficit intellectus cum specie seu objecto, sed ostensum est intellectum habere efficientiam, et Deum concurrere per se ipsum, ergo nihil aliud est necessarium. Probatur major, quia in intellectione duo sunt, scilicet, quod sit intellectio ; et hoc habet ex eo, quod est a potentia intellectiva ; et quod sit talis intellectio ; et hoc habet ab objecto, ergo hæc duo sufficiunt : quia non est in effectu tertia aliqua ratio, ob quam requiratur tertium aliud principium, quod vocetur lumen. Et confirmatur, quia posito quocunque lumine, tam improportionata manet potentia ad videndum, sicut sine illo, quia tam distat infinite a Deo, ergo superflue ponitur.

« Suppono, per lumen gloriæ nos intelligere qualitatem creatam, et habitum, ac virtutem intellectualem supernaturalem, et per se infusam intellectui, qua reddatur proxime potens, et habilis ad videndum Deum. Quo sensu non defuerunt theologi, qui negarent hujusmodi lumen de facto infundi beatis. Quam sententiam plane docere videtur Durandus, in 4, dist. 49, quæst 2 ; et Aureolus quem ibi refert Capreolus quæst. 4, et in eam propensus est Scotus in 3, dist. 14, quæst. 2, et in 4, dist. 49, quæst. 11, quia sentit, visionem beatam non esse effective ab intellectu. Unde idem solet tribui nominalibus, quia eodem modo sentiunt visionem a solo Deo fieri. Nam ad solam receptionem visionis non videtur esse necessarium lumen : quanquam in hoc aliter sentiunt Gabr. Richardus et Marsilius, ut capite sequenti dicam. Aliter negant alii necessitatem hujus luminis, existimant enim præter speciem objecti, et potentiam, non esse necessariam aliam qualitatem, et ideo dicunt, ipsam speciem debere intelligi nomine luminis, quatenus manifestat objectum. Nec desunt, qui hanc sententiam tribuant D. Thomæ in I part., quæst. 12, art. 2 et 5, quatenus dicit, lumen gloriæ requiri ad videndum Deum tanquam similitudinem quamdam objecti visi, nam species intelligibilis nihil aliud est, quam similitudo objecti. Vera tamen, et communis sententia est, dari in beatis hujusmodi lumen, prout a nobis est ratio ejus explicata. Circa quam sententiam tria breviter videnda sunt. Primum, an sit hoc lumen gloriæ, secundum quod sit munus ejus, seu utilitas, tertium, quanta sit necessitas ejus.

« Circa primum dicendum est, dari beatis lumen gloriæ, quo eorum intellectus elevetur ad videndum Deum. Sic D. Thomas supra, et III *Contra gentes*, c. 53 ; et illis locis Cajetanus et Ferrarius, Capreolus, Paludius, Sotus, in 4, dist. 49 ; Bonaventura, 3, dist. 14, art. 1, quæst. 3 ad ult., et art. 2, quæst. 1, ad 3 ; Major ibi, quæst. 2 ; Argentina, 4, dist. 49, quæst. 2, art. 1 ; et ibi Richardus, art. 3, quæst. 2 ; et in 3, dist. 14, art. 3, quæst. 1 ; Marsilius, quæst. 10, art. 2 ; Henricus, quodlib. 3, quæst. 3, et quodlib. 4, quæst. 6. Et in hujus confirmationem solent adduci ex Scripturis illud psal. xxxv, 10 : *In lumine tuo videbimus lumen ;* et illud *I Joan.*

III, 2 : *Similes ei erimus*, scilicet, in participatione luminis ad videndum ipsum; et *Isa.* LX, 19: *Non erit ibi amplius sol ad lucendum per diem, nec splendor lunæ illuminabit te, sed erit tibi Dominus in lucem sempiternam.* Quæ verba quasi exponens Joannes *Apoc.* XXI, 23, inquit : *Civitas non eget sole neque luna, ut luceat in ea; nam claritas Dei illuminabit eam*, etc. Quomodo etiam ait Nazianzenus, orat. 10 : *Magno Regi stans hinc atque illinc magno lumine impletur ;* et fere similia habet orat. 14 et 18, et similes locutiones reperiuntur passim in Patribus, quæ sunt accommodatæ ad rem explicandam, sed non satis cogunt.

« Præcipue ergo fundatur hæc sententia in Clementin. *Ad nostrum*, De hæret., ubi inter errores Begardorum et Beguinorum damnatur, *quod anima non indiget lumine gloriæ ipsam elevante ad Deum videndum.* Propter quod testimonium Capreolus, Cajetanus, Ferrarius, Sotus et nonnulli alii existimant hanc sententiam esse de fide, sed quamvis absolute loquendo de lumine gloriæ certissimum sit dari beatis ad videndum Deum, tamen loquendo de lumine sub ratione a nobis explicata, non videtur de fide ex vi illius definitionis. Quod ut declaremus, verum sensum concilii aperire necesse est.

« Primo ergo quidam interpretantur illud concilium de lumine gloriæ increato. Nam concilium non dicit esse necessarium lumen gloriæ creatum, sed simpliciter lumen gloriæ elevans intellectum; potest autem elevari ipso increato lumine, aliquo modo sibi unito, et confortante ipsum ad videndum. Hæc vero interpretatio ab omnibus rejicitur, quia concilium loquitur de lumine gloriæ eo modo, quo theologi loqui solent; omnes autem per lumen gloriæ intelligunt aliquid creatum. Deinde quia lumen gloriæ increatum, non propriæ elevat hominis intellectum, nisi quatenus aliquid in ipso intellectu Deus operatur supra naturam ejus. Nam ipsum lumen increatum per se ipsum non unitur formaliter intellectui. Sicut voluntas non elevatur ad amandum per ipsam charitatem increatam, et per essentiam Dei, sed quatenus in voluntate aliquid infundit.

« Secundo, ut Capreolus supra refert, aliqui dixerunt, per lumen gloriæ intelligi posse ipsam visionem, quæ Deum manifestat, et ut sic, dicitur lumen. Nam concilium solum intendit docere contra illos hæreticos, visionem illam esse supernaturalem, et hoc sensu dicit, esse necessarium lumen : ergo si quis docet illam visionem necessario infundi a Deo, et illam vocet lumen gloriæ infusum, satisfacit intentioni concilii. Sed hæc fuga etiam rejicitur, tum propter rationem supra factam ex communi significatione vocis, tum etiam quia concilium dicit requiri lumen elevans ad videndum, ergo distinguit lumen a visione; visio enim non proprie elevat ad videndum, sed constituit formaliter videntem. Item contra hanc expositionem faciunt, quæ dicemus contra sequentem.

« Tertio aliqui dixerunt, per lumen gloriæ intelligi auxilium supernaturale necessarium ad eliciendam visionem, sive illud sit per modum habitus, sive per modum actionis, et sive sit res distincta a visione, sive non. Ita refert Sotus, quæst. 2, art. 4; et nonnullis recentioribus theologis placet expositio : tamen non est probanda. »

CXXXIV.

« Nulla substantia corporea exterior a nobis est in se cognoscibilis.

« Omnis notitia qua res cognoscitur in se ipsa est intuitiva, vel ab intuitiva accepta.

« De facto non cognoscitur in se nisi accidens. »

Ces trois propositions de Pierre d'Ailly résument son système.

Toutes les trois eussent été acceptées par Descartes, et elles se trouvent développées dans le cardinal de Cusa.

CXXXV.

« Theologica perscrutatio de ente simpliciter puro (quod enim simpliciter dico, sine addito dico) pervenit ad intelligentiam multarum sublimium veritatum, quæ traduntur credendæ per fidem, si bona vita et humilis, si studium vehemens et pium, non protervum neque curiosum affuerint; qui præterea fiunt solerter et caute metaphysica philosophorum discussa, separando pretiosum a vili, hoc est, verum a falso, qualem docent facere Parisienses, ad hoc enim singulariter editi sunt. Non debet in sola intelligentia vel illuminatione intellectus, sed talis debet et liquefieri ad inflammationem affectus. » (GERSON.)

CXXXVI

Scot et Aristote

Scholium, Report. Paris., lib. III, dist. 7, quæst. 1, t. X, p. 446, 447.

« Declarat hanc, *Deus est homo*, non esse prædicationem essentialem nec accidentalem... Nec regulanda est hæc prædicatio ad regulam Aristotelis, cui ignota fuit unio hypostatica in qua fundatur. »

CXXXVII.

Questions sur Scot.

1° L'individualité est-elle perceptible du dehors, dans le système de D. Scot?

2° La notion de l'essence n'est-elle pas liée dans ce système à celle de l'hæccéité?

Ces deux questions étant résolues affirmativement, il en résulterait que les *essences* des êtres matériels sont invisibles.

3° A chaque degré de la généralisation peut-on dire qu'il correspond une entité formellement distincte des autres et immédiatement perceptible par l'intellect?

4° Scot a-t-il jamais placé le principe de l'unité de l'être dans l'individualité?

5° A-t-il jamais regardé le Dieu d'Aristote comme un Dieu sans vie?

6° A-t-il fait quelques efforts contre la

tendance prédominante de tout expliquer par des entités sans rapport avec l'essence?

7° S'est-il spécialement préoccupé de l'activité des êtres?

8° Comment réfute-t-il l'axiome : *Nihil a seipso movetur?*

9° A quel titre, dans quelle mesure, proteste-t-il contre l'unité attribuée au principe spécifique?

CXXXVIII.

Scot prouve la spiritualité de l'âme comme Descartes.

Saint Thomas disait (I, quæst. 75, art. 2) : « Homo intelligit formaliter quia aliqua cognitio immaterialis inest nobis; nulla autem sensitiva est immaterialis... » — Scot lui reproche l'obscurité du mot *immaterialis*, et il ajoute : *La preuve de la spiritualité de l'âme, c'est que la pensée, en tant que distincte de la sensation et de l'imagination, ne saurait être étendue.*

« Si talis actus (intelligere) est in nobis formaliter cum non sit substantia nostra, quia quandoque inest, quandoque non inest : ergo oportet dare sibi aliquod receptivum proprium; non autem aliquod extensum, sive sit pars organica, sive totum compositum, quia tunc ista esset extensa, nec posset esse talis, qualis dicta est, circa objecta qualia dicta sunt : ergo oportet quod insit secundum aliquid inextensum, et quod illud sit formaliter in nobis : illud non potest esse nisi anima intellectiva, quia quæcunque alia forma est extensa. » (Dist. 4, quæst. 2; et dist. 10, quæst. 2.)

Suivant Scot, toutes les âmes, excepté l'âme raisonnable, sont divisibles en tant que corporelles :

« Animæ, sentiens et vegetans, sunt materiales ac corporeæ in omnium sententia : ergo participant proprietates entis materialis ac corporei, cujusmodi est quantitas, cujus passio est divisibilitas. » (Columbus, lib. II *De anima*, quæst. 1, art. 8.)

Saint Thomas disait que les âmes des animaux supérieurs étaient indivisibles.

CXXXIX.

Scot cherche déjà à délimiter le domaine de la foi.

Voy. *Tabula quæstionum* in Supplemento ad librum tertium *Sententiarum Scoti* : Quæst. 34. *An omnia mysteria fidei comprehendantur in symbolo.* — Quæst. 38. *Qualis fides mediatoris est omnibus necessaria.* — Quæst. 63. *An judicium credibilitatis debet esse moraliter certum et evidens.* — Quæst. 64. *A quo habitu proveniant judicia præsupposita fide.* — Quæst. 65. *Quomodo sint supernaturalia.*

CXL.

Rapport de Scot et de Descartes.

« Si divina potest separari prius a posteriori, dummodo hoc ab illo essentialiter non dependeat. » (Columb., *De motu*, quæst. 2, art. 5.)

Le scotisme admet à l'avance, on le voit, le système de Descartes sur la manière de reconnaître la distinction des substances.

CXLI.

Caractère théologique de la philosophie de Scot.

Pour prouver que l'âme n'a pas besoin de fantômes pour voir : « Quidquid dicant hic philosophi, istud tamen dicit Augustinus. » (*Report.*, p. 869.)

CXLII.

Scot dit que le théologien peut s'écarter du philosophe, et il s'en écarte, en effet, dans une question importante.

« *Scholium.* — Quod Philosophus sumpsit materiam pro differentia individuali ostendit quæst. præcedenti, n° 20, nunc admisso quod intellexerit alteram partem compositi per materiam, docet hoc eum idem fecisse, quia indicavit intelligentias esse necessarias, in quo erravit : et sic melius est dissentire ab eo; in principio et conclusione simul, quam concedendo falsum principium, negare conclusionem. Explicat quomodo differunt, distinctio formarum, et formalis, in rigore logico, et illud *formæ sunt sicut numeri*, et alia solemnia loca ex Philosopho. Item quare Philosophus negavit corpus cœleste in tempore produci posse, et asseruit unum tantum posse esse individuum in singulis speciebus corporum cœlestium. » (Lib. II, dist. 3, quæst. 7.)

CXLIII.

« Intellectus nihil est eorum quæ sunt ante intelligere (Arist.); et Commentator (dicit) quod intellectus se habet in genere intelligibilis sicut materia respectu formarum sensibilium. » (Scot., *Report. Paris.*, lib. II, dist. 16, quæst. unica, t. XI, p. 346.)

Scot n'adopte point cette opinion qui était celle de l'école dominicaine.

CXLIV.

Autorité de Scot.

« In bibliotheca Vaticana, in pluteo 42, ubi habentur indices quæstionum omnium operum ejus (Scoti) per fratrem Franciscum Runer, postea Xistum IV, concinnati. » (Hugo Cavellus, Præf. lib. *De anima* Scoti. — *Voy.* Scot., edit. Lugdun., t. II, p. 479.)

Les Franciscains le regardent comme un saint : *Sanctus noster doctor.*

« Egregius doctor totius theologicæ facultatis patronus... et nunc pro meritis magnus in regno cœlorum. » (Fr. Viveri Hispani ordinis Cisterc. *Censura Scoti*, edit. Lugd., t. II, p. 481.)

CXLV.

Le *De anima*, au témoignage de Cavellus, a été écrit avant la *Théologie* : « Hunc tractatum junior ante *Theologiam* scripsit. » (Cavellus, Præf *De anima*. — Scot., edit. Lugdun., t. II, p. 479, 480.)

Suivant Wading, cet ouvrage aurait même été écrit avant les commentaires sur la *Métaphysique*.

« Prius scripsisse Scotum hos libros, quam in *Metaphysicam*, suspicari licet ex lib. XI *Metaphys.*, quæst. 14, ubi consulendus est scholiastes, schol. 14. » (L. Wading,

Censura in librum De anima Scoti, edit. Lugdun, t. II, p. 482.)

CXLVI.

Suivant Scot, la forme de la matière est divisible.

« Neque materia extensa habet aliquod esse indivisibile, secundum quod primo concurrit ad formam et actionem productivam ejus, seu eductivam : sed totum esse ejus est divisibile in partes extensas : ergo, ut sustentat formam et actionem agentis, concurrit divisibiliter, et secundum partes applicatas, vel totas, vel aliquas, prout etiam hæc sunt extensæ, et subduntur virtuti agentis creati : ergo forma sic educta, ut refunditur tam in concursum subjecti, quam in virtutem et actionem agentis, debet esse coextensa materiæ et non indivisibilis. Sed si aliqua ejus pars posset indivisibiliter informare partes materiæ majores et extensas, eadem ratione tota forma posset totam materiam sic indivisibiliter informare... » (Dist. 4, quæst. 44, art. 1.)

CXLVII.

Explication par Scot de ces mots : « Actio est suppositi. »

« Forma habens rationem formæ, non sic denominatur (ab actione), id est forma informans : quia tunc est alteri ratio, qua ipsum denominatur hac denominatione : sed forma non informans, sed per se ens, non denominatur hac denominatione ; denominari tamen potest alia denominatione, ut prædictum est ; et si ipsa non dependet ulterius ad aliquid denominatum, denominatio ejus erit ultima. Et sic illa propositio *Solius suppositi est agere*, breviter exponitur, vel alicujus habentis modum suppositi. In hoc autem, quod dico habere modum suppositi, nihil positivum intelligo ultra essentiam formæ, sed tantum negationem informandi aliquod, quod per istam formam agat.

« Ad confirmationem per Boetium, potest dici, quod sicut ipse loquitur ibi de *quo est* et *quod est*, quodlibet causatum habet ista aliquo modo distincta, eo modo, quo nullum creatum est purum esse, de quo in primo libro. Sed non oportet, quod in quolibet creato, *quo agit* et *quod agit* sint distincta. Si enim anima est essentia simplex, et idem realiter suæ potentiæ, non est aliud, quod agit actione intellectiva et quo agit : et ita hic, istud est quoddam ens et accidens simplex, nec informans aliud. »

Le commentateur (*Antonius Hiquæus*) ajoute :

« Ad confirmationem, intelligitur de compositione creaturæ ex potentia et actu, sicut cæteri Patres et præsertim Augustinus dicit creaturam includere nihil, id est, non habere plenitudinem essendi, sicut Deus, qui est actus purus nihil includens potentialitatis aut defectibilitatis ; omnis autem creatura est defectibilis, et includit limitationem essendi, ideo dicitur componi ex potentia et actu.... »

Cette réponse est adressée à l'argument suivant :

« Agere per se est suppositi, ut ex 1 *Metaph.* habetur : accidens autem non potest esse accidens. Ergo (videtur quod Eucharistiæ accidentia non possunt habere quamcunque actionem quam poterant habere in subjecto) confirmatur ratio secundum Boetium : in omnibus circa Deum, differunt, jus est et quod est : forma ergo quæ nata est esse *quo*, respectu actionis, non potest esse agens. »

CXLVIII.

Suivant Scot, la série logique des concepts ne représente pas la série des vrais universels.

« Plus enim requiritur ad rationem universalis quam quod sit commune et quod plurificetur in inferioribus ; requiritur enim quod dividatur in eis et distinguatur non solum secundum diversos conceptus, sed distinctione et divisione reali, quia sicut dictum est alias (1, dist. 8, quæst. 5), conceptus universalis accipitur ab alia realitate, quam ab illa a qua accipitur conceptus differentiæ, et non tantum genus contrahitur per conceptum, sed etiam alia realitas ab illa a qua accipitur genus et ab illa a qua accipitur ratio differentia : sic enim est de universalitate speciei respectu individui. Quoniam etiam alia est realitas formaliter a qua accipitur differentia individualis, ab illa a qua accipitur species, quæ est extra naturam universalis (ut patebit alias, 2, dist. 12, quæst. 6). Sic etiam est de aliis universalibus, quoniam omne universale reducitur ad genus, vel ad speciem. Nam illud quod est proprium vel differentia respectu suorum inferiorum se habet ut genus, vel ut species. Et ideo ad hoc quod aliquis conceptus sit universalis, non sufficit quod contrahatur per conceptum, sed requiritur ad rationem universalis, quod res concepta contrahatur per aliam rem conceptam. — Ad hoc igitur quod persona esset universalis, oporteret quod haberet realitatem sibi correspondentem, quæ sit in potentia ad realitatem determinantem. » (*Report. Paris.* I, dist. 25, quæst. 11, p. 134.)

Tout cela pour prouver qu'il peut y avoir des qualités communes dans les personnes divines, sans que ces personnes se rapportent à un genre suprême ou à un universel.

CXLIX.

Activité admise dans le système de Scot.

« Nulla potestas est plene activa, si per suam essentiam in nullum actum et in nullum objectum potest. » (Théorème 22, n. 15.)

CL.

Distinction entre l'essence de Dieu et ses attributs.

Elle est admise par saint Denys (lib. IX *De div. nom.*) : « In Deo esse perfectionum varietatem, altereitatem, multiplicitatem et unum attributum præstare aliquid, quod non præstat aliud. » — Saint Anselme (cap. 48, *Monolog.*) ; — Damascène (*De fide*, lib. IV) ; — Saint Athanase (*Serm. de Deipara*) : « Deum

esse incorporeum, increatum, æternum, non quod singula istorum substantia Dei sint, sed circa substantiam ejus versantur. »

Bogrin donne à l'appui de cette distinction un argument tiré du dogme trinitaire :

« Si intellectus et voluntas non distinguerentur a parte Dei, sequeretur Verbum in Deo non distingui a Spiritu sancto : tota enim ratio qua hæ duæ personæ distinguuntur est quia Verbum per intellectum producitur et Spiritus sanctus per voluntatem : si ergo a parte Dei non distinguerentur intellectus et voluntas, sequeretur quod si Filius produceretur per intellectum produceretur per voluntatem, itaque nulla esset distinctio inter Filium et Spiritum sanctum, proindeque tota rueret fides catholica de Trinitatis mysterio. »

CLI.

In anima intellectiva sunt plures realitates.

« In anima enim intellectiva, quamvis ipsa sit unica et simplex forma, sunt tamen plures realitates, in quas resolvitur. Nam si est ens quidditative et similiter alia anima, puta anima sit ens quidditative, certum est quod in ipsa anima intellectiva est aliqua realitas prior, a qua accipitur conceptus entis..... differt per aliam realitatem. »

Pour prouver que les réalités qui constituent les différences dernières : « non sunt ens quidditative, et sunt simpliciter simplices. » (Scot., 1, dist. 3, quæst. 3, *Com.* Lycheti, edit. Lugdun., t. V, p. 457.)

CLII.

Opinion de Leibnitz sur la question scolastique des universaux.

Leibnitz résolut cette question dans un sens purement nominaliste au commencement de sa carrière philosophique ; plus tard il aboutit à un système qui était antiréaliste, mais qui regardait néanmoins les choses comme ayant une essence en elles-mêmes ; seulement cette *essence* ne peut être parfaitement perçue par notre intelligence.

Ce système est assez semblable à celui que M. Buchez a cru devoir attribuer à saint Thomas.

Nous donnons ici divers extraits de Leibnitz qui permettront de comprendre sa doctrine sur les universaux ; on verra qu'elle est complétement différente de celle des *scolastiques*. Ces extraits sont empruntés aux *Nouveaux Essais :*

« *Théophile.* Je ne sais pourquoi on veut toujours chez vous faire dépendre de notre opinion ou connaissance les vertus, les vérités et les espèces. Elles sont dans la nature, soit que nous le sachions et approuvions ou non : en parler autrement, c'est changer les noms des choses et le langage reçu sans aucun sujet. Les hommes jusqu'ici auront cru qu'il y a plusieurs espèces d'horloges ou de montres sans s'informer en quoi elles consistent ou comment on pourrait les appeler.

« *Philalèthe.* Vous avez pourtant reconnu il n'y a pas longtemps que, lorsqu'on veut distinguer les espèces physiques par les apparences, on se borne d'une manière arbitraire où on le trouve à propos, c'est-à-dire selon qu'on trouve la différence plus ou moins considérable et suivant le but qu'on a. Et vous vous êtes servi vous-même de la comparaison des poids et des mesures, qu'on règle selon le bon plaisir des hommes et leur donne des noms.

« *Théophile.* C'est depuis le temps que j'ai commencé à vous entendre. Entre les *différences spécifiques* purement *logiques*, où la moindre variation de définition assignable suffit, quelque accidentelle qu'elle soit, et entre les *différences spécifiques* qui sont purement *physiques*, fondées sur l'essentiel ou immuable, on peut mettre un milieu, mais qu'on ne saurait déterminer précisément, on s'y règle sur les apparences les plus considérables, qui ne sont pas tout à fait immuables, mais qui ne changent pas facilement, l'une approchant plus de l'essentiel que l'autre ; et comme un connaisseur aussi peut aller plus loin que l'autre, la chose paraît arbitraire et a du rapport aux hommes, et il paraît commode de régler aussi les noms selon ces différences principales. On pourrait donc dire ainsi que ce sont des *différences spécifiques civiles* et des *espèces nominales*, qu'il ne faut point confondre avec ce que j'ai appelé *définitions nominales* ci dessus et qui ont lieu dans les différences spécifiques logiques aussi bien que physiques. Au reste, outre l'usage vulgaire, les lois mêmes peuvent autoriser les significations des mots, et alors les *espèces* deviendraient *légales*, comme dans les contrats, qui sont appelés *nominati*, c'est-à-dire désignés par un nom particulier ; et c'est-à-dire comme la loi romaine fait commencer l'âge de puberté à 14 ans accomplis. Toute cette considération n'est point à mépriser ; cependant je ne vois pas qu'elle soit d'un fort grand usage ici, car, outre que vous m'avez paru l'appliquer quelquefois où elle n'en avait aucun, on aura à peu près le même effet, si l'on considère qu'il dépend des hommes de procéder dans les sous-divisions aussi loin qu'ils trouvent à propos, et de faire abstraction des différences ultérieures sans qu'il soit besoin de les nier ; et qu'il dépend aussi d'eux de choisir le certain pour l'incertain afin de fixer quelques notions et mesures en leur donnant des noms.

« *Philalèthe.* Je suis bien aise que nous ne soyons plus si éloignés ici que nous le paraissions.....

« Un ovale à trois foyers aurait même une infinité de tels *genres* et aurait un nombre d'*espèces* infiniment infini, chaque genre en ayant un nombre simplement infini. De cette façon, deux individus physiques ne seraient jamais parfaitement semblables ; et, qui plus est, le même individu passera d'espèce en espèce, car il n'est jamais semblable en tout à soi-même au delà d'un moment. Mais les hommes, établissant des

espèces physiques, ne s'attachent point à cette rigueur, et il dépend d'eux de dire qu'une masse qu'ils peuvent faire retourner eux-mêmes sous la première forme demeure d'une même *espèce* à leur égard. Ainsi nous disons que l'eau, l'or, le vif-argent, le sel commun le demeurent et ne sont que déguisés dans les changements ordinaires; mais, dans les corps organiques ou dans les espèces des plantes et des animaux, nous définissons l'espèce par la génération, de sorte que ce semblable, qui vient ou pourrait être venu d'une même origine ou semence, serait d'une même espèce. Dans l'homme, outre la génération humaine, on s'attache à la qualité d'animal raisonnable, et, quoiqu'il y ait des hommes qui demeurent semblables aux bêtes toute leur vie, on présume que ce n'est pas faute de la faculté où du principe, mais que c'est par des empêchements qui tiennent cette faculté; mais on ne s'est pas encore déterminé à l'égard de toutes les conditions externes qu'on veut prendre pour suffisantes à donner cette présomption. Cependant, quelques règlements que les hommes fassent pour leurs dénominations et pour les droits attachés aux noms, pourvu que leur règlement soit suivi ou lié et intelligible, il sera fondé en réalité, et ils ne sauront se figurer des espèces que la nature, qui comprend jusqu'aux possibilités, n'ait faites ou distinguées avant eux. Quant à l'intérieur, quoiqu'il n'y ait point d'apparence externe qui ne soit fondée dans la constitution interne, il est vrai néanmoins qu'une même apparence pourrait résulter quelquefois de deux différentes constitutions : cependant il y aura quelque chose de commun, et c'est ce que nos philosophes appellent la *cause prochaine formelle*. Mais quand cela ne serait point, comme si, selon M. Mariotte, le bleu de l'arc-en-ciel avait tout une autre origine que le bleu d'une turquoise, sans qu'il y eût une cause formelle commune (en quoi je ne suis point de son sentiment), et quand on accorderait que certaines natures apparentes, qui nous font donner des noms, n'ont rien d'intérieur commun, nos définitions ne laisseraient pas d'être fondées dans des espèces réelles, car les phénomènes mêmes sont des réalités. Nous pouvons donc dire que tout ce que nous distinguons ou comparons avec la vérité, la nature le distingue ou le fait convenir aussi, quoiqu'elle ait des distinctions et des comparaisons que nous ne savons point et qui peuvent être meilleures que les nôtres. Aussi faudra-t-il encore beaucoup de soin et d'expérience pour assigner les genres et les espèces d'une manière assez approchante de la nature. Les botanistes modernes croient que les distinctions prises des formes des fleurs approchent le plus de l'ordre naturel; mais ils y trouvent pourtant encore bien de la difficulté, et il serait à propos de faire des comparaisons et arguments, non-seulement suivant un seul fondement, comme serait celui que je viens de dire, qui est pris des fleurs, et qui peut-être est le plus propre jusqu'ici pour un système tolérable et commode à ceux qui apprennent, mais encore suivant les autres fondements pris des autres parties et circonstances des plantes. Chaque fondement de comparaison mérite des tables à part, sans quoi on laissera échapper bien des genres subalternes et bien des comparaisons, distinctions et observations utiles. Mais plus on approfondira la génération des espèces et plus on suivra dans les arrangements les conditions qui y sont requises, plus on approchera de l'ordre naturel. C'est pourquoi, si la conjecture de quelques personnes entendues se trouvait véritable, qu'il y a dans la plante, outre la graine ou la semence connue, qui répond à l'œuf de l'animal, une autre semence qui mériterait le nom de masculine, c'est-à-dire une poudre (*pollen*) visible bien souvent, quoique peut-être invisible quelquefois (comme la graine même l'est en certaines plantes), que le vent ou d'autres accidents ordinaires répandent pour la joindre à la graine qui vient quelquefois d'une même plante et quelquefois encore (comme dans le chanvre) d'une autre voisine de la même espèce, laquelle plante par conséquent aura de l'analogie avec le mâle, quoique peut-être la femelle ne soit jamais dépourvue entièrement de ce même *pollen;* si cela, dis-je, se trouvait vrai, et si la manière de la génération des plantes devenait plus connue, je ne doute point que les variétés qu'on y remarquerait ne fournissent un fondement à des divisions fort naturelles. Et si nous avions la pénétration de quelques génies supérieurs et connaissions assez les choses, peut-être y trouverions-nous des attributs fixes pour chaque espèce, communs à tous ses individus et toujours subsistants dans le même vivant organique, quelques altérations ou transformations qui pussent arriver; comme dans la plus connue des espèces physiques, qui est l'humaine, la raison est un tel attribut fixe qui convient à chacun des individus, et toujours inamissiblement, quoiqu'on ne s'en puisse pas toujours apercevoir. Mais, au défaut de ces connaissances, nous nous servons des attributs qui nous paraissent les plus commodes à distinguer et à comparer les choses, et, en un mot, à en reconnaître les espèces ou sortes; et ces attributs ont toujours leurs fondements réels.

« La génération ou race donne au moins une forte *présomption*, c'est-à-dire une preuve provisionnelle, et j'ai déjà dit que bien souvent nos marques ne sont que conjecturales.....

« Je crois qu'il y a quelque chose d'essentiel aux individus, et plus qu'on ne pense. Il est essentiel aux substances d'agir, aux substances créées de pâtir, aux esprits de penser, aux corps d'avoir de l'étendue et du mouvement; c'est-à-dire il y a des sortes ou espèces dont un individu ne saurait (naturellement au moins) cesser d'être quand il en a été une fois, quelques re-

volutions qui puissent arriver dans la nature. Mais il y a des sortes ou espèces accidentelles (je l'avoue) aux individus qui peuvent cesser d'être de cette sorte. Ainsi on peut cesser d'être sain, beau, savant, et même d'être visible et palpable; mais on ne cesse pas d'avoir de la vie et des organes et de la perception. J'ai dit assez ci-dessus pourquoi il paraît aux hommes que la vie et la pensée cessent quelquefois, quoiqu'elles ne laissent pas de durer et d'avoir des effets.

« Et même, sans se mettre en peine des noms de l'homme ou de l'or, quelque nom qu'on donne au genre ou à la plus basse espèce connue, et quand même on ne leur en donnerait aucun, ce qu'on vient de dire serait toujours vrai des idées, des genres ou des espèces, et les espèces ne seront définies que provisionnellement quelquefois par les définitions des genres. Cependant il sera toujours permis et raisonnable d'entendre qu'il y a une essence réelle interne appartenant, par une proposition réciproque, soit au genre, soit aux espèces, laquelle se fait connaître ordinairement par les marques externes....

« Je ne disconviens point de cet usage des abstractions, mais c'est plutôt en montant des espèces aux genres que des individus aux espèces. Car, quelque paradoxal que cela paraisse, il est impossible à nous d'avoir la connaissance des individus et de trouver le moyen de déterminer exactement l'individualité d'aucune chose, à moins que de la garder elle-même, car toutes les circonstances peuvent revenir; les plus petites différences nous sont insensibles; le lieu ou le temps, bien loin de déterminer d'eux-mêmes, ont besoin eux-mêmes d'être déterminés par les choses qu'ils contiennent. Ce qu'il y a de plus considérable en cela est que l'*individualité* enveloppe l'infini, et il n'y a que celui qui est capable de le comprendre qui puisse avoir la connaissance du principe d'individuation d'une telle ou telle chose, ce qui vient de l'influence (à l'entendre sainement) de toutes les choses de l'univers les unes sur les autres. Il est vrai qu'il n'en serait point ainsi s'il y avait des atomes de Démocrite; mais aussi il n'y aurait point alors de *différence* entre deux individus *différents* de la même figure et de la même grandeur.

« On a bien parlé jusqu'ici de définitions nominales et causales ou réelles, mais non pas que je sache d'essences autres que réelles; à moins que par essences nominales on n'ait entendu des essences fausses et impossibles, qui paraissent être des essences, mais n'en sont point : comme serait, par exemple, celle d'un décaèdre régulier, c'est-à-dire d'un corps régulier compris sous dix plans. L'essence dans le fond n'est autre chose que la possibilité de ce qu'on propose. Ce qu'on suppose possible est exprimé par la définition; mais cette définition n'est que nominale quand elle n'exprime point en même temps la possibilité, car alors on peut douter si cette définition exprime quelque chose de réel, c'est-à-dire de possible, jusqu'à ce que l'expérience vienne à notre secours pour nous faire connaître cette réalité *a posteriori*, lorsque la chose se trouve effectivement dans le monde : ce qui suffit au défaut de la raison, qui ferait connaître la réalité *a priori* en exposant la cause ou la génération possible de la chose définie. Il ne dépend donc pas de nous de joindre les idées comme bon nous semble, à moins que cette combinaison ne soit justifiée ou par la raison, qui la montre possible, ou par l'expérience, qui la montre actuelle, et par conséquent possible aussi. Pour mieux distinguer aussi l'essence et la définition, il faut considérer qu'il n'y a qu'une essence de la chose, mais qu'il y a plusieurs définitions qui expriment une même essence, comme la même structure ou la même ville peut être représentée par différentes scénographies suivant les différents côtés dont on la regarde.»

CLIII.

Scot restaure l'idée d'activité dans la science.

Scot se fait l'objection suivante :

« Voluntas non est principium activum (igitur nec gratia, quæ est habitus voluntatis). Antecedens patet quia si sic moveret se et tunc ejusdem ad se esset relatio realis. Consequentia est contra Philosophum (*Metaph.*) ponentem identitatem esse relationem rationis. »

Il répond :

« Cum dicitur quod tunc oppositæ relationes reales sunt simul in eadem... dico quod per hoc solum, quod sunt oppositæ relationes reales, nunquam prohibentur esse in eodem supposito. Et cum arguitur, igitur ejusdem ad se est relatio realis. Dico quod Aristoteles negat idem referri ad se, realiter sub hoc intellectu, quod idem simplex sit fundamentum proximum relationum oppositarum.

« Quid igitur est fundamentum moventis, vel motionis activæ, cum voluntas movet se? Dico, quod potentia activa, vel virtus voluntatis in se, sed fundamentum proximum moti, vel motionis passivæ est volitio, nova passio. Illud non potest esse verum de ratione producti ad producens, quia illa fundatur in producto primo Neque de relatione passivi ad activum, quia formalis terminus non fundat relationem passivi ad activum, cum non patiatur, ut formalis terminus. Unde aliter se habere est secundum volitionem novam passive immediate. Ideo non est idem fundamentum proximum istarum relationum. » (Ce passage nous semble très-notable.)

CLIV.

L'activité de l'âme, suivant Scot, est prouvée par la puissance qui est en Dieu.

« Paucitas est ponenda, ubi pluralitas non est necessaria, et possibilitas ubi non probatur impossibilitas, et nobilitas in natura, ubi probari non potest ignobilitas; sed im-

mediatio actus primi ad actum secundum nobilitas est, ut patet in Deo, et non potest probari quod impossibile est actum secundum esse immediate ab actu primo in creaturis... igitur magis est ponenda paucitas nobilitans naturam, quam nobilitas non necessaria et non nobilitans eam. » (Scot, *Report. Paris.*, lib. II, dist. 16, quæst. unic., t. XI p. 348.)

CLV.

L'activité de l'âme, suivant Scot, est indirectement prouvée par le dogme.

S'il y avait une distinction réelle entre les facultés et l'essence de l'âme, celle-ci ne serait pas béatifiée, ce qui est contre la foi.

« Si intellectus et voluntas sint aliud ab essentia, videre Deum et diligere non immediate recipiuntur in essentia animæ....» D'où il suit que l'âme : « tantum est anima beata per accidens, sicut paries albus per superficiem. » (*Ibid.*)

CLVI.

« Simplicitas autem animæ est simplicitas cujusdam actualitatis, secundum quamdam similitudinem ad actualitatem divinam, quamvis distet ad infinitum. Et ideo quia actus est se communicare tale simpliciter et quantum ad substantiam se communicat, ut patet in essentia divina in tribus suppositis, et quantum ad operationem, ad multos effectus... » (Scot., *De rerum principio*, quæst. 12, t. III, p. 192, edit. Lugdun.)

CLVII.

« Non est universaliter verum, quod sicut generans dat substantiam rei, ita dat accidentia causaliter immediate... Ideo potest substantia esse a Deo et actus, maxime quoad deformitatem, potest esse a voluntate ipsa. » (Scot., dist. 3, quæst. unic., t. VII, edit. Lugd., p. 407.)

CLVIII.

An aliquid potest moveri a seipso.

« Activum quodcunque pro primo objecto inficit passivum tale, non hoc passivum. — Ex his sequitur quod quodlibet contentum sub primo objecto alicujus, est per se objectum ejusdem... Sed possibile est quod aliquid sit activum secundum a, eodem modo quo aliquid aliud est activum secundum a, idem etiam sit passivum secundum a sicut quodcunque aliud passivum est secundum a. Ergo illud in ratione activi ita habet seipsum pro objecto in ratione passivi, sicut quodcunque aliud; ergo potest in se agere sicut in aliud. » (Scot.)

CLIX.

Théorie des formalités.

« Probatur theologice corpus organicum habere aliam formam distinctam ab anima.

« Scot., 4, dist. 11, quæst. 3, num. 29, fuse hanc rem tractat... Probatur quia sine forma corporeitatis non salvatur veritas Eucharistiæ : Primo quia corpus in qua fit conversio, vel est mathematicum, vel naturale, quia Aristoteles non ponit alia; sed mathematicum non est, quia hoc est accidens, neque naturale per se, quia hoc forma constat; ergo sine forma non vere dicitur, hoc est corpus meum. Secundo, quando dicitur, hic est sanguis. » (Cavellus, *Comm. in Scot.*, *De anima*, disput. 1, sect. 4; Scot., edit. Lugdun., t. II, p. 589.)

CLX.

Activité de la substance, suivant Scot.

« Probat doctor contra D. Thomam, late ratione, auctoritate et ex principiis ipsius D. Thomæ, substantiam esse immediate activam tam accidentis quam substantiæ, et hoc, etiamsi admittatur gratis, accidens attingere productionem substantiæ. Ita fere omnes, exceptis rigidis Thomistis. »

1° L'accident ne produit pas, car il ne pourrait produire qu'en vertu de la substance dont il dépend, laquelle peut avoir pour terme la substance elle-même; si donc celle-ci pouvait être produite aussi par l'accident, elle serait deux fois produite.

2° Le sujet n'est pas indifférent à sa propre passion, ce qu'il devrait être, si elle était une puissance purement passive : « Omnis potentia mere passiva est contradictionis (IX *Metaph.*), subjectum autem non est in potentia contradictionis ad propriam passionem : ergo habet aliquam causalitatem respectu ejus, aliam a causalitate materiæ : non nisi causæ efficientis : quia non formalis, patet. »

3° D'ailleurs il faut que l'accident emprunte de quelque part son efficacité.

« Nec potest evadi dicendo, quod ista concludunt formam substantialem esse principium agendi : sed remotum, tam respectu substantiæ, quam respectu accidentis, de quibus procedunt rationes : hoc non sufficit, quia nullus negat in Deo esse aliquam formam quæ sit principium proximum agendi, non quod sine causis intermediis agat, sed quod in suo ordine causandi per nihil medium ultra formam suam agit. Ita esto in proposito, quod tamen improbatum est, quod accidens habeat quamdam actionem ad substantiam posteriorem actione substantiæ : substantia tamen per suam propriam formam erit principium actionis sibi propriæ in suo ordine agendi. » (Scot., l. IV, dist. 12, quæst. 3, edit Lugdun., t. VIII, p. 744.)

CLXI.

Les principales erreurs de physique des docteurs scolastiques, relevées par les cartésiens.

Rohault, le grand physicien de l'école cartésienne, a attaqué dans son *Tractatus physicus* annoté par Le Grand les principales erreurs que les scolastiques avaient commises après et d'après Aristote en matière de physique.

Cet inventaire est des plus curieux pour l'histoire comparée de la philosophie du moyen âge et de la philosophie moderne.

Nous l'extrayons du *Tractatus* de Rohault, il est complet, sauf quelques détails de peu d'importance

Seulement on notera que les grandes vues métaphysiques ont été écartées systématiquement par cet écrivain dans cet ouvrage. Rohault était grand admirateur du caractère *spécial* que prenait la physique dans les théories cartésiennes.

Les principales réfutations de cet écrivain roulent sur l'astronomie, sur la théorie de la pesanteur, sur l'explication par les scolastiques de la lumière et de la vue, du chaud et du froid, des odeurs, des saveurs et enfin sur les formes substantielles. — Suivons-le pas à pas dans ces divers examens.

§ I. — *Cogitationes de hypothesibus Ptolomæi, Copernici et Tychonis.*

« Non nobis credendum est, mundi structuram aliam esse, quam cujus possumus concipere idæam : quippe certum est, in rebus mere naturalibus judicium a nobis fieri debere analogum nostris cogitationibus. Sed cum hic tres idææ unius ejusdemque rei, in medium afferantur, cujus tamen una simplexque esse debet essentia, necessario impellimur duas ut falsas explodamus, atque uni solique, utpote veræ adhæreamus.

« Electio partis a qua stare debemus, pendet ex quibusdam animadversionibus, quas facere debemus circa mentem Ptolomæi, Copernici, et Tychonis, ac ex comparatione eorum opinionum instituenda : Si enim aliquam animadvertamus, in qua quidpiam insit, quod rationem aut experientiam impugnet, nihil obstabit, quin eam repudiemus, ut illi solum, in qua nihil sit absurdi, adhæreamus. Imo, etsi in tribus illis nihil quidquam, quod mutuo repugnet inveniremus, semper tamen maxime simplicem amplecti tenemur quæ paucioribus suppositionibus innitatur : eo quod, quot phænomena ejus ope dilucidari poterunt, nullis datis novis suppositionibus, tot erunt argumenta illius verisimilitudinis.

« Ptolomæi hypothesis, ut jam notatum est, adversariam habet experientiam, in eo quod spectat varias facies sub quibus Venus et Mercurius nobis se exhibent.

« Rationi quoque non est consona, eo quod admittat librationes cœlis crystallinis attributas. Eo enim modo, magna admittitur immutatio ad minoris explicationem. Quippe corpus, quod semper versus unam partem progreditur, etsi motu non æqualiter celeri, non tantam variationem subit, ac id, quod initio motus ducto ad quamdam partem, illico retrocedit versus oppositum. Adde titubationem illam adductam, per quam redditur ratio inæqualitatis progressus stellarum fixarum, insufficientem esse, ad ejus explicationem, cum astronomi ut plurimum comperiant conclusionem per suppositiones deductas phænomenis non consentire.

« Explodenda quoque est, ob ingentem suppositionum numerum particularium quas includit, quæque constituuntur ad unamquamque occasionem natam explicandi recens aliquod phænomenon. Ita ut ne unum eorum deduci possit ex iis, quæ alterius occasione jam supposita sunt, quod proinde ad confirmationem illius hypotheseos usurpari possit.

« Adde, cum primo mobili assignet vim omnes cœlos rapiendi secum ab oriente in occidentem, vix concipi posse, quomodo simul terram non rapiat, atque eo magis, quod fautores illius opinionis sine actione eam supponant, motumque aliquem illi peculiarem nequaquam assignent, cujus ope, tantum progredi possit ab occasu in ortum, quantum primum mobile ab ortu in occasum eam transfert, qui tamen unicus est modus ab iis assignatus, quo insinuarent quomodo firmamentum, et cœli planetarum revolutiones suas intra idem tempus (quo primum mobile suam) non absolvant

« Nec me latet, vulgo dici terræ gravitatem obstare quominus rapiatur per motum cœlorum ambientium, sed quoque scio inanem esse illam rationem : sicut enim experientia de gravitate nihil aliud docet, nisi eam qualitatem esse, ob quam corpora terrestria omnia ad centrum terræ vergentia, eodem quoque pacto ad mutuam unionem inclinent. Ideo æque absurdum videtur, eam in rem præsentem assignare, ac si quis crederet plures in eadem navi, in gyrum commota, posse motum illum inhibere, si se mutuo amplectantur ac strictim sese invicem implicent.

« Tandem insignis hæc est nota, Ptolomæi opinionem falsam esse, eo quod philosophi, qui a tot retro sæculis eam amplexi sunt, nondum pervenerint ad notitiam causæ duarum motuum specierum insignium, ab illis ipsis maximi momenti judicatarum. Primus ex illis motibus is est, quo gravia deorsum tendunt, et levia sursum, hoc est, eos hactenus percipere non potuisse naturam gravitatis et levitatis; alter est, per quem maris aquæ bis quotidie exaltantur, et deprimuntur statis horis; et illud est quod vocant *æstum maris*.

« Nec minor occasio adest, non adhærendi Tychonis opinioni, quam rejiciendi Ptolomæi sententiam, quandoquidem eadem propemodum vitia insunt. Si in ejus gratiam dicatur, minori suppositionum numero scatere ad explicationem motus planetarum, ac validas rationes afferre facierum Veneris apparentium, concedendum est vice versa, eam hoc implicare absurdum, quod ratio nequaquam admittat, suppositionem scilicet illius motus, per quem massa, ex planetarum cœlis composita, annuo spatio progreditur ad omnia firmamenti loca. Ubi enim supponeretur naturæ auctorem ab initio eam eo motu donasse, agnoscere tamen teneremur (juxta naturæ leges, ab ipsomet assignatas, quarum ope omnia regi observamus) illi de vehementia aliquid decedere, ac cessare tandem debere, quandoquidem ad earum legum normam, materiæ cœlesti communicari debet, quam massa, cui eum assignat Tycho, abigit a locis, ad quæ inclinat.

« Opinio Copernici omnium procul dubio simplicissima est; nam præter paucissimas suppositiones ab ipso institutas, ad explicationem motuum apparentium solis et stel-

larum fixarum, nullas amplius adducit; ac phænomena omnia planetarum, quæ deinceps exponit præsertim directiones, stationes et retrogradationes Martis, Jovis et Saturni, totidem sunt argumenta ejusdem sententiam roborantia, quæque nos inducunt, ut credamus ipsum a vero non aberrasse.

« Fidem et hoc faciet, si perpendamus, sicut unicus est sol, qui terram et planetas illustrat, ac planetas mediante tantum lumine adventitio ab illo desumpto, lucidos esse, verisimile quoque esse terram lumine gaudere eodem, quo planetæ, modo. Dubitare non licet, quin illud admittant in circuitu circa solem. Imo quoque maxime verisimile est, id contingere dum convertuntur circa proprium singula centrum, cum observationes nos edoceant id de Marte, Jove, et Saturno indubium esse. Quo posito, inferendum est, quoque terram iisdem revolutionibus, quas illi Copernicus assignat, obnoxiam esse.

« Id vero commodum et utile continet illa opinio, quod ejus ope satisfacere licet illis, qui rationibus auscultant, et iis qui singula rimantur. Prioribus, concessa illis libertate cogitationum in utramvis partem, ac terræ translationi quodcunque nomen libuerit, imponendi; posterioribus vero qui errare verentur, si terræ motum concedant, illis proponendo locum ideo non esse stupori, vel impugnandi eam hypothesin, cum nonnisi maxime improprie motus terræ imputari queat. Nam si probe intelligatur motum nihil aliud esse, quam successivam corporis alicujus applicationem, quoad totam ejus superficiem, ad diversas partes corporum ambientium, et immediate contingentium, perspicere erit id, quod vocant terræ motum diurnum, competere potius massæ ex terra, maribus et aere conflatæ, quam terræ speciatim dictæ, cui omnimoda quies assignari debet, quandiu rapi se permittit a torrente materiæ, cui innatat : non secus ac quis quiescere dicitur, qui somno in navi premitur, interim dum navis movetur revera : itidem cognoscere licebit motum illum, qui vulgo motus annuus terræ vocatur, nequaquam ipsi competere, ne quidem massæ ex terra, aquis et aere compositæ, sed potius materiæ cœlesti, quæ massam illam circa solem abripit.

« Quoad objectiones contra eam hypothesin fieri solitas, ut exempli gratia, hinc futurum lapidem a loco eminenti demissum, non casurum super terræ locum perpendiculariter illi respondentem, sed potius alium ad occasum magis vergentem, quia in descensu terra versus orientem rapitur, et alias similes, ab iis tantum eæ emanare possunt, qui nunquam tentarunt varias motus circumstantias scrutari serio. Quisquis enim sedulo animum appulerit, is facile agnoscet, juxta insignem illam naturæ legem, unamquamque rem, quantum in se est, conari servare suum entitatis modum; corpora omnia terrestria, quæ jampridem cum terra ab occasu in ortum convertuntur, æquali cum ea propensione ad progressum, eo in sensu, gaudere; ac proinde lapis ab excelsissimo loco demissus, non valebit descendere, quam præcise æque ac terra progrediendo; quo fit ut necessario incidat ad locum, cui perpendiculariter respondebat, cum elapsus est e manibus, et in quem experientia teste revera incidit : ac nisi aer motu extraneo impellatur, qualem aliquis ventus ciere solet, nequaquam existimandum est, eum posse quoquo pacto immutare lineam per quam lapis transitum habiturus est; quandoquidem ipse progreditur versus ortum, quantum ipsa terra, ac necesse esset, minus celeri motu, quam illam progredi, quo inde tardaretur motus lapidis; vel celerius ferri ad eum impellendum. (Vide *Institut. philosoph.* part. VI, cap. 4.)

« His dilucidationibus adductis, nihil jam nos impedit in partium electione, adhærentes hypothesi Copernico tribui solitæ : ita ut, cum deinceps de nostra hypothesi verba facturi fuerimus, eam accepturi simus, suppositurique in discursus philosophici continuatione. »

§ II. — *De gravitate et levitate.*

« Ab omni ævo compertum est dari corpora, quæ in aere non sustentata, deorsum feruntur, aut ad terræ centrum feruntur : alia, quæ sui juris ascendunt, aut moventur a centro recedendo; et quamvis ignota essent ejusmodi motuum principia, indita tamen illis sunt nomina, uni gravis, alteri levis : sed philosophorum fuit eorum naturam scrutari, atque vim eorum nominum explicare.

« Quidam, in quibus Aristoteles, asseruerunt corpora, quæ sic descendere videmus, insitum habere id motus principium, ob singulare desiderium terræ centrum attingendi, quod idem existimarunt cum centro universi : ita censuerunt corpora eo modo ascendentia, appetitu omnino contrario ferri, secedendi scilicet ab eo centro.

« Alii censuerunt superfluum esse corporibus assignare duo appetituum genera, statueruntque satius esse unicum omnibus tribuere, qui inclinationem illis ad universi centrum det; sed cum quædam ad id majori aliis impetu ferantur, hæc ab eo alia secedere cogunt, quod levitatis opinionem præbet. Hanc opinionem secuti, flammæ gravitatem concedere possumus; si vero ascendere conspiciatur, id contingere dicendum, eo quod aer, eam ambiens, illa gravior est : sicuti vulgo dicimus suberem aquæ supernatare, quia aqua subere gravior sit.

« Opinionibus his tertiam adjungere licet, scilicet in omnibus corporibus nos ambientibus, unicum esse appetitum, nempe ascendendi : eum appetitum majorem esse in igne, quam aere : majorem item in aere, quam aqua; omnium minimum in terra : Hæc opinio vera si foret, quando videmus lapidem per aerem, aut aquam præcipitem deferri, dicendum foret, id contingere, eo quod ad id cogeretur a duobus illis corporibus, quibus cum plus insit virium ad re-

cedendum a terræ centro, illum ad eam repellerent, ac ut eo vergat adigerent.

« Sicuti hæ duæ opiniones prima paulo simpliciores sunt, eo quod in corporibus unicum appetitum ponunt, verisimiliores quoquo pacto judicari possunt. Id vero præcellentiam, aut prærogativam supra aliam non concedit, sed revera e tribus illis neutra nobis satisfacit : si enim per vocabulum appetitus intelligitur sensus quidam interior, aut peculiaris quidam cogitandi modus, me judice, absurdum est entibus pure materialibus, ut lapidibus, assignare; si per eam vocem indeterminate causa quæpiam indigitatur, qualiscunque illa sit, quæ motus illos superne deorsum, aut inferne sursum efficiat, merum est sophisma, cum nihil significans efferatur, simpliciterque appetitus nomen tribuatur rei incognitæ.

« Atque id notandum est, eos absque ratione, qui ejusmodi opiniones invehunt, astruere centrum terræ, et centrum universi unum idemque esse : certissimum enim est, centri notitiam supponere extremorum notitiam, a quibus id centrum æquali distantia remotum esse debet. Quis autem sibi perspecta esse universi extrema gloriabitur? Imo ubi solum sermo esset de mundo visibili, quæ de eo supra constituimus, fidem faciunt ejus centrum in sole potius, quam terra esse.

« Quo distinctius ergo et clarius corporum gravitatis et levitatis naturam adipiscamur, ac ne vocibus, quarum significatio ignota est, inhæreamus, in memoriam revocanda regula superius constituta, quam unam e præcipuis naturæ legibus esse diximus, nempe, partes totius, quod in gyrum movetur circa centrum, secessum ab eo moliri; atque eam dispositionem majorem esse debere in iis, quæ plurima movendi vi donatæ sunt, quam quibus minor inest. Nam cum constet massam ex terra, aere et aqua conflatam in gyrum agi circa centrum : præterea illi massæ inesse maximum numerum partium, quæ majori vi se movendi, quam aliæ pollent, inferre licebit omnes revera conari a centro, circa quod volvuntur, abire, atque ea de causa leves omnes quodammodo dici posse : sed quia partes, quibus minus virium ad ejusmodi recessum inest, per vim ad ejusmodi centrum, ab iis quæ robustiores sunt repellantur, inde evenit eas graves videri.

« Hoc confirmare licebit egregio experimento, quod debemus domino Hugenio; accipit is vas Faventinum, colore album, figura rotundum, septem aut octo pollices in diametro obtinens, cujus fundum sit planum, et oræ altitudinis circiter trium pollicum : aqua adimplet illud vas, paucaque in illud injecta cera Hispanica contrita, quæ ob gravitatem fundum petit, rubentique colore aspectabilem se reddit in fundo illo albo; illud cooperit lamina vitrea pellucida, hujus oras et vasis simul glutine sigillans, ne quid evadere queat. Eo facto, vas illud machinæ aut cardini affigat, quod pro lubitu convertere et cohibere potest : postea id in gyrum movens, cum is pulvis fundo instratus non tam facile ac aqua desuper feratur, atque eadem de causa, facilius abripiatur, hinc contingit illum plus motus in gyrum, quam aquam sibi comparare, id quod eum cogit a centro secedere circa quem sparsus erat, atque ad oras accedere. Postea, motu machinæ subito cohibito, ac proinde vase annexo quieti tradito, cera Hispanica, quæ fundum affricat, cujus partes sunt asperæ, aqua minus celeriter movetur, cujus motus non tam cito ad quietem tendit, ob facilitatem illi innatam, lubrico motu ferri juxta corpora quæ contingit. Atque eo momento dictus Hugenius ostendit aquam similem esse materiæ fluidæ, quæ terram ambit; pulverem autem illum conferri debere terræ partibus, quas per aerem infra delabi videmus : is enim pulvis tunc cogitur rursus accedere ad centrum sui motus, versus quod impellitur a partibus aquæ quæ inde majori vi adhibita recedere tentant, ibique cogitur in parvam massam rotundam, terræ similem.

« Unde luculenter apparet gravitatem, ut vere dicam, aliud nihil esse, quam minorem levitatem; et quamvis inde sequatur corpora, quæ deorsum feruntur, nullam insitam habere ad descensum vergentiam, apertum tamen est, motum illum naturalem dici debere, quandoquidem ab ordine a natura constituto pendet.

« Adesse vero in massa, e terra, aqua et aere constante, partes quæ cæteris majori motu pollent, inde elicitur, quod terræ a se non insit vis, per quam intra viginti quatuor horas circa proprium centrum convertatur; sed quia abripitur a decursu materiæ fluidæ, quæ eam circumfluit, ac undique pervadit; ea enim materia, qua fluida, multo majori motu cietur, quam necesse sit, ut spatio horarum viginti quatuor, cum terra convolvatur : adeo ut ejus partes, quod ex eo robore superfluit, impendant tam in celeriori circumgyratione, eo sensu, quam ad motum undique modis diversissimis peragendum. Et quia mundus plenus est, ideoque vix ac ne vix evadere possent e spatio, quod occupant, maxima pars determinatur ad motum in gyrum intra immensum numerum superficierum sphæricarum terræ concentricarum. Atque ibi sita est maxima pars virium, quæ illi materiæ fluidæ inest, ad recessum a terræ centro, major quam in cæteris partibus terrestribus.

« Verba hic faciens de materia fluida terram non ambiente, intelligo præsertim materiam primi et secundi elementi in aere vel terra occurrentem, eo quod illi præcipue plus motus insit, atque comparative ad eam, partes aquæ, et aeris pro terrestribus partibus haberi debeant, quippe, cum citra comparationem crassiores sint, minusque commotæ : ac ita quamvis eæ partes illi materiæ innatent, impressiones omnino contrariæ, quæ ad omnem occursum in iis fiunt, in causa sunt, quod nunquam valde notabilem rapiditatem comparare possint, quam diu conservare queant. »

§ III. — *De formis.*

« Formæ non sunt subjectum de quo eodem modo, ac de materia agendum sit: nam cum materia subjectum sit commune, cujus natura in ligno agnosci nequit, nisi eodem tempore sciatur quid illa sit in igne, aut quavis alia re; unica animadversio nos manu ducere potuit ad ejus notitiam comparandam: cum forma entis ea sit, quæ singularem illi exsistentiam concedit, et cujus ope ab omni alia re discrepat, non sequitur agnita forma ligni, acquiri quoque notitiam formæ ignis, aut alterius cujuspiam rei. Ideo si scopum attingere animus est, ac singulare quid proferre, necessarium est ad particularia se demittere, contra philosophorum morem, qui eo usque nunquam fere descendunt, sibique satisfactum putant ut plurimum, si plurimas admodum vagas quæstiones agitent, quæ superfluæ quoque censendæ sunt, eo quod nihil utile ab iis expiscari liceat.

« Absit tamen ut dicam inutile esse quærere, quod illis in more est eo in loco, an dentur formæ substantiales, hoc est, formæ quæ veræ sint substantiæ, quæque proinde alius sint exsistentiæ distinctæ ab exsistentia materiæ; hoc unum vero asserere non dubito, solutionem illius difficultatis, pendere a notitia particulari cujusque rei. Ab anima rationali desumptum exemplum, ad ejus rei confirmationem inutile est. Nam etsi a nobis perspectum sit eam substantiam esse, realiter a corpore cui connexa est sejunctam, a qua in esse nequaquam pendeat, ad id tamen neutiquam sequitur aliorum entium mere naturalium formas ejusdem esse conditionis.

« Imo si res intimius expendatur, etsi cum omnibus sentiam, ab animo particulatim nos obtinere essentiam hominis, ac proinde eam vere esse formam humani corporis, qua humani, non tamen lubens concederem eam esse, ut congrue loquamur, formam totius illius sensibilis, quod corpus nostrum dicimus, qua considerati simpliciter ut est corpus: non secus ac dicere non licet, eam formam esse cujusque seorsim partis, quatenus ab aliis discrepat perpensæ: eo enim sensu unaquæque earum peculiarem sibi obtinere debet formam, materiæ adeo annexam, ut ab ea separabilis non sit, quandiu pars subsistit, etiam anima a corpore sejuncta. Revera facta ea separatione, unaquæque pars nequaquam discrepare videtur a statu quem immediate ante possidebat, Nam exempli gratia quod ante erat caro, nunc adhuc carnis formam retinet. Idem de ossibus et reliquis esto judicium.

« Quod plurimos hic in errorem adduxit, qui inepte proprietates animi et corporis commiscent, pendet ab eo, quod cadaver, ubi corpus anima exutum est, amplius aptum non est plurimas functiones ut ante proferre, exempli gratia motum, nutritionem, respirationem, etc. Ita ut persuasum habuerint omnia ea animæ esse consectaria, atque corpus ea tantum de causa ab operibus cessasse, quia anima abesset: cum potius dicendum fuisset, moram animæ in corpore quodammodo pendere a dispositione quæ corpori inest ad eas functiones promendas, atque ejus separationem sequi ex eo quod functiones ab eo exerceri amplius non possint. Cum certum esse ostendat quotidiana experientia, mortem tum demum contingere, animamque ea de causa corpus deserere quod inflictum fuerit vulnus, aut quomodocunque aliter corpus vitiatum et labefactatum sit. Nullum vero exemplum nos docet animam a corpore fuisse unquam sejunctam sano et integro; hocque corruptionis labem sensisse demum post et ob eam animæ separationem.

« Absque ergo firma ratione, si hoc unico animæ rationalis exemplo nixi (alius omnino a formis corporum ordinariis conditionis), et sine prævia cognitione formæ particularis cujusque speciei corporis, temere assereremus hic dari formas substantiales in entibus pure materialibus: interea, absque erroris metu asserere hic libere possumus, ex iis formis quasdam esse essentiales, quatenus necessario subjectis suis competunt; sic liquiditas aquæ essentialis est, cum nulla detur non liquida: possumus quoque dicere alias quasdam vocare licere accidentales, quia eo modo cuidam subjecto competant, ut absque iis possit exsistere, interea manere quod erat ante: sic frigiditas aquæ forma accidentalis est, quia aqua manet aqua, quanquam calida.

« Liceat quoque forte dicere agnovisse Aristotelem formas essentiales, non item substantiales: quandoquidem vox Græca, qua usus est, æque unum imo melius ac alterum designet.

« Vulgo dividuntur formæ in naturales et artificiales: naturales, aiunt, eæ sunt quæ subjecto accidunt, nulla accedente hominum industria, sic, portio materiæ marmoris formam induit in terræ penetralibus; formæ artificiales eæ sunt, quæ ab arte oriuntur: ita horologii forma vocatur artificialis, cum ortum debeat horologopœi industriæ; concedo equidem si nomen inditum fuisset tantum ob relationem earum cum causis efficientibus, justa ratione alias dicendas naturales, alias artificiales, sed cum inde conentur inferre formas naturales ab artificialibus discrepare, illasque propter principia insita agere, ab artificialibus omnino discrepantia, certe hac in re error est et fallacia: formæ enim artificiales non minus naturales sunt ipsis naturalibus, cum ortum ducant ex causis mere naturalibus, atque ars præter applicationem rerum activarum ad passivas nihil præstet.

« Rationi magis est consona divisio formarum in simplices et compositas: simplices entia sunt simplicia, hoc est paucarum proprietatum capacia; compositæ, entia sunt composita, majorem numerum proprietatum promere apta: exempli gratia forma corporis duri, quæcunque ea sit, simplex censenda est, si ad formam ligni comparetur, quæ alterius respectu composita dici potest:

quia corpus durum, qua durum, non tot proprietatum capax est ac lignum.

« Observatio hæc maximam attentionem desiderat. Constat enim posse quidem agnosci res simplices, etsi lateant compositæ ab illis emergentes : cum vix liceat in compositarum notitiam devenire, nisi prius comparata accurata simplicium, ad priorum compositionem concurrentium, cognitione : ideo, cum institutum nostrum sit, formas particulares cognoscere, a nobis primo ad examen adducendæ sunt, quæ maxime omnium sunt simplices, quo inde ad compositiores transitus fiat.

« *Animadversio.* — Quoniam clarissimus auctor, quid formarum nomine, hoc in loco præcise intelligendum est, non aperit, non abs re futurum est, si tantillum in earum explicatione immoremur, atque earum indolem pressius discutiamus.

« Constat imprimis formas nequaquam dici posse substantias incompletas, quemadmodum Peripateticis visum est, quæ cum materia compositum constituunt. Quippe a ratione alienum videtur, quod formæ substantiæ dicantur, quandoquidem a materia ita dependeant, ut extra illius sinum illis subsistere repugnet; ac proinde si res exacte perpendatur, unica est substantialis forma, nempe mens humana, sive anima rationalis, quæ cum sola, citraque alterius subsidium operetur, sola quoque per se exsistit, et a corpore etiam secreta viget, agit, operatur.

« Quare cæteræ formæ aliud esse dici nequeunt, quam quorumdam accidentium, seu modorum congeries, a quibus materia omnem suam distinctionem et varietatem mutuatur. Hi autem modi quinque numerantur : Magnitudo, figura, motus, quies, et situs, a quibus corpora omnia speciem suam desumunt, et a se invicem dirimuntur. Sic ex ferro claves, horologia, gladii efficiuntur, quæ non substantia, sed duntaxat discrepant. Cum hi modi licet ad eorum substantiam non spectent, eorum tamen essentiam constituunt. Figura enim, exempli causa, horologii, quamvis materiæ, ex qua compingitur, extranea sit, ipsique accidat, horologio tamen essentialis est. Consule *Instit. philosoph.*, part. IV, cap. 9.

« Vocatur magnitudo, qua res varias dimensiones sortiri, vel plures intentionis gradus comparare possunt. Figura aliud non est, quam quædam extensionis determinatio. Motus est translatio alicujus partium corporis, ex vicinia partium, quæ illam contingunt in aliarum viciniam. Quies est corporis in eodem loco permansio, et illud est, quo corporis continui partes connectuntur. Ac proinde non mera est motus privatio, sed quid in natura positum, quandoquidem effectus habet reales, et ut scholastici loquuntur, positivos. Situs demum, est corporis inter alia corpora positio. Hæc quinque exordia mechanica dicuntur, aut generales corporum proprietates; quia variis modis illa afficiunt, et rei cujusquam formam determinant. Sicut enim ex varia viginti quatuor litterarum dispositione, infinita propemodum vocabula exsurgunt : pari modo, ex diversa partium magnitudine, figura, motu, quiete, et situ, omnia mundi corpora oriuntur, et prout partes ad se invicem accedunt, aut removentur, aut novum ordinem sortiuntur, res diversas procreant, vel corrumpunt.

« Talia principia adeo omnibus familiaria sunt, tamque cum rebus naturalibus connectuntur; ut nisi quis præjudicata opinione laboret, et in Aristotelis verba judicaverit, non possit non fateri vera esse, ac sola rerum naturalium primordia. Enimvero quid aquæ contigit, dum diaphana esse desinit, dum dura, dum fragilis, uno verbo, dum in glaciem abiit, præter variarum partium aquæ ordinem ac complexum? qui cum notabilem mutationem pariat, corporis quoque speciem ac formam invertit.

« Quid tritici granis, cum in farinam molarum concussu convertuntur, advenit præter motum? Quid præterea dum farinæ particulæ aqua permistæ, massam componunt, quæ manibus subacta, in clibano postmodum coquitur? Quid dum dentibus trita, atque in ventriculum demissa, acri succo in chylum abit qui in venas lacteas, tum in commune receptaculum delatus, paulo post in dextrum cordis thalamum illabitur? Nihil certe præter motum, ac partium transpositionem, quantumvis forma mutari cernatur, ac nihil propemodum eorum, quæ *triticum* componebant, supersit, dum in cruorem convertitur.

« Patet igitur ex materia varie determinata ac modificata, res infinitas prodire, et solis enumeratis accidentibus omnem corporum diversitatem esse tribuendam, quoniam clara et aperta sunt, atque omnium naturis enucleandis prorsus sufficiunt. »

§ IV. — *De calore et frigore.*

« Unumquodque horum vocabulorum duo significat : nam primo per calorem, et per frigus intelliguntur duo sensus peculiares nobis innati, aliquatenus similes iis, quos vocamus *dolorem* et *titillationem*, quales sunt sensus ex vicinia ignis orti, aut contrectatione glaciei; secundo per calorem et frigus intelligitur potestas, certis corporibus insita excitandi in nobis duos jam memoratos sensus.

« Vix existimo quemquam naturam caloris et frigoris in primo significatu usurpatam aliter comprehendere posse, quam per experientiam; ideo si curiositati nostræ hac in re satisfaciendum sit, omnis cura nostra eo dirigi debet, et collocari in indagatione potestatis, quam quædam corpora obtinent nos calefaciendi; quin etiam qua in re consistat facultas, quam inesse deprehendimus certis corporibus nos frigefaciendi.

« Aristoteles definit calorem, id quod homogenea congregat, aut quæ sunt ejusdem naturæ, et disgregat heterogenea, aut diversæ naturæ res. De frigore dicit, id esse quod indiscriminatim congregat homogenea et heterogenea; probaturi definitionis pro-

bitatem, vulgariter ignis exemplo utuntur, cujus caloris ope possunt in unicam massam plurimæ auri particulæ cogi, ac secerni duo aut plura metalla sibi invicem mista : atque exemplo gelu, cujus efficacia videmus frigus adeo simul unire aquam, lapides, lignum, paleam, ut ea unicum corpus constituant.

« Sed notandum est, ea ipsa in re, quæ in exemplum assumitur, errorem latere ; nam si imponatur crucibulo in igne massa ex auro, argento et cupro conflata, falsum est unquam contingere, ut ea metalla ita se ab invicem extricent, ut segregentur ac in diversa strata collocentur, habita proportione cujusque gravitatis. Ex adverso, si frusta separata auri, argenti et cupri eidem crucibulo imponantur, procul dubio ab igne confundentur.

« Fateor quidem a diuturna actione ignis in massam ex auro, argento et cupro compositam, tandem argentum et cuprum in fumum dissipata iri, solo superstite auro in crucibulo, hinc tamen inferre non datur igni congregandi esse facultatem, nisi forte per accidens, hoc est, quatenus primum destruendo id quod minus ejus actioni reluctatur, contingit id quod magis resistit, ut aurum, superesse solum aut ultimum : sic si in lancem reponantur pulveres ligni et plumbi simul misti, continget ut exsufflando dissipetur solum ligni pulvis, remanente in fundo plumbi pulvere. Clarissimum est autem solam resistentiam particularum auri causam esse, quod hoc metallum eo modo separatum ab argento et cupro remaneat : si enim diutius in igne detineatur, paulatim tandem imminuetur, imo omnino dissipabitur, quod auri purificatores experti sunt; hincque pronuntiarunt nullum dari aurum, quod ultra vicenariam procedat.

« Imo posito calorem semper congregaturum homogenea, et dissipaturum heterogenea ; ac frigus semper sine discrimine simul omnia corpora coacturum ; id equidem docere potest nos quid agant calor et frigus, non item quid sint : hinc vulgo excusatur Aristoteles, dicendo eum per illam caloris et frigoris definitionem aliorum mentem non propriam secutum esse.

« Dubito jam num interpretes rem assecuti sint, ubi existimant mentem illius fuisse, colorem exempli gratia, ignis quidpiam in eo esse omnino simile sensui nobis impresso ab ejus vicinia. Itidem glaciei frigus aliquid esse omnino simile sensui illi, quem ex ejus contrectatione experimur, quia cap. 12, lib. II *De anima*, ubi postquam ostendit sentire passionem esse, addit eo momento, quo sentimus nos evadere objecto similes.

« Sed, sive Aristoteles ejus fuerit sententiæ, vel secus, certum tamen est, hæc gratis afferri : neque enim res probatur dicendo, ignem dare posse quod non habet, quandoquidem accepto dandi vocabulo in significato hic illi assignato, dubitari nequit, quin acicula pungendo, dolorem excitet, nemini tamen ideo in mentem venit, ut credat illi inesse similem dolorem ei, quem in nobis excitat.

« Præterea ignis calor, et glaciei frigus, cum sint qualitates aut proprietates propriæ corporibus, quæ pro inanimatis ab omnibus habentur, nequaquam similes esse queunt sensationibus, quas earum causa experimur, quandoquidem ii sensus nobis tantum quatenus animatis competunt. Imo, ut quandoque contingit rem eamdem eodem tempore excitare in nobis duas illas differentes sensationes, sequeretur unum idemque subjectum, uno eodemque tempore futurum calidum et frigidum, quod impossibile est. Interea aer inspiratione attractus eodem tempore potest percipi calidus et frigidus, pro variis in manus nostras exsufflandi modis.

« Ad experimentum animadvertendo quod nobis ostendit unum eumdemque aerem videri calidum aut frigidum, non solum juxta modum differentem, quo manus nostras afficit, sed et juxta hunc vel illum efflandi modum ; facile conjicere est, corporis cujuspiam calorem, situm esse in motu peculiari ejus partium. Quia autem quo plus constringuntur labia, ut celerius impellatur aer, eo minus percipitur caloris, inferre licet corporis calorem non consistere in motu directo illius partium : id autem quod movetur, nec tamen directe movetur, alio motu quam inæquali et diverso moveri nescit, ac quasi circa proprium centrum : ideo inferendum est, aerem ore exeuntem, non solum totum e loco in locum moveri motu directo, sed præterea plurimas ejus partes moveri motu quodammodo circulari, circa proprium centrum ; cujus causa, eæ quæ manui nostræ applicantur per actionem ejus motus, videntur eam tangere, quasi excitaturæ titillationis speciem. Atque ut ea est actionis species quæ in nobis caloris sensum excitat, concludendum quoque est, in ea specie motus particularum corporis, situm esse calorem illius corporis.

« Itaque, quod ex parte objecti proficiscitur multum distat a sensu, quem excitat. Quod mirum magis esse non debet quam differentia, qua discrepat figura et motus aciculæ nos pungentis, a dolore quem parit : imo, constat exemplo doloris, quod ubi anima corpori unita est, ex naturæ instituto fuisse, ut occasione motuum et divisionum, quas acicula in corpore parere apta est, acciderent quædam perceptiones in anima. Itidem credendum est, eamdem constituisse, ut quoque exsurgeret peculiaris quædam perceptio, pro modo peculiari, quo corpus nostrum ab igne afficeretur : idque ipsum est quod calorem vocant, vocabulo in prima significatione accepto.

« Id ipsum confirmatur ab experientia, quæ docet nos plurima corpora vim nos calefaciendi acquirere, etsi nihil aliud suspicari liceat præter motum illis accidisse : inutiliter tentarem omnia peragrare, quatuor sufficiat huc attulisse exempla.

« Ac primo certissimum est, ubi manus

frigore affectæ fuerint, post aliquam mutuam affricationem ipsis tandem caloris sat manifesti sensum imprimi.

« Secundo, quod jam annotatum est, calx quæ ad tactum frigida percepta fuit, pauca aqua frigida irrorata, eum acquirit motum intra suas partes, ut omnes ab invicem discedant exiguo temporis spatio : eoque modo calorem concipit adeo insignem, ut nos calefacere valeat, imo tantum ut vix illi ferendo pares simus.

« Fimus putrescens, hoc est, qui paulatim dissipatur, satis caloris concipit ad vices tenendas ignis mediocris in plures chymicas operationes utilis : chymia autem nobis alia peculiaria exempla suppeditat; quæ scire omnium interest.

« Exempli gratia, si in magnam lagenam parvam quantitatem aquæ fortis continentem, tantillum orichalci limaturæ conjiciatur, subinde talis æstus excitatur, ut lagena plena appareat, quæ quoque tantum incendium concipit, ut eam impune contrectare non liceat.

« Præterea, ut jam dictum est, si simul misceantur oleum vitrioli et oleum tartari, etsi quodque seorsim combustibile non sit, accidit interim ut subito ebullitio incredibilis excitetur, eodemque tempore sat insignis caloris gradus.

« Revera ex ejusmodi exemplis, justa de causa dicendum videretur, quidpiam inesse, quod non omnino nobis sit notum : ideoque deinceps explicandum suscipio quæ possit esse causa motuum illorum adeo stupendorum. Quare, ut redeam ad exempla quædam magis familiaria, notandum est duo corpora dura, quæ mutuo affricantur, mutuo quoque partes agitare, ita ut non modo ex contactu adurere valeant, sed quoque ad eum motus excessum devenire, ut ex se incendium concipiant : sic rotam et axim currus, quæ citissime volvitur in ardenti squalore; ac in genere omnes machinas ex materia combustibili constructas, quæque motu rapido cientur, inflammari facile contingit : nihil familiarius sensibus occurrit, quam terebram, dum perforat ligni frustum durum et spissum, incalescere : eodem pacto si lima atterantur, aut acuantur ferrum aut chalybs, eo usque quoque incalescere ut temperationem amittant : sic serra dum dividit lignum, insignem calorem acquirit. Nihil vero promptius in flammam erumpit, quam silicis particula, aut ignarii chalybei, ex mutuo attritu et concussione celeri : in omnibus autem his exemplis, nihil novi his corporibus accidit præter motum.

« Quotquot antiqui ad maximam partem horum experimentorum mentem direxerunt, omnes asseruerunt motum caloris esse principium. Quod una cum iis verum agnosco, modo per motum eum intelligant qui toti corpori competit, quatenus in causa est, ut conflictus duorum corporum accidat. At si per motum intellexerunt eum, qui pertinet ad partes eorum insensibiles, eos insufficienter mentem explicasse credo, quia motus earum partium non alius est a calore ipso illorum corporum. »

§ V. — *De saporibus.*

« Saporis vocabulum duo designat, primo enim significat sensum nobis innatum cum bibimus aut edimus. Secundo per eam vocem nescio quid intelligimus, quod alimentis ipsis inest, in quo potestas excitandi in nobis saporum sensum situm est.

« Quamvis sapor, primo sensu acceptus, exacte describi nequeat, atque particularis ejus notitia experientia solum innotescat, id tamen interea adnotare lubet, non omnibus hominibus eamdem inesse gustandi vim, cum eodem cibo vescuntur; quod inde elucescit, quia quibusdam certi cibi deliciæ sunt, quos alii fastidiunt. Imo nullus non ætatis provectæ animadvertit sibi non eumdem esse sensum, aut gustum quorumdam ciborum, qui fuit alias : unde inferre licet, eamdem esse rationem gustus et tactus : ut enim eodem in loco attingi possunt duo homines, quorum unus perfecta frueretur valetudine, alter morbo defungeretur, diverso plane eventu, ita ut in uno titillatio grata excitaretur, in altero dolor intolerandus. Sic unus idemque cibus in variis hominibus sensus diversissimos parere aptus est.

« Quoad saporem in secundo significatu acceptum, cui præsertim nobis inhærendum est, Aristoteles ait quamdam esse affectionem, aut proprietatem corporis humidi, genitam a succo terrestri per calorem excocti. Ea definitio tria continet, quorum unumquodque verisimilitudine non caret. Et primo, Aristoteli in eo assentior quod saporem corporis humidi, aut liquidi affectionem esse dicat : quia quæ absolute sicca sunt aut dura, nihil sapidum exhibent, nisi saliva diluantur. Rursum, si expendamus aquam pene esse insipidam; aerem saporis omnino expertum esse, quanquam corpora sint humida, nullus non fatebitur eum justa de causa crassius quid illis addidisse, quodque quodammodo terræ naturam saperet. Tandem caloris interventum addere debuit, cum, experientia teste, in plurimis fructibus coctis, eo mediante, quidam sapores deprehendantur, qui ante delituerunt.

« Aristoteli addicti facile consentient explicationi a me jam adductæ definitionis, quam de sapore tradidi; iidem tamen non inviti confitebuntur, etsi nihil hactenus quod non verum sit adduxerit, nos ideo tamen doctiores non evasisse, cum non explicarit naturam illius affectionis, aut proprietatis corporis, quæ sapidum illud efficit, neque ubi sita sit.

« Quidam hæc supplere conati sunt, dicentes, qualitatem esse persimilem sensui quem in nobis excitat : sed ii non animadverterunt in quod discrimen nos conjiciant; nam, præterea quod corporibus inanimatis entitatis modum concedant, nequaquam ipsis competentem; sequeretur in eorum sententia, duos homines nunquam de eodem cibo, aut potu

ex gustu judicium laturos, quod a nobis dictis repugnat.

« Contra cum jam nobis constet, ubi unus idemque cibus exhibet diversos sensus duobus hominibus, necessario uni eorum sensum discrepare ab eo, quod sensum illi movet, nobis concludendum est idem judicium posse de altero ferri. Hoc pacto, ansa jam nobis data est, ut credamus potentiam sentiendi sapidum, vel gustandi, in nobis similem esse potentiæ, qua sentimus dolorem, hoc est, ut ea potentia deducatur, in actum, nihil aliud ex parte subjectorum, quæ sapida vocantur, requiri; nisi ut commoveant filamenta nervorum linguæ, modo convenienti ac a natura instituto, quo succedat sensus saporum : non secus ac ut percipiamus dolorem, sufficit certo modo moveri nervos sensui tactus destinatos. Cum autem res quæpiam aliam commovere nequeat, nisi et ipsa commoveatur; nec quidquam possit nervis linguæ applicari, subsequente effectu, quin certa quædam subsit magnitudo, certaque figura, existimo formam corporis sapidi sitam esse in magnitudine, figura et motu illius partium : atque ex varietate, quam concipere possumus in tribus illis rebus, enasci varietatem saporum. »

§ VI. — *De odoribus.*

« Per vocem odoris primo significatum voluerunt antiqui sensus particularem speciem, in nobis resultantem ex impressione facta a quibusdam corporibus in narium summis partibus. Deinde eadem usi sunt ad significandum id, quod emergit ex corporibus dictis odoratis, quibus sita est potestas suscitandi in nobis odorandi sensum.

« Quisque proprio experimento novit quid sit odor, usurpata hac voce in prima significatione; impossibile vero est designare, atque cuipiam declarare essentiam illius. Quidquid hac de re dici potest, istud est, unum idemque objectum eumdem sensum in omnibus nequaquam excitare cum plurimis quædam suffumigia grata, quæ aliis intolerabilia omnino sunt.

« Hoc posito, id solum nobis disquirendum est quid sit odor, respectu habito ad corpora odorabilia dicta : Aristoteles eum non definivit eo capite, cui titulum præfixit, *De odoribus;* et causam cur id prætereat, refert in imperfectionem sensus illius in homine præ cæteris animalibus.

« Discipulorum Aristotelis quidam mentem illius penetrasse credunt ex eo loco, in quo ait, eo momento, quo sentimus, similes nos fieri objecto, nos ad sentiendum impellenti : atque eo principio nixi docent odorem, ex parte objecti, rem persimilem esse sensui, quem in nobis excitat : simul addunt, odorem nasci ex mistione calidi, frigidi, sicci et humidi, ita ut tamen calor, et siccitas prædominentur.

« Sed præterquam quod ea doctrina inanimato corpori ascribit entitatis modum, nobis tantum qua animatis, competentem, quod fieri nequit, sequeretur hinc idem suffumigium omnibus æque gratum esse debere, contra observationem a nobis factam. Adde, incomprehensibile esse suppositis ideis, quas tradunt nobis Aristotelici, de quatuor præcipuis tactilibus qualitatibus, ex earum mistione emergere aliud quid posse quam tepidum, quod ad siccum vel humidum magis aut minus accedat, prout magis aut minus de alterutro participabit : quod nequaquam accedit ad ideam quam nobis de odore tradunt. Tandem si ex mistione hac odor fieret, cum hæc actui se offerat, excitare deberet in omnibus partibus, quæ illi organi vice sunt, sensationem quæ illi esset similis. Ideoque manibus odorari deberemus æque ac naribus quod experientiæ reluctatur.

« Si reponant, id quod teporis sensum parere potest in manum agendo, posse quoque excitare sensum odoris nasum afficiendo, quia sic a natura constitutum sit : consentio. Sed cum in corporibus nihil præter magnitudines, figuras et motus agnoscam, vix credo opus esse in iis aliud quidpiam supponere, quo idonea reddantur afficiendi organum odoratus : ideoque existimo easdem partes, quæ saporis sensum, linguæ admotæ, inducunt, posse quoque odoratus sensum parere, si sufficienter subtiles sint, ut sub forma vaporis aut halitus nares subeant, cum productiones eas duas cerebri, quæ fundo narium correspondent, titillatum eunt. »

§ VII. — *De sono.*

« Soni vox primo inventa est, ad significandum sensum particularem, qui sequitur ad impressionem in auribus factam a corporibus sonoris dictis. Usurpatur iterum hæc vox, ad indicandum id quod inesse potest corporibus illis sonoris, ut campanæ aut aeri circumstanti, quo fit ut in nobis sensus soni excitetur.

« Ex iis quæ adnotavimus de saporibus et odoribus verba facientes, superfluum esset dicere, sonum prima significatione acceptum non posse describi, atque experientia tantum posse innotescere : ideo hic eatenus tantum de eo acturi sumus in quantum hæc vox significat id, quod inest corporibus sonoris, aut aeri, quod vocatur eorum sonus.

« Aristoteles de eo peculiari egit capite, in quo docet sonum nihil aliud esse, quam quorumdam corporum motum localem, ac medii, quod auribus nostris applicatur, utque prériperet ansam dubitandi eane ipsius esset mens, id plus vicies recensuit.

« Data vero opera, noto Aristotelis curam singularem, qua usus est, ad nobis insinuandum quæ de natura soni excogitavit : sed etsi eam toties inculcarit, ut lectoribus tædium pepererit, non tamen meo judicio, ab aliis id obtinuit, qui quamvis ejus doctrinæ addicti, ratum tamen habent sonum qualitatem esse aliam a motu locali.

« Eorum quidam, qui hanc opinionem tueri, et Aristotelis mentem refellere conantur, aiunt, si sonus nihil aliud esset quam motus localis, sequi debere, exempli gratia, ut mota manu perciperetur aliquis sonus. Alii, qui asserunt posita hac doctrina subse-

qui debere campanam, cujus sonus ad duo circumcirca milliaria diffunditur, aerem eo usque commovere debere, quod absurdum judicant.

« Invalidæ vero sunt omnes eæ objectiones : prima enim nihil aliud probat, nisi sonum non in omni specie motus consistere, ac speciatim in eo quo manus afficitur cum movetur. Id quod verissimum est. Eos vero quod attinet, quibus absurdum est, campanam posse aerem commovere ad duo milliaria circumferentiæ, certum est eos naturæ limites pro suo captu præfigere, cum interim opinionis suæ nullas adducunt rationes.

« Concedo equidem vim requiri ut concilietur motus materiali aliqui massæ, quæ ad duo milliaria in circumferentia diffunditur : effectum vero campanæ non tam magnum esse ac is mente concipitur, nam dum eo pacto commovet aerem, agit in corpus jam agitatum, quatenus liquidum est; ita ut non tam necesse sit illi motum ciere quam determinare eum quem jam habet, quo aptus fiat producendi in nobis soni sensum.

« Amplius dico, non adeo, quod credunt, difficile esse excitare eam commotionis speciem in corpore, quod a liquido undequaque circumdatur : testimonium præbet experientia in magna incude (quæ procul dubio in exemplum adduci potest eorum, quæ maxime obnituntur motui). Quippe illa subsilire videtur ad minimum mallei ictum, atque adnotare licet, si milii aliquot grana illi imponantur, atque a lateribus clava mediocris magnitudinis percutiatur, ad proportionem soni majoris aut minoris, subsultum quoque eorum percipi, majoremque aut minorem loci in incude mutationem : motus vero ille granis iis impertiri non posset, nisi et ipsa moveretur.

« Atque ut pateat, sonum solum in certo quodam motu consistere, hoc perpendatur eum exsurgere ex tacta citharæ chorda, aut a percusso quopiam corpore duro : citharæ enim chordam tangere, aut corpus percutere, aliud nihil est, quam eam chordam movere, aut id corpus : atque id absonum est in Aristotelicorum opinione, asserere quod eorum temperamentis aliqua alteratio contingat, aut quod quempiam calorem, siccitatem, frigiditatem aut humiditatem, acquirant, quam antea non habebant.

« Hoc ipsum confirmatur ex eo, quod si interiora auris vellicentur, ita ut impressio transeat ad nervos a medicis vocatos acousticos, tinnitus quidam excitetur, ex quo colligere est, idem judicium fieri debere de soni quod de doloris sensu, atque hunc æque ac illum supponere quoddam naturæ auctoribus institutum, qui nos eo pacto condidit, ut si certo quodam modo moveamur ea in parte, peculiaris quoque exciteturibi sensatio.

« Missum hic facere nolo quoddam experimentum quod diverticulo est pueris, a quo mirum in modum roboratur hæc opinio : funiculum sat longum per focariam forcipem trajiciunt, duo illius extrema circa primores duos manuum digitos convolvunt, quibus postea aures proprias occludunt; dein commoto corpore, commovent quoque forcipem, atque allidunt canteriolis, aut alii duro corpori : tunc, quanquam vicini sonum quam mediocrem percipiant, ab iis vero quidam exauditur similis sono majorum campanarum : cujus eventus vix alia potest afferri ratio, quam si dixeris a commota volsella agitari funiculum, cujus commotio digitis imprimatur, qui demum partes auris, cui applicantur, commovent, atque his mediantibus, nervos sensui auditus destinatos.

« Jam comparata certitudine sonum certo quodam in motu situm esse, superest solum, ut ejus speciem determinemus : atque hic Aristoteli consentire nobis non licet, statuenti sonum motum esse corporis duri, lævis et concavi. Certum enim est nequaquam ea omnia concurrere in plurimis corporibus sonoris : imo nihil quidquam simile accidit ab accenso pulvere pyrio in tormento, a quo interim horribilis fragor excitatur.

« Forte quispiam, qui in ejus verba jurarit, opinionem tueri conabitur dicendo : si requisitæ in corpore sonoro conditiones non reperiantur in accenso pulvere, nec in aere ab eo percusso, saltem in tormento reperiuntur a quo forsan totum sonum deducet : sed missis rationibus, quibus refelli posset ea opinio, sufficiat in medium protulisse experientiam de auro illo, quod fulminans vocant chymistæ : illud quod eo nomine donaverunt, nihil aliud est, quam compositum quid ex nitri partibus tribus, duabus florum sulphuris, et una salis tartari, seorsim tritis, postea commistis. Ex eo composito propemodum id assumitur quod satis sit, ad catapultæ imponendum flammæ illicium, et imponitur laminæ ferreæ, vel tegulæ planæ, quæ igniario foculo admovetur : paulatim incalescit pulvis, atque in flammam uno impetu erumpit, quæ omni ex parte diffusa, sonitum excitat magnitudine non disparem illi, qui manat a catapulta, cui justa mensura inditus sit pulvis tormentarius. Quemadmodum in illo experimento lamina ferri, aut tegula eo tantum fine usurpantur, ne pulvis flammam concipiat antequam æqualiter per omnes illius partes diffusus sit calor, atque ut sonus pendet a flamma et aere quæ neque dura sunt, neque lævia, neque concava, nulli dubium est Aristotelis opinionem fulcimento destitui.

« Satius ergo sit statuere sonum consistere in specie singulari quadam motus corporis alicujus, quam, cum Aristotele, illum ascribere motui speciei particulari corporis. Sed quo dilucidius hæc aperiantur, notandum est corpus sonorum dictum, immediate auribus nostris non admoveri, quo in nobis soni sensum excitet, sed modo ordinario agere mediante aere, quem commovet. Ideoque nobis inquirendum est, quales sint utriusque corporis motus, cum in nobis ejusmodi sensum producunt. »

§ VIII. — *De lumine et coloribus, et de diaphano et opaco.*

« Si unquam necesse fuit vocabulorum significationi exacte attendere, ne nos homonymia aliqua fallat, procul dubio id locum habet in consideratione luminis et colorum, quibus vulgo utimur ad designandas res valde discrepantes, quæque ab omnibus vulgo in confusionem adiguntur. Notandum ergo primo, sicut doloris nomen inditum fuit sensui quem infixa acicula imprimit : sic quoque *luminis* nomen concessum est sensui orto ex conspectu solis aut flammæ ; *coloris* vero vox data est sensui in nobis excitato a variis objectis, quæ dicuntur colorata : speciatim vero albi coloris nomen et viridis concedi voluerunt sensationibus, quas herbæ et nix in nobis producere solent.

« Secundo per has voces, *lumen et color*, subauditur id, quod ex parte objectorum exteriorum procedit, cujus causa in nobis excitare valent sensus de quibus modo actum est : sic per vocem *flamma* intelligitur nescio quid, cujus ope nobis innascitur luminis sensus; per *nivis* autem albedinem intelligitur aliud nescio quid, quo mediante illa in nobis suscitat albedinis sensum.

« Quod autem objecta quæ luminosa vocantur, ut sol et flamma, non immediate oculis nostris applicentur, sed mediantibus aliis corporibus intermediis agant, exempli gratia, aere, aqua, vitro, quidquid sit illud quod mediis illis imprimitur, id quoque luminis voce donatur, sed luminis secundi aut derivati, quo distinguatur ab eo quod inest objectis luminosis, a quibusdam lucis primitivæ aut radicalis nomine donatis.

« Quoad corpora diaphana dicta, ea sunt, quibus intermediis objecta luminosa oculos nostros feriunt, ad excitandum in nobis luminis sensum ; quæ quoque trajiciunt colores in visum incurrentes. Opaca autem ea sunt, quæ actionem lucidi corporis interrumpunt, aut colorati, vel per quæ neque lumen, neque colores transmitti possunt.

« Non hic suscipio tradere descriptionem luminis et colorum quoad primum significatum : tentet unusquisque propria innixus experientia rem evolvere ; æque enim impossibile judico cuipiam intelligentiam dare proprii colorum sensus, ac natum cæcum in eorum notitiam deducere.

« Id tamen asserere non dubitabo, ut sæpe contingit eumdem cibum eodem tempore in duobus diversis hominibus, varios sapores referre ; ita quoque fieri posse, ut duo homines valde dissentiant circa judicium de eodem visus objecto : eoque magis rei securus sum, quod de re mihi constet per experientiam omnino singularem. Cum enim aliquando mihi contigisset ut a diuturno conspectu, ultra duodecim horas protracto, ope conspicillorum Batavicorum, pugnæ navalis, procul a me sesquimilliariis spatio commissæ, oculus dexter fatigatus et offensus fuisset, eo jam in statu visum meum constitutum deprehendo, ut si flava objecta conspiciam oculo dextro, non ut ante, talia mihi appareant, nec qualia oculo sinistro repræsentantur : et quod mirum est, non eamdem varietatem in omnibus coloribus a me animadverti, sed solum in quibusdam, ut, exempli gratia, in viridi, qui mihi accedere videtur ad cæruleum, si intueor oculo dextro. Experientia ea facit ut credam, quosdam homines nasci ea dispositione perenni præditos, quæ nunc oculorum meorum uni infixa est, ac forte aliis adesse eadem, quæ alteri meo oculo inest : quod tamen impossibile est, eos vel alios percipere, quia unusquisque assuescit proferre sensum inductum a certo objecto, jam usitato nomine usus : quod quia commune est variis uniuscujusque sensibus, non ideo minus est æquivocum.

« Antequam susceptam de lumine disquisitionem aggrediar, ac de objecti alicujus colore, notabimus Aristotelem ea de re egisse, cap. 7, lib. II *De anima*, ubi postquam tradidit colorem lumine egere, quo in conspectum veniat, concludit adesse debere mutuam dependentiam ad utriusque harum qualitatum explicationem. Atque constituturus quid sit lumen, supponit corpora quædam esse diaphana, qualia sunt aer, aqua, glacies, vitrum et plurima similia ; sed cum noctu per ea corpora visus fieri nequeat, ait eo tempore illa corpora non esse diaphana nisi potentia ; de die vero actu talia esse et fieri. Cum autem solum lumen potentiam in actum deducere valeat, infert *lumen esse actum diaphani, qua diaphani.*

« Quoad colorem, notandum est, objectum in quo reperitur, cum immediate oculis nostris non applicetur ad excitandam in nobis aliquam sensationem, eum primo movere debere medium, quod illum et nos interjacet : et quia sui sensum non præbet per corporum opacorum densitatem, nec quoque visus noster penetrat ea, quæ potentia tantum sunt diaphana ; concludit *colorem esse id quod movet* corpus actu diaphanum.

« Etsi citato jam capite Aristoteles eam materiam sufficienter perscrutatus non fuerit, ait tamen se satis explicasse quid sint lumen, color et diaphaneitas. Discursus reliquum absolvit in recensendis quorumdam se priorum philosophorum opinionibus. Addit tamen lucem non esse ignem, nec quoque corpus, quod e corpore luminoso manat, et quod in diaphano recipiatur, sed solum ignis præsentiam, aut alicujus alius corporis luminosi aut corporis diaphani. Verum, ad examen ea doctrina revocata, non videtur mihi plene animo satisfactura, ita ut mentis acies ulterius ferri non debeat, vel saltem non dilucidius Aristotelis mens explicari. Nam certum est ipsum perpendendam nobis specialius relinquere naturam corporis diaphani, non secus ac naturam corporis lucidi, et quid hujus præsentia valeat erga alterum ad eum e potentia in actum deducendum. Iterum quæ ea res sit alia, quæ movet corpus quod actu diaphanum est.

« Id vero ab Aristotelis interpretibus perspectum est : at quamvis [illegible] iis, quæ in

problematibus tradidit, aliquid, quod dilucidaret quæ tradidit, expiscari potuissent; ac speciatim e problem. 61, sect. 11, ea tamen, quæ eo loci affert neglexerunt, aut potius non intellexerunt, cum rem proponant, quæ Aristoteli in mentem nunquam venit : affingunt scilicet illi quasi voluerit lucem et colores, in subjectis lucidis vocatis aut coloratis, esse qualitates omnino similes sensibus in nobis, eorum causa excitatis, quas etiamnum quidam ex mistione calidi, frigidi, sicci et humidi deducunt: in confirmationem (præter opinionem conceptam Aristotelem pro ipsis stare) aiunt fore impossibile corpora lucida aut colorata in nobis excitare sensus, quos experimur, nisi quidpiam illis inesset simile sensui, quem in nos inducunt, quia, addunt, nihil dat quod non habet.

CXC.

Galilée est pythagoricien et platonicien.

« Ac, ut opinor, etiam in multis opinionibus philosophus Pythagoricus. » (Galil., dialog. 1, p. 3. — C'est Simplicius qui s'adresse en ces termes à Salvat, qui représente Galilée.

« Profunda certe speculatio et Platone dignissima. » (*Ibid.*, p. 10.)

Comment les historiens qui ne veulent voir dans Galilée que le revendicateur des faits, de la sensation, de l'élément empirique de la connaissance humaine, et dans la science du moyen âge que le pur mysticisme, peuvent-ils expliquer ces citations? d'autant plus que nous en trouverions de tout aussi significatives dans Cusa, dans Copernic, dans Képler ?

CXCI.

La méthode newtonienne des fluxions et des fluentes est fondée sur les notions évidentes du mouvement. (Aucleis.) — Montucla, part. iv, quæst. 6, art. 5.)

CXCII.

La doctrine de la pluralité des formes entraînait une physique plus vraie.

« Si sola anima intellectiva immediate esset perfectio materiæ primæ, tunc in homine non esset forma multa animalis, nec misti, de quibus philosophia dicit et scribit, et sic cessabit studium philosophiæ. » (Ægid. Column., *Correct.*)

CXCIII.

Pour se rendre un compte exact des étais métaphysiques de l'ancienne astronomie, il faut lire les dialogues de Galilée. On verra les objections que les péripatéticiens adressaient à la théorie copernicienne. Ces objections étaient de l'ordre ontologique; elles reposaient sur la théorie des formes substantielles; nous en avons parlé brièvement dans notre préface. On verra par la citation suivante que nous n'avons pas basé une théorie historique en l'air. Voici ce que disaient les péripatéticiens à Galilée pour lui prouver que la terre ne pouvait avoir trois mouvements naturels :

« Primum est terram moveri non posse sua natura tribus motibus valde diversis : aut erit necesse multa manifesta axiomata refutare. Primum axioma est quod omnis effectus dependet ab aliqua causa. Secundum quod nulla res seipsam producat. Unde sequitur, impossibile esse, ut movens et quod movetur prorsus unum idemque fuit : idque non solum in rebus, quæ moventur a motore extrinseco, manifestum est : sed colligitur etiam a propositis principiis, idem accidere in motu naturali dependente a principio intrinseco : alias, cum movens est movens, sit causa et motum ut motum effectus, unum idemque simul omnino et causa esset et effectus. Ergo corpus non movet totum se, scilicet ut totum moveat et totum moveatur; sed oportet in re mota distinguere quodammodo principium motionem efficiens, et id quod illa motione movetur : Tertium omnino est quod in rebus quæ sensui subjiciuntur, unum, quatenus unum, unam solam rem producat... corpus simplex, qualis est terra, non possit sua natura moveri simul tribus motibus valde diversis. » (Galilæus, *Dial.*

CXCIV.

Platonisme du XII*e siècle.*

« S'il faut sur ce point s'en tenir à l'opinion d'un philosophe païen, je préfère Pla-

ton à tous les autres, car sa doctrine est celle qui se rapproche le plus de notre foi..... » (GUILLAUME DE CONCHES, cité par M. Hauréau, I, 29.)

CXCV.

Suivant Aristote le principe d'individuation est dans la matière.

« Unum numero sunt, quorum materia est una. » (*Metaph.*, lib. v.)

Cajétan explique cela : « Quoniam stet formam esse unam in essendo et multiplicem in dependendo, vel repræsentando.... et sic similitudo albi ad omnia alba una est relatio, id, ut essendo et multiplex in respiciendo. »

La métaphysique d'Albert et de saint Thomas, qui repose en partie sur la théorie de la matière prise comme principe d'individuation, est donc bien plus conforme que celle de Scot à l'esprit de la doctrine péripatéticienne, quoique d'ailleurs Aristote ne se soit jamais expliqué directement et catégoriquement sur le problème de l'individuation qui n'existait pas, on peut le dire, pour la philosophie grecque.

CXCVI.

Unité de la forme.

« Sicut trigonum in tetragono et tetragonum in pentagono, sic vegetativum in sensitivo, et sensitivum in intellectivo. » (ARIST., *De anima*, cité par Scot, *De rerum principio*, quæst. 11, t. III, p. 92, edit. Lugdun.)

Scot doit nier cela.....

CXCVII.

Dans le système d'Aristote un corps simple ne pouvait avoir qu'un mouvement. De là une réponse toute faite contre l'astronomie de Copernic.

« Ad removendam autem illam id simplicius axioma mihi videtur esse sufficientissimum, quod scilicet corporis simplicis unus tantummodo motus simplex possit esse naturalis : at hic, terræ, corpori simplici assignantur tres, si non quatuor motus, iique valde inter se diversi. » (GALILÆUS, dialog. 3, p. 295.)

CXCVIII.

La raison, suivant saint Thomas, peut-elle démontrer que le monde n'est pas éternel ?

Saint Thomas se pose la question de l'éternité du monde ; au point de vue de la foi elle n'a rien de douteux, mais il s'agit de savoir si la foi est sur cet article un démenti à la raison, si la raison confirme au contraire le dogme, ou enfin, si elle se tait sur le problème.

Le Docteur angélique se demande donc d'abord si la raison aboutit logiquement à admettre l'éternité du monde ; et il résout négativement la question.

Il faut remarquer que, sur cet article important, il était obligé de combattre Aristote. Il le combat sans le citer et, pour ainsi dire, à travers les docteurs modernes qui avaient reproduit ses idées. Cette réserve vis-à-vis du Stagirite se conçoit dans un disciple d'Albert le Grand ; elle tient à toute la politique des Dominicains dans le développement de leur système philosophique.

Aristote, ne l'oublions pas, ne se plaçait pas au point de vue de l'être divin pour affirmer l'éternité du monde ; il partait de la théorie du *mouvement*, de la *nature*, de la *forme* et de la *génération*. Saint Thomas reproduit les raisonnements sans peut être les comprendre dans leur vrai sens. Voici les termes même dont il se sert :

« Adhuc, quandoque aliquid de novo incipit moveri, oportet quod movens, vel motum, vel utrumque aliter se habeat nunc quando est motus, quam prius quando non erat motus : est enim habitudo vel relatio quædam moventis ad motum secundum quod est movens actu. Relatio autem nova non incipit sine mutatione utriusque vel alterius saltem extremorum. Quod autem se aliter habet nunc quam prius, movetur : ergo oportet ante motum qui de novo incipit, alium motum præcedere in mobili vel in movente. Oportet igitur quod quilibet motus vel sit æternus, vel habeat alium motum ante se. Motus igitur semper fuit, ergo et mobilia : et sic creaturæ semper fuerunt. Deus enim omnino immobilis est : ut in num. 1 ostensum est.

« 4. Præterea : Omne agens quod generat sibi simile intendit conservare esse perpetuum in specie quod non potest conservari in individuo : impossibile est autem naturæ appetitum vanum esse, oportet igitur quod rerum generabilium species sint perpetuæ.

« Adhuc : Si tempus est perpetuum, cum sit numerus motus : et per consequens mobilia esse perpetua : cum motus sit actus mobilis. Sed tempus oportet esse perpetuum, non enim potest intelligi esse tempus quin sit nunc, sicut linea non potest intelligi sine puncto : nunc autem semper est finis præteriti, et principium futuri. Hæc enim est definitio ipsius nunc : et sic quodlibet nunc datum habet ante se tempus prius et posterius, et ita nullum potest esse primum neque ultimum. Relinquitur igitur quod mobilia quæ sunt substantiæ creatæ, sint ab æterno. »

Voici comment saint Thomas répond à ces trois arguments :

« Motus etiam sempiternitatem non cogit nos ponere ratio consequenter inducta. Jam enim patet quod absque mutatione Dei agentis potest esse quod novum agat non sempiternum : si autem possibile est ab eo aliquid agi de novo, patet quod et moveri : nam motus dispositionem voluntatis æternæ sequitur de motu non semper essendo.

« Similiter etiam intentio naturalium agentium ad specierum proprietatem (ex quo quarta ratio procedebat) præsupponit naturalia agentia jam producta. Unde locum non habet hæc ratio nisi in rebus naturalibus jam in esse productis, non autem cum de rerum productione agitur : utrum autem necesse sit ponere generationem perpetuo duraturam, in sequentibus ostendetur.

« Ratio etiam quinta ex tempore inducta æternitatem motus magis supponit quam probet. Cum enim prius et posterius et continuitas temporis sequatur prius et posterius et continuitatem motus secundum Aristotelis doctrinam, patet quod ideo idem instans est principium et finis præteriti, quia aliquid signatum in motu est principium et finis diversarum partium motus : non oportebit igitur omne instans hujusmodi esse nisi omne signum in tempore acceptum sit medium inter prius et posterius in motu; quod est ponere motum sempiternum. Ponens autem motum esse non sempiternum, potest dicere primum instans temporis esse principium futuri, et nullius præteriti finem, nec repugnat successioni temporis quod ponatur in ipso aliquod nunc principium, et non finis propter hoc quod linea in qua ponitur punctus aliquis, principium et non finis, est stans, et non fluens : quia etiam in motu aliquo particulari quia etiam non est stans, sed fluens, signari aliquid potest, ut principium motus tantum, et non ut finis, aliter enim omnis motus esset perpetuus, quod est impossibile. »

L'argumentation de saint Thomas est invincible dans nos idées modernes, mais elle ne l'était pas dans la métaphysique péripatéticienne dont elle acceptait les principes.

La *matière* d'Aristote, c'est la *possibilité logique* réalisée; la *forme*, c'est le complément *logique* de la matière; le mouvement, c'est leur rapport; le *temps*, c'est le nombre dans le *mouvement*.

Une fois qu'on admet de pareilles entités, il est logique de les admettre comme éternelles; car nier l'éternité de la *matière* d'un être, c'est nier qu'éternellement cet être soit possible; c'est une contradiction.

Sans doute l'éternité nécessaire de la *matière*, de la forme, du mouvement et du temps répugne radicalement à l'idée que nous avons de Dieu et du fini; mais Aristote n'avait pas cette idée qui a été étrangère à toute l'antiquité; et cette idée qui condamne la conception d'Aristote sur l'éternité du monde condamne aussi par là même la conception sur la *matière* et la *forme*.

Du reste, les nécessités logiques de cette dernière conception ont tellement pesé sur l'esprit des péripatéticiens, même au XIIIe siècle, que plusieurs furent condamnés à cette époque, pour avoir affirmé que la création est nécessairement éternelle.

Quant à saint Thomas, il est théologien trop exact pour admettre une telle erreur; mais il pense qu'elle ne répugne nullement à la raison, et qu'on ne peut prouver rationnellement que le monde a eu un commencement.

Voici ce qu'il dit à ce sujet et ce qu'ajoute son commentateur :

RATIONES QUIBUS CONANTUR ALIQUI OSTENDERE MUNDUM NON ESSE ÆTERNUM, ET SOLUTIONES EARUM. (Cap. 38.)

1. *Sunt autem quædam rationes a quibusdam inductæ ad probandum mundum non semper fuisse, sumptæ ex his. Deum enim esse omnium rerum causam, demonstratum est : causam autem oportet duratione præcedere ea quæ per actionem causæ fiunt.*

2. *Item, cum totum ens a Deo sit creatum, non potest dici factum esse ex aliquo ente : et sic relinquitur, quod sit factum ex nihilo, et per consequens, quod habeat esse post non esse.*

3. *Adhuc : quia infinita non est transire : si autem mundus semper fuisset, essent jam infinita pertransita, quia quod præteritum est, pertransitum est. Sunt autem infiniti dies vel circulationes præteritæ solis si mundus semper fuit.*

4. *Præterea, sequitur quod infinito fiat additio : cum ad dies vel circulationes præteritas quotidie de novo addatur.*

5. *Amplius, sequitur quod in causis efficientibus sit procedere in infinitum, si generatio fuit semper, quod oportet dicere mundo semper exsistente : nam filii causa est pater, et hujus alius, et sic in infinitum.*

6. *Rursus, sequitur quod sint infinita, scilicet infinitorum hominum præteritorum animæ immortales.*

Has autem rationes, quia usquequaque non de necessitate concludunt, licet probabilitatem habeant, sufficit tangere solum, ne videatur fides catholica in vanis rationibus constituta, et non potius in solidissima Dei doctrina; et ideo conveniens videtur ponere qualiter obvietur eis per eos qui æternitatem mundi posuerunt.

Quod enim primo dicitur, agens de necessitate præcedere effectum qui per suam operationem fit, verum est in his quæ agunt aliquid per motum, quia effectus non est nisi in termino motus, agens autem necesse est esse etiam cum motus incipit. In his autem quæ in instanti agunt, hoc non est necesse : sicut simul dum sol est in puncto orientis, illuminat nostrum hemisphærium.

Quod etiam secundo dicitur, non est efficax : ei enim quod ex aliquo aliquid fieri contradictorium oportet dare, si hoc non detur : est non ex aliquo fieri, non autem hoc quod est ex nihilo, nisi sub sensu primi : ex quo concludi non potest, quod fiat post non esse.

Quod etiam tertio ponitur, non est cogens; nam infinitum etsi non sit simul in actu, potest tamen esse in successione : quia sic quodlibet infinitum acceptum finitum est. Quælibet igitur circulatio præcedentium transiri potuit, quia finita fuit : in omnibus autem simul si mundus semper fuisset, non esset accipere primam, et ita nec transitum, qui semper exigit duo extrema.

Quod etiam quarto proponitur, debile est : nam nihil prohibet infinito ex ea parte additionem fieri, qua est infinitum. Ex hoc autem quod ponitur tempus æternum sequitur quod sit infinitum ex parte ante, sed finitum ex parte, post : nam præsens est terminus præteriti.

Quod etiam quinto objicitur, non cogit : quia causas agentes in infinitum procedere est impossibile secundum philosophos in causis simul agentibus, quia oportet effectum depen-

dere ex actionibus infinitis simul exsistentibus. Et hujusmodi sunt causæ per se infinitæ: quia earum infinitas ad causatum requiritur. In causis autem non simul agentibus, hoc non est impossibile secundum eos qui ponunt generationem perpetuam : hæc autem infinitas accidit causis. Accidit enim patri sortis quod sit alterius filius vel non filius : non autem accidit baculo in quantum movet lapidem, quod sit motus a manu, movet enim in quantum est motus.

Quod autem de animabus objicitur, difficilius est, sed tamen ratio non est multum utilis : quia multa supponit. Quidam namque æternitatem mundi ponentium, posuerunt etiam humanas animas non esse post corpus. Quidam vero quod ex animabus non manet nisi intellectus separatus vel agens secundum quosdam, vel etiam possibilis secundum alios. Quidam autem posuerunt circulationem in animabus, dicentes, quod eædem animæ post aliqua sæcula in corpore revertuntur. Quidam vero pro inconvenienti non habent quod sint aliqua infinita actu in his quæ ordinem non habent.

Potest autem efficacius procedi ad hoc ostendendum ex fine divinæ voluntatis, ut supra tactum est : finis enim divinæ voluntatis in rerum productione est ejus bonitas, in quantum per causata manifestatur. Potissime autem manifestatur divina bonitas et virtus per hoc quod res aliæ præter ipsum non semper fuerunt. Ex hoc enim manifeste apparet, quod res aliæ præter ipsum ab ipso esse habent, quia non semper fuerunt. Ostenditur etiam, quod non agit per necessitatem naturæ, et quod virtus sua est infinita in agendo : hoc enim convenientissimum fuit divinæ bonitati, ut rebus creatis principium durationis daret.

Ex his autem quæ prædicta sunt, vitare possumus diversos errores gentilium philosophorum, quorum quidam posuerunt mundum æternum, quidam materia mundi æternam, ex qua ex aliquo tempore mundus cœpit generari vel a casu, vel ab aliquo intellectu, aut etiam amore aut lite. Ab omnibus enim his ponitur aliquid præter Deum æternum, quod fidei catholicæ repugnat.

COMMENTAIRE.

« Quantum ad tertium ponuntur rationes volentium demonstrare mundum non esse æternum. Et quia non sunt demonstrativæ rationes, licet probabilitatem habeant, ideo ponuntur etiam responsiones eorum qui æternitatem mundi posuerunt, ne videatur fides quæ ponit mundum incœpisse, in vanis rationibus constituta. Circa hoc autem duo facit sanctus Thomas. Primo, ponit rationes inefficaces, et eas solvit. Secundo, ponit quamdam rationem quam ipse efficaciorem putat.

« Quantum ad primum, tangit sex rationes. Prima est, quia oportet causam duratione præcedere effectum. Secunda est, quia totum ens factum est ex nihilo, et per consequens necesse est quod habeat esse post non esse. Tertia est, quia essent infinita pertransita. Quarta est, quia infinito fieret additio. Quinta est, quia in causis efficientibus procederetur in infinitum. Sexta est, quia essent infinitæ animæ.

« Sed ad primam harum dicit assumptum verum esse in iis quæ agunt aliquid per motum, non autem in iis quæ in instanti agunt.

« Ad secundam dicit quod id quod creatur, fit ex nihilo, id est, non ex aliquo ente : ex hoc autem non sequitur quod fiat post non esse.

« Circa istam responsionem in qua videtur negare sanctus Thomas id quod creatur, fieri post non esse, adverte, quod illud intelligitur secundum ordinem durationis, non autem secundum ordinem naturæ. Non enim quod creatur, habet necessario esse post non esse posterioritate durationis, sed bene posterioritate naturæ.

« Sed occurrit dubium, quia illa quæ habent inter se ordinem naturæ tantum, non autem durationis, sunt simul duratione : si ergo non esse præcedit esse tantum natura, simul duratione erunt, et sic eadem res simul erit et non erit.

« Respondetur, quod aliquid convenire alteri prius natura alio, dupliciter potest intelligi. Uno modo, quia ab illo alio præsupponitur in subjecto, et necesse est illud præintelligi in tali subjecto esse. Alio modo, quia si subjectum sibi soli relinqueretur, illud sibi conveniret, non autem aliud. Quæ habent ordinem naturæ, primo modo sunt simul duratione, non autem quæ habent talem ordinem secundo modo. Non esse autem dicitur convenire rei prius natura quam esse secundo modo, quia scilicet si sibi relinqueretur, haberet non esse, non autem primo modo : ideo ratio non sequitur.

« Ad tertiam dicit, quod essent quidem infinita, quorum quodlibet esset pertransitum, quia esset finitum ; non autem omnia simul essent pertransita, quia transitus exigit duo extrema.

« Ad quartam dicit, quod nihil prohibet infinito ex ea parte qua est finitum, fieri additionem.

« Ad quintam dicit, quod causas agentes in infinitum procedere est impossibile secundum philosophos in causis simul agentibus, quæ dicuntur causæ per se infinitæ, non autem in causis non simul agentibus, quæ dicuntur infinitæ per accidens.

« Circa istam responsionem advertendum, quod aliud est dicere aliquam unam causam esse per se causam alicujus effectus, et aliud plures causas unius effectus habere inter se ordinem per se et essentialem in causando talem effectum : ad hoc enim ut aliquid sit per se causa alterius, requiritur ut non possit effectus nisi ab illa causa procedere, loquendo de causa completa. Hoc modo, Socrates est per se causa Platonis : quia non potest Plato nisi a Socrate generari. Ad hoc autem ut aliquæ sint causæ per se et essentialiter ordinatæ respectu unius effectus, requiritur quod secunda non causet, nisi ut movetur a prima, et quod omnes simul causent. Propter hoc si essent infinitæ unius causæ effectus per se et essentialiter, opor-

teret infinitas actiones simul esse a quibus dependeret effectus. Hoc autem philosophi reputant impossibile, ideo apud ipsos impossibile est aliquid dependere ab infinitis causis essentialiter ordinatis. Si autem essent infinitæ causæ quarum una quidem esset per se causa alterius, sed tamen non haberent inter se essentialem ordinem in causando aliquem effectum, talis infinitas per accidens se haberet ad causatum, ut dicit sanctus Thomas, et ideo nihil refert ad causatum hujusmodi causas infinitas esse, et hoc modo non inconvenit infinitum esse in causis agentibus. Licet enim unus homo generans habeat per se ordinem ad alium hominem generantem absolute, et ille ad alium, et sic in infinitum, si generatio fuerit æternà, non tamen omnes homines qui præcesserunt, habent per se ordinem inter se ad hunc hominem generandum : non enim unus homo generat ut est ab illo alio genitus, qui etiamsi non esset ab illo genitus, posset generare : nec etiam omnes homines qui præcesserunt, simul omnes agunt ad generationem hujus, cum non omnes simul sint.

« Ad sextam dicit, quod non est multum utilis hæc ratio, licet sit difficilis : et ideo diversimode a diversis solvitur. Nam quidam posuerunt animam non esse post corpus, quidam vero quod non manet de animabus nisi intellectus aut agens aut possibilis, quidam autem posuerunt animarum circulationem : alii vero non habent pro inconvenienti esse infinitum in actu in iis quæ ordinem non habent.

« Adverte cum inquit sanctus Thomas ipsam rationem de infinitate animarum difficilem esse, et tamen non esse multum utilem, quod hoc dicit quia concessis omnibus quæ supponuntur ab hac ratione, scilicet multiplicari animas ad multiplicationem hominum, et esse animam immortalem, ac etiam non dari infinitum in actu, quæ omnia videtur vera philosophia tenere, difficile est salvare quomodo mundus possit esse æternus, sed tamen inutilis ratio est, quia ea quæ ipsa ratio supponit, non conceduntur ab omnibus. Aliqui enim unum negant, aliqui vero aliud : et ideo parvæ efficaciæ apud ipsos philosophos est. Sed de hac materia inferius, c. 81, latior sermo fiet.

« Quantum ad secundum, inducit rationem quam ipse efficaciorem existimat, quia scilicet per hoc quod res non semper fuerunt, positive manifestatur divina bonitas, quæ est finis divinæ voluntatis, et virtus divina : ostenditur enim manifeste per incœptionem creaturarum, quod res aliæ habent esse a Deo, et quod non agit de necessitate naturæ et quod ejus potentia est infinita. Convenientissimum etiam fuit divinæ bonitati ut rebus creatis principium durationis daret.

« Circa istam propositionem, finis divinæ voluntatis in rerum productione est ejus bonitas, in quantum per causata manifestatur, advertendum, quod duplicem sensum habere potest. Primo at ly in quantum specificet rationem formalem divinæ bonitatis per quam sit finis productionis creaturarum : et tunc est sensus, quod ipsa manifestatio divinæ bonitatis, est ratio formalis divinæ bonitatis sub qua habet quod sit finis : et hic sensus est falsus, nec est intentus a sancto Thoma, imo ipse *De potent.* quæst. 5, art. 15, ad 14, de communicatione divinæ bonitatis loquens inquit, quod communicatio bonitatis divinæ non est ultimus finis, sed ipsa bonitas, ex cujus amore est quod Deus eam communicare velit, cum non agat quasi appetens habere quod non habet, sed quasi volens communicare quod habet. Secundus sensus est, ut ly in quantum, dicat conditionem ejus quod producitur et est volitum propter finem. Sensus enim hoc modo est, quod Deus vult creaturas propter bonitatem suam, in quantum manifestatur per ipsas sua bonitas, ita quod nulla alia ratione vult creaturas in ordine ad suam bonitatem, nisi quia sunt ejus manifestativæ. Ex amore enim bonitatis suæ vult ejus communicationem et manifestationem per creaturas : sicut si diceremus, quod infirmus nulla alia ratione vult medicinam propter sanitatem, nisi quia per ipsam sanitas causari potest : posse enim causare sanitatem esset ratio et conditio se tenens ex parte ejus quod propter finem appetitur, non autem esset ratio sanitatis ut est finis, et hic sensus est verus, et hic intentus. Cum enim Deus agat non ex appetitu finis, sed ex ejus amore, ut dicitur de Potentia, ubi supra, divina bonitas amata est : ratio et causa finalis propter quam vult creaturas producere, in quantum in ipsa creaturarum productione manifestatur divina bonitas quam summe amat, ita quod non vellet ipsam creaturarum productionem nisi divinam bonitatem manifestarent : sicut et infirmus non vult medicinam nisi in quantum est causativa sanitatis.

« Ex iis omnibus quæ prædicta sunt, deducit sanctus Thomas quod diversi errores philosophorum tolluntur, ponentium aliquid æternum præter Deum, de quibus videlicet I et VIII *Physicorum* tractatur, et I *Cœli*. Præter rationes supradictas quibus aliqui probaverunt mundum non semper fuisse, est ratio adducta a Scoto, II *Sentent.*, dist. 1, quæst. 3; et a Capreolo, II *Sentent.*, dist. 1, quæst. 3, quæ talis est : Si tempus semper fuisset, et semper esset futurum, sequeretur quod pars esset major toto : hoc est contra primum et notissimum principium, ergo, etc. Probatur consequentia, et supponitur quod tunc præteritum et futurum erunt æqualia, quia utrumque erit infinitum. Sit igitur meridies hujus diei, *A*, meridies vero diei crastinæ sit *B*, tunc sic : quocunque tempore præteritum ad *B* est majus, futurum ad *B* est majus, quia sunt æqualia. Sed futuro ad *A* præteritum ad *B* est majus, ergo futuro ad *A* futurum ad *B* est majus, sed futurum ad *B* est pars futuri ad *A*, ergo, etc. Probatur minor principalis : Quodcunque tempus est majus præterito ad *A*, est majus futurum ad *A*, cum sint æqualia. Sed præteritum

ad *B*, est majus præterito ad *A*, ergo est majus futuro ad *A*.

« Pro hujus rationis solutione considerandum est, quod æquale majus et minus semper secundum terminos quantitatum accipiuntur. Dicitur enim una quantitas æqualis alteri, quia termini ejus terminos alterius non excedunt. Unde ubi quantitates ponuntur non habere terminos, sicut accidit in quantitatibus infinitis, ibi proprie non est æqualitas aut inæqualitas; possunt tamen aliquo modo dici, æquales aut inæquales quantitates infinitæ ex una parte tantum, si comparentur secundum eam partem in qua sunt finitæ, non autem si comparentur secundum partem ex qua ponuntur infinitæ.

« Considerandum secundo, quod si debet hujusmodi fieri comparatio, oportet ut ex eadem parte accipiantur et magnitudines et termini, scilicet, aut ex parte principii, aut ex parte finis. Nam si accipiantur duæ lineæ quarum una sit infinita versus orientem, altera vero sit infinita versus occidentem, terminenturque ad medium mundi, ipsæ non dicentur æquales, quia illud medium non est terminus utriusque eodem modo, sed unius est principium, alterius vero finis : sed bene si accipiantur duæ infinitæ ex parte orientis, et terminatæ ad paria puncta versus occidentem, possent aliquo modo æquales dici. Similiter ergo si duo tempora infinita ponantur, unum a parte ante, aliud vero a parte post, licet ad idem instans terminentur, non poterunt dici æqualia, sed bene si ambo fuerint ex eadem parte infinita, et ex eadem finita. Ad rationem ergo negatur consequentia. Ad cujus probationem negatur hoc suppositum, quod est rationis fundamentum, scilicet quod tempus præteritum et tempus futurum quorum quodlibet ponitur infinitum, sint æqualia, et consequenter quod majus uno sit etiam majus altero, et quocunque unum est majus, alterum sit majus. Nam in illis non accipiuntur termini ex eadem parte, ut possit fieri comparatio secundum æquale aut inæquale.

« Sed occurrit dubium circa id quod dictum est, tempora ex eadem parte finita si ad idem instans terminentur, esse æqualia. Sic enim videtur quod in tempore infinito a parte ante dies sint æquales annis, cum ad idem terminentur : hoc autem nullus diceret, ergo.

« Respondetur, quod dies et anni dupliciter accipi possunt : uno modo accipiendo tempus annorum per motum unius continui, et similiter tempus dierum. Alio modo utrumque per motum discreti, accipiendo, secundum quod ipsum tempus continuum exsistens per dies et annos dividitur Primo modo non est inconveniens dies esse æquales annis, imo tempus dierum et annorum est idem. Secundo modo dies sunt aliquid majus quam sint anni, et non sunt illis æquales : sicut in una et eadem linea cubitales sunt plures quam sint bicubitales, si utraque per modum quantitatis discretæ accipiantur. Sed si accipiantur per modum continui, sunt una et eadem quantitas. Ut enim, inquit sanctus Thomas, III part., quæst. 10, art. 3 ad tertium, licet infinito in aliquo ordine non sit majus in illo ordine, potest tamen illo accipi majus extra illum ordinem, et sic licet in ordine mensium non sit aliquid majus mensibus infinitis, tamen infinitum in ordine dierum est aliquid majus infinitis mensibus, et dies infiniti sunt plures mensibus infinitis. Cum autem dicitur, quod terminatur ad eumdem terminum, dicitur quod non est verum, in quantum sunt discreta. Nam eorum finis, ut sic, non est instans, sed unitas. Unde in ordine mensium unitas illius mensis qui est ultimus, est terminus : in ordine autem dierum terminus est ille unus dies, qui est ultimus sive unitas ejus. Cætera quæ in hac materia faciunt difficultatem, vide apud Capreolum loco præ allegato.»

CXCIX.

L'idée de force absente au moyen âge.

Le rapport de la puissance à l'acte est expressément considéré par saint Thomas comme venant d'une source étrangère à l'être où cette puissance se réalise; en d'autres termes, l'être n'est pas, suivant lui, une *force*, parce que les puissances ne renferment pas ce *nisus* fécond sans lequel il n'y a pas de force. Voici, du reste, ses propres termes : *Omne quod exit de potentia in actum, potest dici pati, etiam cum perficitur.* (*Summa*, I part., quæst. 79, art. 2.)

CC.

Suivant saint Thomas, c'est la même faculté intellectuelle en nous qui saisit le *temporel*, ou, pour parler plus exactement, le temporaire, le contingent, le relatif, et l'éternel, le nécessaire et l'absolu. (Voy. *Summa*, I part., quæst. 79, art. 9.)

CCI.

Exposition du système de la non-différence, par Abélard.

« Nunc itaque illam quæ de indifferentia est sententiam perquiramus. Cujus hæc est positio : nihil omnino est præter individuum; sed et illud aliter et aliter attentum species et genus et generalissimum est. Itaque Socrates in ea natura in qua subjectus est sensibus, secundum illam naturam quam significat adesse Socrati, individuum est ideo quia tale est proprietas cujus nunquam tota reperitur in alio. Est enim alter homo, sed socratitate nullus homo præter Socratem. De eodem Socrate quandoque habetur intellectus non concipiens quidquid notat hæc vox Socrates; sed socratitatis oblitus, id tantum perspicit de Socrate quod notat idem *homo*, id est animal rationale mortale, et secundum hoc species est; est enim prædicabilis de pluribus in quid de eodem statu. Si intellectus postponat rationalitatem et mortalitatem, et id tantum sibi subjiciat quod notat hæc vox *animal*, in hoc statu genus est. Quod si, relictis omnibus formis, in hoc tantum consideremus Socratem quod

notat *substantia*, generalissimum est. Idem de Platone dicas per omnia. Quod si quis dicat proprietatem Socratis in eo quod est homo non magis esse in pluribus quam ejusdem Socratis in quantum est Socrates; æque enim homo qui est socraticus in nullo alio est nisi in Socrate, sicut ipse Socrates; verum quod concedunt; ita tamen determinandum putant : Socrates in quantum est Socrates nullum prorsus indifferens habet quod in alio inveniatur. (*De generibus et speciebus.*)

CCII.

Liste des ouvrages d'Albert le Grand.
(Edition de Lyon, 1651.)

Le premier volume renferme les Commentaires sur l'*Organon* d'Aristote. — IIe volume : *De physico auditu; De cœlo et mundo; De generatione et corruptione; De meteoris; De mineralibus.* — IIIe volume : *De anima; Metaphysicorum* lib. 13. — IVe volume : *Ethicorum* lib. 10; *Politicorum* lib. 2; *Parva naturalia*, sive *De sensu et sensato*; *De memoria et reminiscentia; De somno et vigilia; De motibus animalium*; *De ætate* sive *de juventute et senectute; De spiritu et respiratione; De morte et vita; De nutrimento et nutribili; De natura et origine animæ; De unitate intellectus, contra Averroem; De intellecto et intelligibili; De natura locorum; De causis proprietatum elementorum; De passionibus aeris.* — Ve volume : *De vegetalibus et plantis; De principiis motus progressivi; De processu universitatis a causa prima; Speculum astronomicum*, in quo de libris licitis et illicitis pertractatur. — VIe volume : *De animalibus.* — VIIe volume : *Commentarii in Psalmos.* — VIIIe volume : *Comment. in Threnos Jeremiæ; Comment. in Baruch; Commentarii in Danielem; Comment. in duodecim prophetas minores.* — IXe volume : *Comment. in Matthæum; Comment. in Marcum.* — Xe volume : *Comment. in Lucam.* — XIe volume : *Comment. in Joannem; Comment. in Apocalypsim.* — XIIe volume : *Sermones et orationes; Liber de muliere forti.* — XIIIe volume : *Comment. in B. Dyonisium Areopagitam; Compendium theologicæ veritatis.* — XIVe, XVe, XVIe volumes : *Commentarii in libros Sententiarum.* — XVIIe, XVIIIe volumes : *Summa theologiæ.* — XIXe volume : *Summa de creaturis*, divisa in duas partes, quarum prima est de quatuor coævis, secunda de homine. — XXe volume : Mariale; *De laudibus B. Virginis;* Biblia Mariana. — XXIe volume : *De apprehensione et apprehensionis modis; Philosophia pauperum* sive *Isagoge in libros Aristotelis; De physico auditu; De cœlo et mundo; De generatione et corruptione; De meteoris et De anima; De sacrificio Missæ; De sacramento Eucharistiæ; Paradisus animæ; De adhærendo Deo; De alchimia.*

CCIII.

« Je dois commencer cet examen par un hommage de respect et de reconnaissance au fondateur de l'école écossaise, qui a rendu à la science les services les plus éminents. En effet, le sensualisme n'est pas le seul danger que coure la dignité de la raison humaine. Quelles que soient la ténacité de ce système et son obstination à toujours renaître, il est facilement vaincu; et, avec un degré d'attention médiocre, on peut se convaincre que la sensation et la réflexion sur la sensation ne suffisent pas pour expliquer la raison, même en admettant la spiritualité et l'activité du principe pensant. Locke et Condillac ont eu, il est vrai, une influence considérable; pendant plus d'un demi-siècle, ils ont exercé une sorte d'empire sur la pensée. Mais ce sont des colosses aux pieds d'argile. Un coup léger suffit pour les renverser de leur piédestal. Un danger peut-être plus redoutable que celui du sensualisme se trouvait dans une fausse théorie des idées, qui conduisait à l'idéalisme et au scepticisme, et que Reid a eu la gloire de discréditer et de ruiner. Je veux parler de la théorie des intermédiaires. Si vous avez parcouru les œuvres du sage d'Edimbourg et les précieux fragments de M. Royer-Collard, qu'une main heureuse y a insérés, vous vous souvenez que la théorie des intermédiaires y est sans cesse poursuivie, sans cesse combattue. Il faut applaudir à cette bonne guerre. Mais c'est un grand malheur de voir des esprits aussi éminents, aussi graves que Reid et l'illustre Royer-Collard, confondre la véritable théorie des idées avec celle des intermédiaires; on s'étonne qu'ils aient cru ruiner l'une dans l'autre, et qu'ils aient abouti à cette conclusion : « Il n'y a pas d'idées, ou les idées ne sont que des conceptions de notre esprit. » Cette théorie, qui fait considérer les idées comme purement subjectives, est entièrement opposée aux principes que nous professons, aux doctrines qui ont eu, jusqu'ici, notre assentiment. D'un autre côté, les noms de Reid et de M. Royer-Collard pouvant former un préjugé redoutable contre ces mêmes doctrines, il nous importe beaucoup de soumettre à un examen sérieux ce nouveau système.

« Qu'est-ce d'abord que la théorie des intermédiaires? Déjà nous avons eu occasion d'en parler et même de l'expliquer. Des philosophes ont pensé que les objets de la nature envoyaient à nos sens des émanations subtiles, qui reproduisaient leurs contours et leurs formes, et étaient comme des fantômes représentatifs des objets. Ces fantômes, après plusieurs épurations et transformations, devenaient l'objet immédiat de la pensée, qui, par leur intermédiaire, arrivait à la connaissance du monde extérieur.

« L'origine de ces fantômes remonte à Démocrite. Entendus dans le sens d'une émancipation corpusculaire, ils ont été faussement attibués à Aristote et à saint Thomas; mais, comme images, ils ont joué un très-grand rôle dans la philosophie du moyen âge et dans celle des écoles. Descartes a voulu les bannir de la science. Mais Reid et M. Royer-Collard ne veulent pas reconnaître ce service qu'il a rendu à la bonne phi-

losophie, et ils prétendent qu'il n'a fait que spiritualiser les fantômes et les remplacer par les idées-images. Peut-être que Descartes n'est pas toujours resté constant avec lui-même; peut-être qu'il a trop accordé encore au préjugé qu'il voulait combattre. Quoi qu'il en soit, il y a bien loin de la théorie des idées-images à la vraie théorie des idées intellectuelles et objectives professée par Malebranche, Fénelon, Bossuet, Leibnitz, après saint Augustin et Platon. La théorie des intermédiaires, comme explication de notre perception du monde externe, peut être entièrement chimérique et fausse, sans qu'il en résulte rien contre la haute doctrine des idées et des principes nécessaires, absolus, immuables, véritable lumière de l'esprit. Eh bien! ce sont ces deux choses si différentes que semblent presque toujours confondre dans une même réprobation et Reid et M. Royer-Collard.

« D'abord Reid, et à sa suite M Royer-Collard, attribuent la théorie des intermédiaires à tous les philosophes qui les ont précédés, sans exception. Cette assertion, pour être exacte, aurait besoin de plusieurs distinctions importantes. Mais, du moins, elle s'applique avec rigueur à Locke et à son disciple Condillac. Il est certain que ces derniers ont enseigné que nous n'apercevons pas les objets extérieurs en eux-mêmes, et que notre connaissance ne roule que sur nos pensées et nos idées. « Il est évident », dit Locke, « que l'esprit ne connaît pas les « choses immédiatement, mais seulement « par l'entremise des idées qu'il en a; et « que, par conséquent, notre connaissance « n'est réelle qu'autant qu'il y a conformité « entre nos idées et la réalité des choses. »

Et que sont les idées pour Locke? « Comme « ce terme d'*idées* est, ce me semble, le plus « propre qu'on puisse employer pour signi- « fier tout ce qui est l'objet de notre en- « tendement quand nous pensons, je m'en « suis servi pour exprimer tout ce qu'on « entend par fantôme, notion, espèce, ou « quoi que ce puisse être qui occupe notre « esprit quand il pense. » (*Ibid.*)

« Condillac reproduit la pensée de son maître, et il débute ainsi dans son livre sur l'*Origine des connaissances humaines :* « Soit « que nous nous élevions dans les cieux, « soit que nous descendions dans les abî- « mes, nous ne sortons jamais de nous-mê- « mes, et c'est toujours notre propre pen- « sée que nous apercevons. »

« Il est donc incontestable qu'une école moderne a prétendu que nous n'apercevons aucun objet matériel qu'à travers l'intermédiaire de certaines idées-images. Cette théorie, longtemps en honneur dans les écoles, cette théorie reproduite, comme nous venons de le voir, par Locke et ses disciples, est aussi fausse que dangereuse; Reid et M. Royer-Collard ont bien fait d'en débarrasser l'esprit humain. »

Ici encore, nous ne pouvons être de l'avis de M. Maret.

Suivant lui, il y a une théorie des idées intermédiaires, qui aurait régné dans le moyen âge, puis aurait été reprise par Locke et ses disciples; cette théorie est fondée sur une analogie grossière empruntée à la conception du mouvement physique. Elle est radicalement différente, quoi qu'en aient dit Reid et Royer-Collard, de celle de saint Augustin et de Malebranche; mais à part cette observation importante, M. Maret raisonne sur ce sujet comme les philosophes de l'école écossaise.

A mes yeux, le judicieux écrivain se trompe sur les origines qu'il assigne à la théorie des idées intermédiaires et l'assimilation qu'il établit entre la doctrine des scolastiques, et celle de Locke est tout à fait chimérique.

Aristote et les scolastiques admettent-ils des intermédiaires entre l'âme et son objet? Il est permis de répondre affirmativement à cette question. Mais pourquoi les admettent-ils? C'est qu'ils supposent que l'*essence* des objets est visible; or, cette supposition faite, il faut ou bien que cette *essence* se révèle à nous par une image qu'elle nous envoie et qui la représente, ou bien que nous la voyons dans l'entendement divin. En ce sens, on peut dire que tous les anciens, soit les platoniciens, soit les péripatéticiens, ont cru à des intermédiaires, seulement ces intermédiaires sont fort différents dans les deux systèmes, et c'est en cela que M. Maret a raison de protester contre Reid et Royer-Collard.

Ajoutons que c'est précisément parce que la nécessité des intermédiaires tient dans l'idéologie ancienne et scolastique à la possibilité prétendue de voir l'essence des objets extérieurs, que les *intermédiaires* scolastiques ne reparaissent plus après Descartes. M. Maret a raison, lorsqu'il déclare que les *idées* de Malebranche n'ont rien de commun avec les *fantômes* de saint Thomas et d'Aristote; mais il a tort, lorsqu'il assimile ces fantômes et les idées de Locke et de Condillac.

Les idées de Locke, celles surtout de Condillac, ne représentent en aucune façon la nature ou l'essence des objets extérieurs; elles sont de simples manières d'être de notre âme et qui n'ont rien de *représentatif*. C'est même en ce sens qu'il faut interpréter la phrase très-caractéristique de Condillac citée par M. l'abbé Maret.

Le système idéologique de Condillac et celui d'Aristote sont donc l'antithèse l'un de l'autre sur la question des intermédiaires.

Reid et Royer-Colard n'ont rien compris à la scolastique, et M. l'abbé Maret s'est quelque peu laissé égarer sur leurs traces.

CCIV.

Nous avons signalé plus d'un rapport entre la doctrine de Scot et celle de Descartes; en voici un très-important qu'on ne saurait négliger. Suivant Descartes, comme suivant Scot, les raisons éternelles des choses semblent perdre leur caractère invariable. L'origine d'une pareille erreur aurait dû

être étudiée plus qu'on ne l'a fait jusqu'ici. Au fond les *raisons* éternelles des choses nous sont voilées, et quand nous voulons en parler, nous les confondons soit avec leur possibilité logique, qui est éternelle et alors on aboutit au système de la matière éternelle et de l'éternelle *forme*, ou bien nous les confondons avec la constitution même des substances qui est un résultat de la volonté divine. Saint Thomas inclinait vers la première erreur, Scot vers la seconde ; dans le cartésianisme, Malebranche eut les mêmes tendances que saint Thomas, et Descartes les mêmes que Scot.

CCV.

« Utraque igitur theologo necessaria est, et auctoritas et ratio. » (Melchior Canus, *De locis theologicis*, lib. I, c. 2.)

La nécessité de la *raison* dans la théologie elle-même est soutenue par Canus, contre les disciples de Luther et de Calvin.

CCVI.

« Aristoteles, Apuleius, Cicero, Porphyrius, Boethius, Augustinus, ut Euderaium, Alexandrum, Theophrastum et alios expositores taceam (quorum tamen celebris gloria est) omnes artes hujus, velut triumphatricis, inter alios grandi præconio crescere vexillum. Sed cum singuli suis meritis splendeant, omnes se Aristotelis adorare vestigia gloriantur : adeo quidem, ut commune omnium philosophorum nomen præeminentia quodam sibi proprium sensit. » (Jean de Salisbury; *Metalog.*, lib. II, c. 16.)

CCVII.

L'hæccéité de Scot n'est ni la forme, ni une forme.

Quelques expressions de Scot sont un peu obscures à cet égard. Par exemple, il dit, en parlant de l'hæccéité : *Ista nunquam sumitur. A forma addita, sed ab ultima realitate formæ.* (Part. II, dist. 3, quæst. 6, p. 408.)

Mais il ajoute : *Ista autem entitas individuis est primo diversa ab omni entitate quidditativa.* (*Ibid*).

Et plus loin : *Ergo ista entitas non est materia, vel forma.* (*Ibid.*)

M. Hauréau a donc tort de dire que dans Scot « l'individuation vient de la forme. »

CCVIII.

Principe d'individualité; citations d'Albert le Grand sur ce sujet.

« Individuorum multitudo fit omnis per divisionem materiæ. » (*De cœlo*, lib. I, tract. 3, c. 8.)

« Materiæ diversitas non potest esse causa diversitatis formæ, sed contra. » (*Phys.*, lib. VIII, tract. 1, c. 13.)

« Materia non est hæc materia, nisi per hanc formam. » (*De anima*, lib. III, tract. 2, c. 1.)

On peut, sans doute, concilier tous ces textes ; mais au moins on peut affirmer qu'Albert n'a pas pris le soin de les concilier

CCIX.

Scot et son école ; principe individuel, hæccéité.

« Deus est de se et a se hic et singularis : non autem ab extrinseco, ut sunt individua et singularia creata quæ individuantur et singularizantur, per differentias singulares seu hæcceitates ab agente ea individua producente. » (Columb., *Metaph.*, lib. II, quæst. 1, art. 3.)

CCX.

Du principe d'individuation suivant les scolastiques.

Le général et l'universel ne se distinguent que dans le domaine de l'existence ; tout ce qui existe est individuel ; ce qui ne réside que dans la pensée est général. Le général s'individualise en recevant une détermination par l'existence hors de la pensée. Le principe de l'individuation n'est donc autre chose que le fondement de l'existence d'un être, c'est-à-dire de l'activité d'un être présent dans la nature, laquelle ne produit jamais que des individus. (Durand de Saint-Pourçain), *Comment. sur le livre des Sentences.*

« In formis creatis specificis, ut specificæ sunt, ratio individuationis ipsarum, qua determinantur in suppositis, et quæ est ratio constitutiva suppositi, est negatio, qua forma ipsa, quæ ex se est specifica in esse rationis, ut est terminus factionis ; facta est indivisa omnino in supposito, et individualis et singularis privatione omnis divisibilitatis per se et per accidens et a quolibet alio divisa.... Quæ quidem negatio non est simplex, sed duplex, quia est removens ab intra omnem plurificabilitatem et diversitatem et ab extra omnem identitatem. » (Henri de Gand, quodl. 5, quæst. 8.)

L'individuation résulte de la conjonction actuelle de la matière et de la forme, conjonction dans laquelle l'un de ces deux principes s'approprie l'autre. C'est ainsi que plusieurs sceaux s'impriment sur la cire. Où est cependant l'origine de cette alliance? L'individu tient de la forme d'être précisément quelque chose de la matière d'être précisément cela, parce que la matière lui donne sa position dans le temps et dans le lieu. La matière dépend de la forme ; la forme donne à la matière l'acte d'être. La matière dépend de la forme et en reçoit la coordination nécessaire, et quoiqu'elle soit antérieure à celle-ci dans la production ou génération, elle lui est postérieure selon l'accomplissement. (Saint Bonaventure, *Comment. sur le livre des Sent.*, liv. II.)

L'objet propre de l'intelligence est l'essence des choses, leur quiddité, suivant Aristote et saint Thomas : « Materia enim sola est principium individuationis. » (S. Thomas, *De principio individuat.*)

CCXI.

Nous avons souvent parlé de cette fameuse proposition de saint Thomas si vivement discutée par les écoles du moyen âge, que chaque espèce angélique n'est composée que d'un ange, et que les anges ont ainsi une sorte d'infinité métaphysique. D'où il

suivait qu'il y a entre la nature angélique et la nature humaine une sorte de barrière infranchissable. Quelques Dominicains en avaient même conclu que les saints et la Vierge elle-même ne sauraient, même par miracle, arriver jusqu'au premier ciel qui était réservé aux anges. Saint Thomas, malgré le sens théologique dont il était animé et qui fut d'une rectitude merveilleuse, saint Thomas, sans aller jusqu'à ces conséquences offensantes pour la piété, affirmait sur la nature angélique quelques paradoxes que lui arrachait, en dépit de sa sagesse, la logique péripatéticienne; son école le soutint sur ce périlleux chapitre, sauf Suarez, qui l'abandonne d'ailleurs assez souvent.

Citons les propres paroles de saint Thomas et de son commentateur. Nous les extrayons de la *Somme contre les gentils.*

QUOD SUBSTANTIÆ SEPARATÆ NON SUNT MULTÆ UNIUS SPECIEI. (Cap. 93.)

1° *Ex his autem quæ de istis substantiis præmissa sunt, ostendi potest quod non sunt plures substantiæ separatæ unius speciei.*

Ostensum est enim supra quod substantiæ separatæ sunt quædam quidditates subsistentes : species autem rei est quam signat definitio, quæ est signum quidditatis rei; unde quidditates subsistentes sunt species subsistentes. Plures ergo substantiæ separatæ esse non possunt non nisi sint plures species.

2° *Adhuc, quæcunque sunt idem specie, differentia autem numero, habent materiam : differentia autem quæ ex forma procedit, inducit diversitatem speciei : quæ autem est ex materia, inducit diversitatem secundum numerum. Substantiæ autem separatæ non habent omnino materiam, neque quæ sit pars earum, neque cui uniatur ut formæ : impossibile est igitur quod sint plures unius speciei.*

3° *Amplius : Ad hoc sunt plura individua in una specie in rebus corruptibilibus, ut natura speciei quæ non potest perpetuo conservari in uno individuo, conservetur in pluribus. Unde etiam in corporibus incorruptibilibus non est nisi unum individuum in una specie. Substantiæ autem separatæ natura potest conservari in uno individuo, eo quod sunt incorruptibiles, ut supra ostensum est. Non igitur oportet esse plura individua in illis substantiis ejusdem speciei.*

4° *Item, id quod est speciei in unoquoque dignius est eo quod est individuationis principium præter rationem speciei exsistens : multiplicatio igitur specierum plus addit nobilitatis et perfectionis universo, quam multiplicatio individuorum in una specie; perfectio autem universi maxime consistit in substantiis separatis, magis igitur competit ad perfectionem universi quod sint plures secundum speciem diversæ, quam quod sint multæ secundum numerum in eadem specie.*

5° *Præterea substantiæ separatæ sunt perfectiores, quam corpora cœlestia : sed in corporibus cœlestibus propter eorum perfectionem non invenitur nisi unum individuum unius speciei : tum quia unumquodque eorum constat ex tota materia suæ speciei, tum quia in uno individuo est perfecte virtus speciei ad complendum illud in universo ad quod sua species ordinatur : sicut præcipue patet in sole et luna. Multo igitur magis in substantiis separatis non invenitur nisi unum individuum in una specie.*

COMMENTAIRE.

« Cum ostensum sit substantias separatas esse in magna multitudine, quia de ratione multitudinis est distinctio, restat ostendendum quo modo inter se tales substantiæ distinguantur. Circa hoc autem duo facit sanctus Thomas. Primo ostendit omnes inter se specifice distingui. Secundo ostendit unde genus et species in ipsis sumantur cap. 95. Circa primum duo facit : primo probat intentum ; secundo infert unum corollarium capite sequenti. Quantum ad primum probatur non esse plures substantias separatas unius speciei et primo sic : Substantiæ separatæ sunt quidditates subsistentes, ergo non possunt esse plures nisi sint plures species. Probatur consequentia, quia quidditates subsistentes sunt species : quod patet, quia species est quam significat definitio quæ est signum quidditatis rei.

« Attendendum hic, quod nomine quidditatis subsistentis intelligit sanctus Thomas quidditatem non receptam in aliqua materia individuali, sed exsistentem per se absque omni susceptivo ; talis autem quidditas sic abstracta non potest esse nisi una, quantumcunque etiam sit materialis, ut dicitur de spiritu art. 8, sicut si esset albedo ab omni subjecto separata, esset tantum una : et similiter humanitas, si esset præter omnia supposita exsistens. Unde et Plato ponens universalia separata, posuit speciem unam separatam non habere diversitatem individuorum, sed esse tantum unam. Hujus autem ratio est, quia forma non habet numeraliter distingui nisi ex susceptivo, ideo remoto susceptivo removetur distinctio numeralis ipsi, et sic remanet tantum una. Et hoc est hujusmodi rationis fundamentum.

« Secundo. Substantiæ separatæ non habent omnino materiam neque quæ sit pars earum, neque cui uniantur ut formæ, ergo, etc. Probatur consequentia, quia quæcunque sunt idem specie, differentia vero numero, habent materiam. Nam differentia quæ ex forma procedit, inducit diversitatem speciei, quæ autem est ex materia, inducit diversitatem secundum numerum.

« Adverte quod ratio hæc sumpta est ex Aristotele, XII *Metaphysicæ*, textu 49; per hanc enim probat Aristoteles juxta sanctum Thomam interpretationem, primum principium immobile esse tantum unum ; nomine autem materiæ non accipitur ab Aristotele et sancto Thoma omne susceptivum indifferenter, ut quidam male interpretantur, ut apparet textum Aristotelis et sancti Thomæ diligenter intuenti, sed accipitur materia proprie dicta quæ est pura potentia, in genere substantiæ. Non enim hic sermo est de differentia materiali accidentium, sed substantiarum de quibus etiam loco allegato loqui-

tur Aristoteles. In iis enim verum est quod si sint substantiæ per se subsistentes completæ in specie, et sint plura individua ejusdem speciei, oportet illa habere materiam partem sui, et sic esse composita ex materia et forma. Si autem sint substantiæ non completæ in specie, sed quæ sunt partes speciei, necesse est ut habeant materiam in qua recipiantur et individuentur, ut ex superius dictis apparet. Nec obstat quod sanctus Thomas prima part., quæst. 50, art. 4, dat exemplum de plurificatione albedinis, quam constat plurificari non ex materia proprie dicta quæ est pura potentia, sed ex subjecto quanto, quia non induxit sanctus Thomas illud tanquam exemplum, sed tanquam similitudinem. Voluit enim per simile in aliis probare intentum : nam sicut albedines non multiplicantur nisi ex multiplicatione substantiæ corporalis quæ est susceptivum proprium accidentium materialium, ita substantiæ quæ conveniunt in specie, et differunt numero, non distinguuntur nisi per materiam individualem quæ est proprium susceptivum formarum et naturarum substantialium.

« Attendendum etiam cum dicitur diversitatem, quæ ex forma procedit, inducere diversitatem speciei, quod intelligitur de differentia proveniente ex forma, secundum propriam rationem formæ. Illa enim differentia quæ ex diversis formis diversarum rationum procedit, est specifica, non autem si procedat ex formis materialiter tantum distinctis in una communi ratione convenientibus, sicut duæ animæ intellectivæ sunt distinctæ.

« Ad hanc autem rationem ex Scoto, II *Sentent.* dist. 3, quæst. 7, duo dici possent. Primo, quod Aristoteles idcirco posuit et VII *Metaphysicæ*, text. 41, quod omne non habens materiam componentem, est idem suo quod quid est primo ; et XII *Metaphysicæ* quod talis natura de se est hæc, quia omne tale posuit formaliter necessarium. Cum enim quidquid potest esse in natura formaliter necessaria, sit in ea apud ipsum, et si possent esse plura individua, in ipso esse possent esse infinita, sequeretur tales substantias infinitas esse in actu. Sed fundamentum suæ positionis est falsum, et id quod sequitur ex ipso. Et sic negatur apud Scotum in hac parte Aristotelis.

« Dici secundo posset ad illam propositionem : Differentia quæ ex forma procedit, inducit diversitatem speciei : quod utique est vera, si intelligatur quod differentia talis sit in forma tanquam in prima ratione differendi, sed tunc falsum est differentiam substantiarum separatarum procedere ex forma ; si autem intelligatur quod differentia quæcunque formarum inducat differentiam speciei, illa propositio est falsa. Primum eorum quæ dicit Scotus non est ad mentem Aristotelis quia non idcirco in VII *Metaphysicæ* posuit in non habentibus materiam, unumquodque idem esse suo quod quid est, quia omne tale posuerit formaliter necessarium, sed propter separationem a materia. Unde et in XII *Metaphysicæ* assignat pro ratione quare primum principium immobile non mutiplicatur secundum numerum, quia non habet materiam, ut ibi ex Averrois interpretatione apparet. Unde si volebat Scotus Aristotelem in hac parte negare, videns suam opinionem non posse cum Aristotelis mente tenere, non erat afferenda pro causa negationis falsitas principii, quod ipse pro principio ad illam conclusionem non posuit. Præterea, admisso etiam quod Aristoteles illud pro principio conclusionis assumeret, adhuc responsio non evacuat ejus rationem, quia ostensum est in præcedentibus verum esse id quod Scotus negat, scilicet quod omnis substantia a materia separata est formaliter necessaria, et quod ab intrinseco non potest deficere. Secundum etiam non tollit verum intellectum propositionis sancti Thomæ. Intelligitur enim in primo sensu, in quo ipse Scotus eam concedit. Cum autem subjungitur falsum esse quod differentia substantiarum separatarum ex forma ad illum sensum procedat, dicitur quod illud falsum non est, imo est verissimum. Prima enim ratio distinctionis in ipsis non potest esse materia, aut quantitas, cum sint a quantitate abstractæ et a materia, nec aliqua proprietas absoluta, quia tales proprietates supponunt suum subjectum individuatum et distinctum, imo et per subjectum individuantur et distinguuntur, nec per solas echeitates, ut ipse Scotus ponit, quia inter illas echeitates nulla est oppositio aut ratio incompossibilitatis : nihil autem est ratio distinctionis aliquorum nisi ratione alicujus oppositionis, tum quia individua ejusdem speciei conveniunt in hoc quod est habere echeitatem : illud autem in quo conveniunt duo supposita, non potest esse ratio distinctionis inter illa ; relinquitur ergo quod ratio distinctionis in illis sit forma. Tertio. Substantiæ separatæ natura cum sit incorruptibilis, potest conservari in uno individuo ; ergo non oportet esse plura individua unius speciei : in illis probatur consequentia, quia ad hoc sunt plura individua in una specie in rebus corruptibilibus, ut natura quæ in uno individuo perpetuo conservari non potest, conservetur in pluribus : quod patet hoc signo, quod in corporibus incorruptibilibus non est nisi unum individuum in una specie.

« Ad hanc rationem quæ sumpta est ex secundo *De anima*, text. 34 et 35, respondet Scotus ubi supra ad ultimum : quod licet in corruptibilibus ista sit una causa multiplicationis individuorum in una specie, non tamen est præcisa causa, sed hæc, quia videlicet omnis natura quæ non est de se actus purus potest secundum illam realitatem secundum quam est natura, esse potentialis ad realitatem illam qua est hæc natura : sicut de se non includit aliquam entitatem quasi singularem, ita non repugnant sibi quotcunque tales entitates : et ita potest in quotcunque talibus inveniri. Sed ista responsio Scoti non vadit ad mentem sancti Thomæ. Non enim per hanc rationem concluditur quod non sit possibile esse plura

individua in tali specie, ut existimat Scotus; sed quod non oportet esse plura, ut patet in littera. Procedit enim hæc ratio ex iis quæ apud nos apparent : nam cum videamus species duntaxat corporum corruptibilium, habere plura individua, non autem species incorruptibilium, signum est multiplicationem in illis fieri propter eorum duntaxat corruptibilitatem secundum individua : et ideo cum individuum speciei immaterialis sit incorruptibile, non est opus in illis tali individuorum multiplicatione. Ratio autem, quam adducit Scotus, non potest esse causa multiplicationis in actu individuorum in rebus corruptibilibus quia cum illa causa sit secundum ipsum omnibus quidditatibus tam materialibus quam immaterialibus communis, qua ratione individua in una specie rerum corruptibilium multiplicantur, eadem ratione individua in rebus incorruptibilibus multa essent, posita enim causa necesse est effectum poni : quod cum verum non sit, ut patet de sole et luna, patet, quod illa non est præcisa causa multiplicationis in rebus corruptibilibus, sed magis ea quam de mente Aristotelis tangit sanctus Thomas.

« Quarto, perfectio universi maxime consistit in substantiis separatis, ergo magis competit quod sint plures secundum speciem, quam secundum numerum in eadem specie. Probatur consequentia, quia multiplicatio specierum plus nobilitatis et perfectionis addit universo quam multiplicatio individuorum in una specie : cum quod est speciei in unoquoque dignius sit eo quod est individuationis principium.

« Advertendum quod ista ratio non concluderet de rebus materialibus, licet de rebus immaterialibus concludat : quia res materiales corruptibiles non possunt in uno individuo perpetuari, sicut res immateriales : et ideo quamvis universum perfectius esset pro tunc, si omnes res materiales essent specie distinctæ, ita videlicet quod tot essent specifice distincta quot sunt distincta secundum numerum, non esset tamen simpliciter perfectius : quia continue deficerent aliquæ species, et tandem nullæ essent in ipso species, rerum corruptibilium; sed in rebus immaterialibus permanet unaquæque species in perpetuum, cum sint incorruptibililes, idcirco si multitudo ipsarum non est numeralis tantum, sed specifica, universum simpliciter est perfectius, utpote cujus principalior pars sit in multas species et multos gradus multiplicata, quæ multiplicatio est nobilior multiplicatione numerali in eadem specie.

« Quinto. In corporibus cœlestibus propter eorum perfectionem non invenitur nisi unum individuum unius speciei, tum quia unumquodque eorum constat ex tota materia suæ speciei, tum quia in uno individuo est perfecte virtus speciei ad id ad quod sua species ordinatur, ergo hoc multo magis est in substantiis intellectualibus quæ sunt perfectiores.

« Ista ratio sumpta est ex primo *Cœli*, text. 92, usque ad 95 inclusive, sed ad ipsam dicit Scotus, loco præallegato, quod utique sic existimavit Aristoteles de corporibus cœlestibus, quia voluit quod tale corpus singulare fuerit ex tota materia suæ speciei tam potentiali quam actuali : sed tamen theologi non concordant cum ipso, neque in principio neque in conclusione.

« Ad hoc dicendum primo, quod non procedit hæc ratio ad probandum non posse esse plures substantias intellectuales in eadem specie, tanquam scilicet implicet contradictionem, quia hoc non est de mente sancti Thomæ, ut haberi potest ex tractatu contra Averroistas, ubi solvendo rationem qua arguebatur Deum non posse multiplicare intellectus, tanquam illud contradictionem implicet, dicit quod quamvis intellectus non haberet naturalem causam multiplicationis, posset tamen sortiri multiplicationem ex supernaturali causa, nec esset implicatio contradictionis. Puto enim secundum mentem ejus tenendum esse per divinam potentiam absolute posse esse plures angelos ejusdem speciei etiam stante hoc ordine universi : et fortassis de facto sunt in una specie plures, licet nobis causa distinctionis eorum non sit manifesta. Quod autem aliquando (ut hic in aliquibus rationibus, et in I part., quæst. 50, art. 4) dicatur quod hoc est impossibile, interpretari possumus quod est impossibile non simpliciter, sed quantum ad modos multiplicationis nobis notos, et quantum ad modum multiplicationis numeralis nobis ab Aristotele *Metaphysicæ* traditum. Dicitur secundo, quod procedit hæc ratio ad probandum de facto non esse in substantiis abstractis plura individua unius speciei ex comparatione ad corpora cœlestia, quia sicut in illis propter eorum perfectionem non invenitur nisi unum individuum in una specie, patet in sole et luna, quidquid sit de possibili : ita cum substantiæ separatæ sint perfectiores corporibus cœlestibus, probabile est quod non sit nisi una unius speciei. Responderi secundo potest tenendo quod hæc ratio etiam de impossibilitate procedat, quod non concludit hoc esse simpliciter impossibile, sed quod est impossibile secundum opinionem Aristotelis qui posuit non posse corpora cœlestia propter eorum perfectionem secundum numerum in eadem specie multiplicari. Si enim hoc secundum ejus opinionem in corporibus cœlestibus propter eorum perfectionem inveniatur, multo magis in substantiis separatis quæ perfectiores sunt invenitur, et sic nulla ad hanc rationem est responsio ex verbis Scoti sumpta. Ipse autem Scotus in loco præallegato oppositum hujus conclusionis de possibili loquendo tenuit, et suam opinionem multis rationibus confirmat : sed quia eas plenissime Capreolus in II *Sentent.* dist. 3, quæst. 1, evacuat, et eas et earum solutiones summatim tantum tangemus. Arguit ergo primo : quia omnis quidditas quantum est de se, communicabilis est, cum nec ex perfectione sibi repugnet, nec ex imperfectione.

« Secundo, quia quælibet quidditas potest intelligi sub ratione universalis absque contradictione, quod non esset, si de se esset hæc.

« Tertio, quia potest Deus hunc angelum annihilare, et iterum istam speciem de novo producere in alio individuo, non autem in eodem, secundum illos qui dicunt quoniam homo non posset idem numero resurgere, nisi eadem numero anima intellectiva remaneret.

« Quarto, quia animæ intellectivæ, quæ sunt formæ puræ, distinguuntur numero in eadem specie.

« Quinto, quia secundum Augustinum in *Enchiridio*, cap. 28, inconveniens est quod aliqua species naturæ intellectualis sit tota damnata.

« Sexto, quia unus angelus esset formaliter infinitus, quia esset infinite communicabilis, si communicari posset.

« Ultimo, in quolib. 2, quæst. 2, arguit, quia ista opinio per plures articulos Parisienses est damnata, in quibus dicitur errorem esse quod Deus non possit facere plures intelligentias unius speciei, quia non habent materiam. Item quod Deus non possit multiplicare individua in una specie sine materia. Item quod formæ non recipiunt divisionem nisi secundum materiam.

« Pro solutione harum rationum reducenda sunt ad memoriam ea quæ in præcedentibus de differentia naturæ et suppositi dicta sunt. Ostensum est enim quod cum in rebus immaterialibus natura de se et non per aliquid additum sit hæc et individua, in illis natura et suppositum non differunt per intrinseca, quasi scilicet sint aliqua principia individuantia naturam, quæ sint de ratione suppositi, non autem de ratione naturæ, sed per extrinseca tantum distinguuntur, in quantum illi naturæ conjungitur esse, et alia accidentia quæ non sunt de ratione naturæ, neque de ratione suppositi, sed tamen illa excludit natura et quidditas, suppositum autem non excludit. Gabrielitas enim dicit ea tantum quibus Gabriel est Gabriel, sed hoc Gabriel dicit habens Gabrielitatem : huic autem non repugnat habere aliquid aliud quam Gabrielitatem. Ex hoc sequitur quod natura immaterialis secundum se non est communicabilis neque universalis multis suppositis, quia secundum se est hæc : sicut neque Socrates est communis multis per modum universalis. Unde sicut forma quæ est in subjecto individuatur per hoc quod est in isto subjecto, ita substantia intellectualis individuatur per hoc quod non est nata in aliquo esse, ut dicitur de spiritu creato, art. 8, ad 4, et ita non est in ipsis ex parte rei distinctio universalis et singularis, sed idem est omnino natura et hæc natura. Sed licet ita sit in re, quia tamen intellectus noster non potest quidditates immateriales secundum quod in seipsis sunt, apprehendere, ideo apprehendit eas per modum rerum materialium, apprehendendo per modum abstracti et concreti, et per modum universalis et particularis : apprehendit enim ipsam naturam tanquam essentiam quamdam absolute, quantum ad principia, videlicet essentialia, quomodo apprehendit naturas materiales per abstractionem a principiis individuantibus : et quia natura materialis sic abstracta est universalis, ideo et naturæ immateriali taliter abstractæ non repugnat ex modo considerationis intentionem universalitatis attribui ; apprehendit etiam naturam cum hoc esse, et cum iis accidentibus advenientibus naturæ. Quæ quidem non individuant naturam, cum ipsa secundum se sit hæc, imo magis ex ipsa individuantur : quia tamen natura in rebus materialibus ex particularibus quibusdam accidentibus et materia individuatur, et fit hæc; quo fit ut natura universalis et particularis distinguantur, sicut ea quorum unum addit secundum suam rationem ad alterum : ideo dum intellectus noster apprehendit naturam immaterialem accidentibus particularibus conjunctam, apprehendit ipsam per modum particularis : sicque distinguit in illa natura universale et particulare, ac si illa accidentia naturam individuarent. In hoc autem falsitas non accidit in intellectu, quia iste modus intelligendi se tenet tantum ex parte intellectus, non autem ex parte rei. Non enim oportet ut idem sit modus intelligendi ex parte intellectus, et modus essendi ex parte rei, cum materialia immaterialiter intellectus apprehendat, et composita divisim intelligat. Istis suppositis.

« Ad primam rationem in oppositum negatur assumptum, de communicatione qua universale particularibus communicatur, de qua communicatione est hic sermo : et dicitur quod provenit ex perfectione naturæ immaterialis quod non sit hoc modo communicabilis, ut patet de spiritu, articulo octavo : quia videlicet natura immaterialis est superioris ordinis quam omnia corporalia.

« Ad secundam dicitur, quod assumptum est verum ex parte nostri modi intelligendi, non autem ex parte rei, si intelligeretur secundum quod in se est : ideo secundum nostrum modum intelligendi non repugnat tali naturæ quod sit in multis individuis, repugnat tamen ex parte rei. Unde non est verum quod repugnet naturæ quæ de se est hæc, ut per modum universalis intelligatur quantum est ex modo intelligendi nostro, licet repugnet illi ut sit realiter in multis.

« Ad tertiam dicitur, quod si Deus annihilaret angelum, et eamdem speciem de novo produceret, etiam eumdem angelum numero recrearet. Non enim negamus idem numero posse per divinam potentiam reparari. Quod autem dicitur, quod homo non posset resurgere nisi eadem anima numero remaneret, verum est, non quia non possit Deus animam annihilatam eamdem numero reparare, sed quia si annihilaretur, et postmodum de novo produceretur, non esset proprie hominis resurrectio, sed recreatio nova.

« Ad quartam dicitur, quod non est eadem ratio de anima et de substantiis separatis, quia anima secundum naturam est forma

corporis : ideo secundum commensurationem ad diversa corpora multiplicantur animæ, ut ostensum est diffuse in præcedentibus, substantia autem separata non est forma corporis.

« Ad quintam dicitur, quod non est inconveniens apud sanctum Thomam et Augustinum, quod tota una species intellectualis sit damnata, imo multæ tales species sunt damnatæ. Sed bene inconveniens esset totam naturam angelicam esse damnatam. Loquitur autem Augustinus ut habetur de spiritu, art. 8 ad 1, de natura angelica comparative ad naturam humanam tanquam de una natura, propter unum et eumdem omnium earum ordinem ad beatitudinem. Tota enim natura angelica nata est uno modo ad beatitudinem pervenire, vel ab ea deficere, statim scilicet post primam electionem completam, humana autem natura per decursum temporis.

« Ad sextam dicitur primo quod non inconveniens est naturam unam angelicam esse infinitam secundum quid, scilicet in sua specie. Dicitur secundo, quod una species angelica non continet perfectionem infinitorum individuorum, si ponatur non multiplicata, quia non solum non est nata esse in infinitis individuis, sed nec in duobus.

« Ad ultimam dicitur, primo quod illos articulos revocavit Stephanus Parisiensis episcopus, anno Domini 1325, in quantum tangunt doctrinam sancti Thomæ. Dicitur secundo, quod doctrina sancti Thomæ approbata est per Dominum Urbanum Papam quintum, et Joannem XXII, imo et ab Urbano in extravaganti quæ incipit, *Laudabilis Deus in scientiis suis*, mirifice est commendata tanquam veridica et catholica, imo et mandavit ut eam conaretur totis viribus Tolosana Universitas ampliare : ideo de illis articulis non est nobis curandum. Dicitur tertio, quod illi articuli sunt directe contra doctrinam Commentatoris tenentis non posse intellectus humanos multiplicari secundum numerum propter ejus immaterialitatem. Unde sensus primi articuli est, quod est error dicere, quod quia intelligentiæ non habent materiam, tanquam scilicet partem suæ substantiæ, Deus non posset plures ejusdem speciei facere. Similiter secundus et tertius est intelligendus de materia quæ est pars rei multiplicabilis : vel etiam omnes intelligendi sunt de materia a qua forma secundum esse dependet : nullo autem istorum modorum assignamus nos pro causa immultiplicationis substantiarum separatarum immaterialitatem scilicet non esse ipsas compositas ex materia et forma, aut dependere a materia secundum esse, sed esse eas omnino a materia separatas ; quia videlicet neque sunt compositæ ex materia et forma, neque dependent a materia secundum esse, neque sunt formæ aliquo modo dantes esse materiæ. Dicitur ultimo quod isti articuli ponuntur contra ponentes quod absolutæ divinæ omnipotentiæ repugnat producere plura individua in natura immateriali : nos autem hoc non dicimus ut patuit. Unde dicti articuli non sunt contra mentem sancti Thomæ. »

QUOD SUBSTANTIA SEPARATA ET ANIMA NON SUNT UNIUS SPECIEI. (Cap. 94.)

Ex his autem ulterius ostenditur quod anima non est ejusdem speciei cum substantiis separatis. Major enim est differentia animæ humanæ a substantia separata, quam unius substantiæ separatæ ab alia ; sed substantiæ separatæ omnes ad invicem specie differunt, ut ostensum est : multo igitur magis substantia separata ab anima.

2. *Amplius, unaquæque res habet proprium esse secundum rationem suæ speciei, quorum enim est diversa ratio essendi, horum est diversa species : esse autem animæ humanæ et substantiæ separatæ non est unius rationis. Nam in esse substantiæ separatæ non potest communicare corpus ; sicut potest communicare in esse animæ humanæ, quæ secundum esse unitur corpori, ut forma materiæ. Anima igitur humana differt specie a substantiis separatis.*

3. *Adhuc, quod habet secundum seipsum speciem, non potest esse ejusdem speciei cum eo quod non habet secundum se speciem, sed est pars speciei : substantia autem separata habet per seipsam speciem, anima autem non, sed est pars speciei humanæ. Impossibile est igitur quod anima sit ejusdem speciei cum substantiis separatis : nisi forte homo esset ejusdem speciei cum illis, quod patet esse impossibile.*

4. *Præterea ex propria operatione rei percipitur species, ejus enim operatio demonstrat virtutem quæ indicat essentiam. Propria autem operatio substantiæ separatæ et animæ intellectivæ est intelligere ; est autem omnino alius modus intelligendi substantiæ separatæ et animæ. Nam anima intelligit a phantasmatibus accipiendo : non autem substantia separata : cum non habeat organa corporea in quibus oportet esse phantasmata. Non sunt igitur anima humana et substantia separata unius speciei.*

COMMENTAIRE.

« Ex præmissis deducitur corollarie quod anima non est ejusdem speciei cum substantiis separatis ; et arguitur sic, primo : Major est differentia animæ humanæ a substantia separata, quam unius substantiæ separatæ ab alia, ergo, etc., patet consequentia ex præcedenti capitulo, quia scilicet omnes substantiæ separatæ differunt specie. » (*Voy.* SUAREZ sur ce chapitre.)

CCXII.

Suivant Scot (et c'est en cela qu'il se sépare d'Ockam) l'*hæccéité* ou le principe d'individualité n'est pas le seul au sein de l'être. L'*hæccéité* subsiste à côté de la *quiddité* dans toute substance. Voici l'argument très-fort, à notre avis, sur lequel il s'appuie :

« Si omnis unitas realis est numeralis, ergo omnis diversitas realis est numeralis : sed consequens est falsum : quia omnis diversitas numeralis, in quantum numeralis, est

æqualis et ita omnia essent *æque* distincta : et tunc sequitur quod non plus potest intellectus a Socrate et Platone aliquod commune quam a Socrate et linea. » (Dist. 2, quæst. 3, art. 1.)

CCXIII.

Scot et Leibnitz ; rapport des formalités et de l'hæccéité.

« Si non datur distinctio formalis, venit hæcceitas.» (Leibn., *De principio individui*, edit. Erdm., I, 5.)

CCXIV.

Idées politiques de Jean de Salisbury.

Jean de Salisbury veut prouver dans sa lettre au seigneur d'Oxford que l'évêque de Cantorbéry a eu raison de s'opposer au roi d'Angleterre.

« Dicis enim quia non est pro libertate Ecclesiædecertandum. Sed fallax et falsa hypocrisis quo progrederis. Quid hæreses moliris et schismata ? Nonne ab initio nascentis legis ad libertatem Dei vocatus est populus ?... Sed quid pauca et parva proponuntur exempla ? Scriptura fere tota, quæ in historiis digesta est, talibus virorum illustrium referta est monimentis. Duæ autem causæ sunt quas homines affectuosissime tuentur et quas præponunt animabus suis : altera libertatis ; altera fidei et religionis. » (Joan. Saresb. Oxoniensi domino, 186e lettre, apud Macæum Ruette, Parisiis 1611.)

CCXV.

« Doctor subtilis (4, dist. 44, quæst. 1) commemorat opinionem Magistri Sententiarum (2, dist. 30) *ejusque fratris*, puta, auctoris *Historiæ scolasticæ*, c. 37 ; et Hugonis Victorini. (tract. *De sacram.*) suspicantium, » etc. (Colombus, p.634.)

Quel est cet historien, frère du Lombard ?

CCXVI.

Saint Thomas et Alexandre de Halès

« De quo fertur respondisse D. Thomas. Dum inquireretur ab eo, quis esset optimus modus studendi theologiæ, respondet exercere se in uno doctore præcipue : dum ultra peteretur quis esset talis doctor : Alexander Alensis. » (*Annales Minorum*, t. III, p. 134.)

« Testantur scripta ejusdem sancti Thomæ, maxime secunda secundæ, quam intimam sibi fecerat et familiarem, propter illum, quem laudabat doctorem Alexandrum. » (Gerson, cité par Wading.)

CCXVII.

Citation qui établit le demi-nominalisme de Malebranche, et l'erreur qu'il y a à confondre le nominalisme et le sensualisme.

« Mais, comme nous avons déjà dit dans le chapitre précédent, l'attention fatigue beaucoup l'esprit. Il se lasse bientôt de résister à l'impression des sens qui le détourne de son objet, et qui l'emporte vers d'autres, que l'amour qu'il a pour son corps lui rend agréables. Il est extrêmement borné, et ainsi les différences qui sont entre les sujets qu'il examine étant infinies ou presque infinies, il n'est pas capable de les distinguer. L'esprit suppose donc des ressemblances imaginaires, où il ne remarque pas de différences positives et réelles ; les idées de ressemblance lui étant plus présentes, plus familières et plus simples que les autres. Car il est visible que la ressemblance ne renferme qu'un rapport, et qu'il ne faut qu'une seule idée pour juger que mille choses sont semblables ; au lieu que, pour juger sans crainte de se tromper, que mille objets sont différents entre eux, il est absolument nécessaire d'avoir présentes à l'esprit mille idées différentes.

« Les hommes s'imaginent donc que les choses de différente nature sont de même nature ; et que toutes les choses de même espèce ne diffèrent presque point les unes des autres. Ils jugent que les choses inégales sont égales ; que celles qui sont inconstantes sont constantes ; et que celles qui sont sans ordre et sans proportion, sont très-ordonnées et très-proportionnées. En un mot, ils croient souvent que les choses différentes en nature, en qualité, en étendue, en durée et en proportion, sont semblables en toutes ces choses. Mais cela mérite d'être expliqué plus au long par quelques exemples, parce que c'est la cause d'un nombre infini d'erreurs.

« L'esprit et le corps, la substance qui pense et celle qui est étendue, sont deux genres d'êtres tout à fait différents et entièrement opposés ; ce qui convient à l'un ne peut convenir à l'autre. Cependant la plupart des hommes, faisant peu d'attention aux propriétés de la pensée, et étant continuellement touchés par les corps, ont regardé l'âme et le corps comme une seule et même chose ; ils ont imaginé de la ressemblance entre deux choses si différentes, ils ont voulu que l'âme fût matérielle, c'est-à-dire étendue dans tout le corps, et figurée comme le corps : ils ont attribué à l'esprit ce qui ne peut convenir qu'au corps.

« De plus, les hommes sentant du plaisir, de la douleur, des odeurs, des saveurs, etc., et leur corps leur étant plus présent que leur âme même, c'est-à-dire s'imaginant facilement leur corps, et ne pouvant imaginer leur âme, il lui ont attribué les facultés de sentir, d'imaginer, et quelquefois même de concevoir, qui ne peuvent appartenir qu'à l'âme. Mais les exemples suivants seront plus sensibles.

« Il est certain que tous les corps naturels, ceux-là même que l'on appelle de même espèce, diffèrent les uns des autres ; que de l'or n'est pas tout à fait semblable à de l'or, et qu'une goutte d'eau est différente d'une autre goutte d'eau : il en est de tous les corps de même espèce, comme des visages. Tous les visages ont deux yeux, un nez, une bouche, etc., ce sont tous des visages, et des visages d'hommes ; et cependant on peut dire qu'il n'y en eut jamais

deux tout à fait semblables. De même un morceau d'or a des parties fort semblables à un autre morceau d'or, et une goutte d'eau a assurément beaucoup de ressemblance avec une autre goutte d'eau : néanmoins on peut assurer que l'on n'en peut pas donner deux gouttes, fussent-elles prises de la même rivière, qui se ressemblent entièrement. Toutefois les philosophes supposent, sans réflexion, des ressemblances essentielles entre les corps de même espèce, ou des ressemblances qui consistent dans l'indivisible : car les essences des choses consistent dans un indivisible, selon leur fausse opinion.

« La raison pour laquelle ils tombent dans une erreur si grossière, c'est qu'ils ne veulent pas considérer avec quelque soin les choses sur lesquelles cependant ils composent de gros volumes. Car, de même qu'on ne met pas une parfaite ressemblance entre les visages, parce que l'on a soin de les regarder de près, et que l'habitude qu'on a prise de les distinguer fait que l'on en remarque les plus petites différences : ainsi, si les philosophes considéraient la nature avec quelque attention, ils reconnaîtraient assez de causes de diversités dans les choses mêmes qui nous causent les mêmes sensations, et que nous appelons pour cela de même espèce ; et ils n'y supposeraient pas facilement des ressemblances essentielles. Des aveugles auraient tort s'ils supposaient une ressemblance essentielle entre les visages, qui consistât dans l'indivisible, à cause qu'ils n'en aperçoivent pas sensiblement les différences. Les philosophes ne doivent donc pas supposer de telles ressemblances dans les corps de même espèce, à cause qu'ils n'y remarquent point de différences.

« L'inclination que nous avons à supposer de la ressemblance dans les choses, nous porte encore à croire qu'il y a un nombre déterminé de différences et de formes, et que ces formes ne sont point capables de plus et de moins. Nous pensons que tous les corps diffèrent les uns des autres comme par degrés ; que ces degrés même gardent de certaines proportions entre eux ; en un mot, nous jugeons des choses matérielles comme des nombres.

« Il est clair que cela vient de ce que l'esprit se perd dans les rapports des choses les plus incommensurables, comme sont les différences infinies qui se trouvent dans les corps naturels ; et qu'il se soulage quand il imagine quelque proportion entre elles, parce qu'alors il se représente plusieurs choses avec une très-grande facilité. Car, comme j'ai déjà dit, il ne faut qu'une idée pour juger que plusieurs choses se ressemblent, et il en faut plusieurs pour juger qu'elles diffèrent entre elles. Par exemple, si l'on sait le nombre des anges, et que pour chaque ange il y ait dix archanges, et que pour chaque archange il y ait dix Trônes, et ainsi de suite, en gardant la même proportion d'un à dix jusqu'au dernier ordre des intelligences, l'esprit peut savoir, quand il voudra, le nombre de ces esprits bienheureux, et même en juger à peu près tout d'une vue en y faisant une forte attention, ce qui lui plaît infiniment. Et c'est ce qui peut avoir porté quelques personnes à juger ainsi du nombre des esprits célestes : comme il est arrivé à quelques philosophes qui ont mis une proportion décuple de pesanteur et de légèreté entre les éléments, supposant le feu dix fois plus léger que l'air, ainsi des autres.

« Quand l'esprit se trouve obligé d'admettre des différences entre les corps par les différentes sensations qu'il en a, et encore par quelques autres raisons particulières, il n'en met toujours que le moins qu'il peut. C'est par cette raison qu'il se persuade facilement que les essences des choses consistent dans l'indivisible, et qu'elles sont semblables aux nombres, comme nous venons de dire ; parce qu'alors il ne lui faut qu'une idée pour se représenter tous les corps qu'ils appellent de même espèce. Si on met, par exemple, un verre d'eau dans un muid de vin, les philosophes veulent que l'essence du vin demeure toujours la même, et que l'eau soit convertie en vin. Que de même qu'entre trois et quatre il ne peut y avoir de nombre puisque la véritable unité est indivisible, qu'ainsi il est nécessaire que l'eau soit convertie en la nature et en l'essence du vin, ou que le vin perde sa nature. Que de même que tous les nombres de quatre sont tout à fait semblables ; qu'ainsi l'essence de l'eau est tout à fait semblable dans toutes les eaux. Que comme le nombre de trois diffère essentiellement du nombre de deux, et qu'il ne peut avoir les mêmes propriétés que lui ; qu'ainsi deux corps de différente espèce diffèrent essentiellement, et d'une telle manière, qu'ils n'ont jamais les mêmes propriétés qui viennent de l'essence, et d'autres semblables. Cependant, si les hommes considéraient les véritables idées des choses avec quelque attention, ils découvriraient bientôt que tous les corps étant étendus, leur nature ou leur essence n'a rien de semblable aux nombres, et qu'elle ne peut consister dans l'indivisible. »

CCXVIII.

Que les savants qui travaillèrent à la rénovation des sciences, ne se sont point placés purement et simplement pour cette rénovation à un point de vue expérimental, et surtout à un point de vue expérimental qui aurait consisté à bannir la métaphysique.

De ceux qui font des expériences.

« Il semble à propos de dire ici quelque chose des chimistes, et généralement de tous ceux qui emploient leur temps à faire des expériences. Ce sont des gens qui cherchent la vérité : on suit ordinairement leurs opinions sans les examiner. Ainsi leurs erreurs sont d'autant plus dangereuses, qu'ils les communiquent aux autres avec plus de facilité.

« Il vaut mieux sans doute étudier la nature que les livres; les expériences visibles et sensibles prouvent certainement beaucoup plus que les raisonnements des hommes; et on ne peut trouver à redire que ceux qui sont engagés par leur condition à l'étude de la physique, tâchent de s'y rendre habiles par des expériences continuelles, pourvu qu'ils s'appliquent encore davantage aux sciences qui leur sont encore plus nécessaires. On ne blâme donc point la philosophie expérimentale, ni ceux qui la cultivent, mais seulement leurs défauts.

« Le premier est que, pour l'ordinaire, ce n'est point la lumière de la raison qui les conduit dans l'ordre de leurs expériences, ce n'est que le hasard : ce qui fait qu'ils n'en deviennent guère plus éclairés ni plus savants, après y avoir employé beaucoup de temps et de bien.

« Le second est, qu'ils s'arrêtent plutôt à des expériences curieuses et extraordinaires, qu'à celles qui sont les plus communes. Cependant il est visible que les plus communes étant les plus simples il faut s'y arrêter d'abord avant que de s'appliquer à celles qui sont plus composées, et qui dépendent d'un plus grand nombre de causes.

« Le troisième est qu'ils cherchent avec ardeur et avec assez de soin les expériences qui apportent du profit, et qu'ils négligent celles qui ne servent qu'à éclairer l'esprit.

« Le quatrième est, qu'ils ne remarquent pas avec assez d'exactitude toutes les circonstances particulières, comme du temps, du lieu, de la qualité des drogues dont ils se servent, quoique la moindre de ces circonstances soit quelquefois capable d'empêcher l'effet qu'on espère. Car il faut observer que tous les termes dont les physiciens se servent, sont équivoques, et que le mot de vin, par exemple, signifie autant de choses différentes, qu'il y a de différents terroirs, de différentes saisons, de différentes manières de faire le vin et de le garder. De sorte qu'on peut même dire en général, qu'il n'y en a pas deux tonneaux tout à fait semblables; et qu'ainsi, quand un physicien dit, pour faire telle expérience prenez du vin, on ne sait que très-confusément ce qu'il veut dire. C'est pourquoi il faut user d'une très-grande circonspection dans les expériences, et ne descendre point aux composées, que lorsqu'on a bien connu la raison des plus simples et des plus ordinaires.

« Le cinquième est que, d'une seule expérience, ils en tirent trop de conséquences. Il faut au contraire presque toujours plusieurs expériences pour bien conclure une seule chose, quoiqu'une seule expérience puisse aider à tirer diverses conclusions.

« Enfin, la plupart des physiciens et des chimistes ne considèrent que les effets particuliers de la nature ; ils ne remontent jamais aux premières notions des choses qui composent les corps. Cependant il est indubitable, qu'on ne peut connaître clairement et distinctement les choses particulières de la physique, si on ne possède bien ce qu'il y a de plus général, et si on ne s'élève jusqu'au métaphysique. Enfin ils manquent souvent de courage et de constance, ils se lassent à cause de la fatigue et de la dépense. Il y a encore beaucoup d'autres défauts dans les personnes dont nous venons de parler; mais on ne prétend pas tout dire.

«Les causes des fautes qu'on a remarquées sont le peu d'application, les propriétés de l'imagination, expliquées dans le chapitre 5 de la première partie de ce livre, et dans le chapitre 2 de celle-ci, et surtout de ce qu'on ne juge de la différence des corps et du changement qui leur arrive, que par les sensations qu'on en a, selon ce qu'on a expliqué dans le premier livre. » (MALEBRANCHE, *Recherche de la vérité.*)

CCXIX.

Opinion de Leibnitz sur les rapports de la physique et de la métaphysique.

« Et quant aux connaissances générales touchant les corps, on en ajoute d'assez considérables à celles qu'Aristote avait laissées ; et l'on doit dire que la physique, même la générale, est devenue bien plus réelle qu'elle n'était auparavant. Et quant à la métaphysique réelle, nous commençons quasi à l'établir, et nous trouvons des vérités importantes, fondées en raison et confirmées par l'expérience, qui appartiennent aux substances en général. J'espère aussi d'avoir avancé un peu la connaissance générale de l'âme et des esprits. Une telle métaphysique est ce qu'Aristote demandait ; c'est la science qui s'appelle chez lui ζητουμένη, la *désirée*, ou qu'il cherchait, qui doit être à l'égard des autres sciences théorétiques ce que la science de la félicité est aux arts dont elle a besoin, et ce que l'architecte est aux ouvriers. C'est pourquoi Aristote disait que les autres sciences dépendent de la métaphysique comme de la plus générale, et en devraient emprunter les principes démontrés chez elle. Aussi faut-il savoir que la vraie morale est à la métaphysique ce que la pratique est à la théorie, parce que de la doctrine des substances en commun dépend la connaissance des esprits, et particulièrement de Dieu et de l'âme, qui donne une juste étendue à la justice et à la vertu. Car, comme j'ai remarqué ailleurs, s'il n'y avait ni Providence, ni vie future, le sage serait plus borné dans les pratiques de la vertu : car il ne rapporterait tout qu'à son contentement présent; et même ce contentement, qui paraît déjà chez Socrate, chez l'empereur Marc-Antonin, chez Epictète et autres anciens, ne serait pas si bien fondé toujours sans ces belles et grandes vues que l'ordre et l'harmonie de l'univers nous ouvrent jusque dans un avenir sans bornes ; autrement la tranquillité de l'âme ne sera que ce qu'on appelle patience par force : de sorte qu'on peut dire que la *théologie naturelle*, comprenant deux parties, la théorétique et la pratique, contient tout à la fois la métaphysique réelle et la morale la plus parfaite.

CCXX.

Démonstration platonicienne de l'existence de Dieu.

« ... Aliquid esse bonum cum cuncta bona per unum aliquid sunt bona quod et bonum per seipsum. (S. Anselm., *Monologion*, c. 2.)

« Certissimum est.... quia quæcunque dicuntur aliquid ita ut ad invicem magis at minus aut æqualiter dicantur, per aliud dicuntur quod non aliud et aliud, sed idem intelligitur in divinis sive in illis æqualiter sive inæqualiter consideretur. »

Distinction de ce qui a la qualité par soi ou par autrui; distinction, par exemple, non platonicienne. (*Ibid.*, c. 1.)

« Omne namque justum est per justitiam... ipsa summa natura non est justa nisi per justitiam.... Si igitur non est justa nisi per justitiam, nec summa potest esse nisi per se...eadem natura est ipsa justitia et cum justa per se dicitur non aliud intelligitur quam per justitiam.... non intelligitur justus homo exsistens justitia, sed habens justitiam.... Cum igitur summa natura non proprie dicitur justa quia habet justitiam, sed exsistit justitia,... cum dicitur justa, non dicitur qualis sit, sed quid sit. » (*Ibid.*, c. 15.)

« Summam autem veritatem non negabis esse rectitudinem?.... Nec ulla ratione est quod est nisi quia est.... Vides etiam quomodo ista rectitudo sit omnium aliarum veritatum et nihil sit causa illius.... Vides in quibusdam aliis esse tantum effecta, et cum veritas, quæ est in rerum exsistentia, sit effectum summæ veritatis, ipsa quidem causa est veritatis quæ cogitationis est et ejus quæ est in propositione, et istæ duæ veritates nullius sunt causæ veritatis. » (*De veritate*, c. 8.)

« Veritas est rectitudo sola mente perceptibilis. » (*Ibid.*)

« Invicem se definiunt et justitia et rectitudo et veritas : justitia est rectitudo voluntatis propter se servata. »

CCXXI.

Saint Anselme distingue trois espèces de causes.

« Quod enim dicitur esse per aliquid videtur esse aut per efficiens, aut per materiam, aut per aliquid aliud adjumentum vel instrumentum. » (*Monolog.*, c. 5.)

« Ergo summa essentia et summe esse et summe entis, id est summe exsistens sive summe subsistens non sibi dissimiliter conveniet quam lux et lucere et lucens. » (*Ibid.*)

« Nunquam fierent universa erant in ratione summæ naturæ : quid, aut qualia, aut quomodo futura essent. » (*Ibid.*, c. 8.)

CCXXII.

Scot n'est pas un pur réaliste comme l'ont prétendu MM. Rousselot et Hauréau.

« Doctor hic, in 6, negat expresse universale a parte rei, quod etiam habet, 2, dist. 3, quæst. 1, ad 6....Unde mirum est, quomodo multi tribuant ei, quod posuerit universale a parte rei. » (Schol. de Cavel., *Metaph.*, lib. 1, quæst. 6, art. 1.)

CCXXIII.

« Res non potest de hac fieri non hæc sine mutatione substantiali. » (Scot., 2, dist. 3, quæst. 4, t. VI, p. 583.)

CCXXIV.

Suivant Scot l'unité de nombre échappe aux sens ou l'individualité n'est pas une chose sensible.

C'est même par là que Scot établit qu'il y a une autre unité que l'unité de nombre; car : « Unius actionis sensus est unum objectum secundum aliquam unitatem realem, sed non numeralem : ergo est aliqua alia unitas realis, quam unitas numeralis.... Sensus non cognoscit objectum in quantum est distinctum a quolibet, quod non est unum ista unitate numerali. Quod patet, quia nullus sensus distinguit hunc radium solis differre numeraliter ab illo radio, cum tamen sint diversi per motum solis, si circumscribantur omnia sensibilia communia, puta diversitas loci vel situs. » (2, dist. 3, quæst. 1.)

CCXXV.

Dans Scot l'hæccéité est purement intelligible et cette opinion a une origine chrétienne.

« Ad aliud concedo : singulare est per se intelligibile, imo maxime intelligibile, quia nunquam beatificatur intellectus nisi in intellectione singularis, puta essentiæ divinæ, ut *hæc*. » (*Report. Paris.*, 2, dist. 12, quæst. 1 p. 333.)

CCXXVI.

« Aristote, nous l'avons dit, ne s'est jamais posé cette question : L'individualité vient-elle de la matière ou de la forme? » (Hauréau, t. II, p. 122.)

M. Hauréau a tort néanmoins de dire que rien ne l'autorisait à se la poser. De ce que le composé est essentiellement individuel et de ce que l'universel ou la matière en général, comme la forme en général, ne constitue qu'une substance seconde, il ne s'ensuit pas qu'il n'y ait point lieu à se demander d'où vient, non extrinsèquement, mais intrinsèquement, cette unité.

Il faudrait de plus ajouter, pour être dans le vrai, que bien que le dogme catholique seul a conduit les philosophes modernes à s'interroger sur le principe d'individuation, et bien que, par conséquent, Aristote ne l'ait jamais traité, la tendance logique de sa doctrine serait de voir ce principe dans la matière.

CCXXVII.

La connaissance de l'universel n'enveloppe pas celle du singulier.

« Hoc universale non est propria ratio distincte cognoscendi singulare, quia non sufficienter includit totam realitatem singularis, ut declarabitur in materia de individuatione. » (Scot., *Report. Paris.*, 2, dist. 11, quæst. 2.)

Pour prouver que si les anges, comme le concède saint Thomas, connaissent l'individuel, ils ne voient pas seulement l'universel

ou l'idée qui en Dieu représente les choses.

CCXXVIII.

Suivant Scot l'universel n'est qu'en puissance.

« Universale completum est, quod est in pluribus et de pluribus, non actu, sed potentia propinqua : tale nihil est; nisi ex consideratione intellectus : unum autem in multis potentia, ut accipitur potentia logice, non naturaliter dicitur, cui non repugnat esse in multis et sic commune potest esse in rerum natura, in Socrate enim non solum secundum considerationem intellectus, sed secundum ordinem naturalem perfectionum ibi consentaneus, prius ut animal quam homo et homo quam hic homo. »

CCXXIX.

Scot. — Matière et individualité.

« Materia ex se est una ab omnibus aliis distincta numero. (CAVELLUS, *Comm. Report. Paris.*, lib. IV, dist. 11, quæst. 3.)

« Prima enim propositio quam accipit de materia, quod ut quid est est omnino indistincta est falsa et contra Philosophum expresse XII, *Metaph.*, c. 2, qui loquens de per se principiis rerum dicit quod *principia per se distinctorum sunt per se distincta*, et non tantum per accidens, non tantum genere, vel specie, sed etiam numero. Inde quantum ad materiam ut est per se principium, quid, dicit quod *alia est materia mea et alia est materia tua et species quæ est forma et movens;* quia principiato per se correspondent principia per se; materia enim, ut quid, est principium per se... igitur... » (SCOT., *Report. Paris.*, lib. IV, dist. 11, quæst. 3, t. X, p. 670.)

CCXXX.

Différence radicale de la théorie scolastique, des formes substantielles et de la théorie leibnitzienne de la force.

Nous avons insisté plus d'une fois sur le caractère propre de la théorie de Leibnitz.

Il ne faut pas, en effet, oublier le but de ce livre, c'est d'établir *comment* l'esprit humain, parti de la métaphysique d'Aristote, qui est la suprême explication de la science antique tout entière, est arrivé à la métaphysique de Leibnitz qui est l'explication de la science moderne, du moins de la science moderne telle qu'elle est à l'heure actuelle.

La différence radicale de ce *point d'arrivée* et de ce *point de départ* est donc un principe historique important, sur lequel nous avons dû souvent insister.

Toutefois nous avons plus affirmé que prouvé. Notre travail manquerait donc d'une de ses bases nécessaires si nous ne résumions ici le système de Leibnitz.

Mais, pour que le lecteur soit assuré que nous interprétons fidèlement sa pensée, nous allons laisser au grand philosophe le soin d'exposer lui-même sa doctrine.

Le *fragment* qu'on va lire et que nous prions le lecteur de méditer n'est qu'une suite de citations extraites de ses œuvres et reliées de temps en temps par quelques réflexions.

« Mais faisons une réponse pareille à un argument pareil, afin qu'on juge de la solidité de leur réponse. Voici l'argument pareil : On doit attribuer à une chose ce que l'on conçoit clairement être renfermé dans l'idée qui la représente; c'est le principe. On conçoit clairement quatre angles renfermés dans l'idée qui représente un carré, ou bien on conçoit clairement que l'existence possible est renfermée dans l'idée d'une tour de marbre; donc un carré a quatre angles, donc une tour de marbre est possible. Je dis que ces conclusions sont vraies, supposé que le carré ait quatre angles, et que la tour de marbre soit possible; de même qu'ils répondent que Dieu existe, supposé qu'il existe : c'est-à-dire, en un mot, que les conclusions de ces démonstrations sont vraies, supposé qu'elles soient vraies.

« J'avoue que si je faisais un tel argument : On doit attribuer à une chose ce que l'on conçoit clairement être renfermé dans l'idée qui la représente; on conçoit clairement l'existence nécessaire renfermée dans l'idée d'un corps infiniment parfait; donc un corps infiniment parfait existe : il est vrai, dis-je, que si je faisais un tel argument, on aurait raison de me répondre qu'il ne conclurait pas l'existence actuelle d'un corps infiniment parfait; mais seulement que, supposé qu'il y eût un tel corps, il aurait par lui-même son existence. La raison en est que l'idée de corps infiniment parfait est une fiction de l'esprit ou une idée composée, et qui par conséquent peut être fausse ou contradictoire, comme elle l'est en effet; car on ne peut concevoir clairement de corps infiniment parfait, un être particulier et fini, tel que le corps, ne pouvant pas être conçu universel et infini.

« Mais l'idée de Dieu, ou de l'être en général, de l'être sans restriction, de l'être infini, n'est point une fiction de l'esprit. Ce n'est point une idée composée qui renferme quelque contradiction; il n'y a rien de plus simple, quoiqu'elle comprenne tout ce qui est et tout ce qui peut être. Or, cette idée simple et naturelle de l'être ou de l'infini

(322) Le raisonnement est tiré des *Méditations* de Descartes.

renferme l'existence nécessaire; car il est évident que l'être (je ne dis pas un *tel être*) a son existence par lui-même, et que l'être ne peut n'être pas actuellement, étant impossible et contradictoire que le véritable être soit sans existence. Il se peut faire que les corps ne soient pas, parce que les corps sont de *tels êtres*, qui participent de l'être et qui en dépendent. Mais l'être sans restriction est nécessaire; il est indépendant, il ne tient ce qu'il est que de lui-même, tout ce qui est vient de lui. S'il y a quelque chose, il est, puisque tout ce qui est vient de lui; mais, quand il n'y aurait aucune chose en particulier, il serait, parce qu'il est par lui-même et qu'on ne peut le concevoir clairement comme n'étant point; si ce n'est qu'on se le représente comme un être en particulier, ou comme un *tel être*, et que l'on considère ainsi toute autre idée que la sienne. Car ceux qui ne voient pas que Dieu soit, ordinairement ils ne considèrent point l'être, mais un *tel être*, et par conséquent un être qui peut être ou n'être pas. »

« Eclaircissement de la preuve de Descartes de l'existence de Dieu.

« Cependant, afin que l'on puisse comprendre encore plus distinctement cette preuve de Descartes, de l'existence de Dieu, et répondre plus clairement à quelques instances que l'on pourrait y faire, voici, ce me semble, ce qu'il est nécessaire d'y ajouter. Il faut se souvenir que, lorsqu'on voit une créature, on ne la voit point en elle-même ni par elle-même; car on ne la voit, comme on l'a prouvé dans le troisième livre, que par la vue de certaines perfections qui sont en Dieu, lesquelles la représentent. Ainsi, on peut voir l'essence de cette créature sans en voir l'existence, son idée sans elle; on peut voir en Dieu ce qui la représente, sans qu'elle existe. C'est uniquement à cause de cela que l'existence nécessaire n'est point renfermée dans l'idée qui la représente, n'étant point nécessaire qu'elle soit actuellement, afin qu'on la voie, si ce n'est qu'on prétende que les objets créés soient visibles immédiatement, intelligibles par eux-mêmes, capables d'éclairer, d'affecter, de modifier des intelligences. Mais il n'en est pas de même de l'être infiniment parfait; on ne le peut voir que dans lui-même, car il n'y a rien de fini qui puisse représenter l'infini. L'on ne peut donc voir Dieu, qu'il n'existe; on ne peut voir l'essence d'un être infiniment parfait, sans en voir l'existence; on ne le peut voir simplement comme un être possible : rien ne le comprend, rien ne le peut représenter. Si donc on y pense, il faut qu'il soit.

« Ce raisonnement me paraît de la dernière évidence. Cependant, il y a des gens qui soutiennent cette proposition, que le fini peut représenter l'infini, et que les modalités de notre âme, quoique finies, sont essentiellement représentatives de l'être infiniment parfait, et généralement de tout ce que nous apercevons : erreur grossière, et qui, par ses conséquences, détruit la certitude de toutes les sciences, comme il est facile de le prouver. Mais il est si faux que les modalités de l'âme soient représentatives de tous les êtres, qu'elles ne le peuvent être d'aucun, pas même de ce qu'elles sont; car, quoique nous ayons sentiment intérieur de notre existence et de nos modalités actuelles, nous ne les connaissons nullement. » (*Rech. de la vérité.*)

CCXXXIX.

« Materia prima habet suam propriam entitatem et proprium actum entitativum et proprium esse. » (Suarez, *De Deo*, lib. III, cap. 5, n. 1.)

CCXL.

Réfutation de M. Hauréau. — Malebranche est nominaliste.

« Afin de comprendre ce que j'ai dit en quelques endroits, que l'on ne rend point raison des choses lorsqu'on les explique par des termes de logique et par des idées générales, il suffit de faire réflexion, que tout ce qui existe se réduisant à l'être, ou aux manières d'être, tout terme qui ne signifie aucune de ces choses ne signifie rien; et tout terme qui ne signifie aucune de ces choses distinctement et en particulier, ne signifie rien de distinct. Cela me paraît très-évident; mais ce qui est évident en soi n'est pas tel pour tout le monde. L'on est accoutumé à se payer de mots et à en payer les autres. Tous les termes qui ne blessent point l'oreille ont cours parmi les hommes, et la vérité entre si peu dans le commerce du monde, que ceux qui parlent ou qui écoutent n'y ont d'ordinaire aucun égard. Le don de la parole est le plus grand des talents; le langage d'imagination est le plus sûr des moyens; et une mémoire remplie de termes incompréhensibles paraîtra toujours avec éclat, quoique les Cartésiens en puissent dire.

« Quand les hommes aimeront uniquement la vérité, alors ils prendront bien garde à ce qu'ils disent; ils examineront avec soin ce qu'ils entendent; ils rejetteront avec mépris les termes vides de sens, et ils s'attacheront seulement aux idées claires. Mais quand sera-ce que les hommes aimeront uniquement la vérité? Ce sera lorsqu'ils ne dépendront plus de leur corps, qu'ils n'auront plus de rapport nécessaire aux objets sensibles, qu'ils ne se corrompront plus les uns les autres, et qu'ils consulteront fidèlement le maître qui les éclaire dans le plus secret de leur raison; mais cela n'arrivera jamais en cette vie.

« Cependant tous les hommes ne sont pas également indifférents pour la vérité. S'il y en a qui prononcent des paroles sans réflexion, qui les reçoivent sans discernement, et qui n'ont d'attention qu'à ce qui les touche, il y en a aussi qui travaillent sérieusement pour s'instruire de la vérité et pour en convaincre les autres. Et c'est principalement à ceux-ci que je parle; car c'est à

leurs instances que j'ai pris la résolution de faire ces éclaircissements.

« Je dis donc que tout ce qui est, soit qu'il existe actuellement ou non, et par conséquent tout ce qui est intelligible, se réduit à l'être et à la manière de l'être. Par l'être, j'entends ce qui est absolu ou ce qui se peut concevoir seul et sans rapport à autre chose. Par les manières de l'être, j'entends ce qui est relatif, ou ce qui ne se peut concevoir seul. Or il y a deux espèces de manières d'être ; les unes consistent dans le rapport des parties d'un tout à quelque partie de ce même tout; les autres consistent dans le rapport d'une chose à une autre qui ne fait point partie du même tout. La rondeur de la cire est une manière d'être de la première espèce, parce que sa rondeur consiste dans l'égalité d'éloignement qu'ont toutes les parties de la surface à celle qui en est le centre. Le mouvement ou la situation de la cire est une manière de la seconde espèce, car elle consiste dans le rapport qu'a la cire aux corps qui l'environnent. Je ne parle pas du mouvement pris pour la forme mouvante; car il est clair que cette forme n'est point et ne peut être une manière d'être des corps, puisque de quelque manière qu'on les conçoive modifiés, on ne les peut concevoir comme ayant en eux une force mouvante

« S'il est certain que tout ce qui est intelligible se réduit aux êtres, ou aux manières d'être, il est évident que tout terme qui ne signifie aucune de ces choses ne signifie rien ; et que tout terme qui ne signifie point un tel être ou une telle manière d'être est un terme obscur et confus. Et par conséquent nous ne pouvons concevoir clairement ce que les autres nous disent, ni ce que nous leur disons, si nous n'avons des idées distinctes d'être ou de manière d'être, lesquelles répondent à chacun des termes dont ils se servent ou dont nous nous servons nous-mêmes.

« Néanmoins je demeure d'accord qu'on peut, et même qu'on est quelquefois obligé de se servir de termes qui ne réveillent point directement d'idées distinctes. On le peut, parce qu'il n'est pas toujours nécessaire de mettre la définition en la place du défini, et que l'on se sert utilement d'expressions abrégées, quoique confuses en elles-mêmes. Et l'on y est contraint, lorsqu'on est obligé de parler des choses dont on n'a point d'idée claire, et que l'on ne connaît que par le sentiment intérieur qu'on a de soi-même, comme quand on parle de l'âme et de ses modifications. Il faut seulement observer de ne point se servir de termes obscurs et équivoques lorsqu'on en a de clairs, ou que ceux à qui l'on parle en peuvent prendre une fausse idée. Ces choses s'entendront mieux par quelque exemple.

« Il est plus clair de dire que Dieu a créé le monde par sa volonté, que de dire qu'il l'a créé par sa *puissance*. Ce dernier mot est un terme de logique ; il ne réveille point dans l'esprit d'idée distincte et particulière, et il donne lieu de s'imaginer que la puissance de Dieu peut être autre chose que l'efficace de sa volonté. On parle plus clairement, lorsqu'on dit que Dieu pardonne aux pécheurs en Jésus-Christ, que si l'on disait absolument que Dieu leur pardonne par sa *clémence* et sa *miséricorde*. Ces termes sont équivoques ; ils donnent quelque sujet de penser que la clémence de Dieu est peut-être contraire à sa justice ; que le péché peut demeurer impuni ; que la satisfaction de Jésus-Christ n'est point nécessaire, et autres choses semblables.

« On se sert souvent de ces termes vagues, et dont la signification n'est point précise, lorsqu'on parle des perfections divines ; et cela ne se doit pas condamner, car l'exactitude philosophique n'est pas toujours nécessaire. Mais, par une stupidité et une négligence criminelle, l'on fait un tel abus de ces expressions générales, et l'on en tire tant de fausses conséquences, qu'encore que tous les hommes aient la même idée de Dieu, et qu'ils le considèrent tous comme un être infiniment parfait, néanmoins il n'y a presque pas d'imperfection qu'on ne lui ait attribuée dans le temps de l'idolâtrie, et l'on en parle même souvent d'une manière fort indigne ; tout cela, faute de comparer sérieusement les choses que l'on en dit avec l'idée qui la représente, ou plutôt avec lui-même.

« Voici encore un exemple qui me vient dans l'esprit, et qui est de conséquence.

« Ceux qui prétendent que la délectation prévenante, ou la grâce de Jésus-Christ, est efficace par elle-même et de sa nature, par rapport au consentement de la volonté : je dis par rapport au consentement de la volonté ; car, sans doute, elle est efficace (323) par elle-même, par rapport à la volonté ; elle a toujours cet effet de la mouvoir et de la porter au bien, puisqu'elle le fait goûter, et qu'en tout temps on veut invinciblement être heureux : ceux, dis-je, qui soutiennent que la grâce du Sauveur est efficace par elle-même par rapport au consentement de la volonté, répondent, quand on leur objecte que ce sentiment détruit la liberté, et qu'il est contraire à la décision du concile de Trente, qui a décidé (sess. VI, can. 4) que le libre arbitre mû par la grâce peut y résister ou n'y pas consentir s'il le veut ; ils répondent, dis-je, que leur sentiment n'est point contraire à la liberté, et qu'on a le pouvoir de résister à la grâce de Jésus-Christ, mais qu'on n'y résiste jamais, ou que ce pouvoir qu'on a de n'y pas consentir n'a jamais d'effet. Ne pouvez-vous pas, disent-ils, si vous le voulez, vous jeter par la fenêtre, vous couper le nez, vous

(323) *Voy.* la première des quatre lettres touchant celles de M. Arnaud, dans le IIe volume du recueil de mes *Réponses*. Je tâche là, en attachant des idées distinctes et précises aux termes de la question, d'expliquer en quel sens la grâce de Jésus Christ est efficace par elle-même.

arracher les yeux? vous avez ces pouvoirs, et plusieurs autres ; mais il est certain que ni vous, ni personne n'usera de ces pouvoirs. Il y a donc bien des pouvoirs qui n'auront jamais aucun effet. Tel est, disent-ils, le pouvoir que la grâce de Jésus-Christ laisse au libre arbitre. Il peut n'y pas consentir s'il le veut, mais il ne le voudra jamais.

« Pour découvrir le faible de cette réponse, il n'y a qu'à éclaircir ce mot *pouvoir* et en ôter l'équivoque.

«Il est clair qu'on n'a le pouvoir de se jeter par la fenêtre que supposé qu'on ait celui de le vouloir. Or, on ne peut rien vouloir sans quelque motif qui intéresse le désir naturel et invincible que nous avons d'être heureux ; car vouloir quelque chose n'est que consentir au motif qui nous porte à le vouloir; et il faut connaître ou sentir avant que de consentir. Si donc on n'a pas le pouvoir de rien vouloir sans un motif qui s'accorde avec le désir d'être heureux, on est bien éloigné d'avoir celui de se jeter par la fenêtre, vu le danger qu'il y a de s'estropier et de se tuer, ce qu'on regarde naturellement comme un grand mal. Ainsi, lorsqu'un homme dit qu'il a le pouvoir de se précipiter s'il le veut, ce mot de *pouvoir* signifie seulement qu'il a le pouvoir de remuer son corps selon ses désirs, et il a véritablement ce pouvoir. Et lorsqu'il assure sans hésiter qu'il ne se jettera jamais par sa fenêtre, il faut entendre qu'il ne le fera jamais de gaieté de cœur et sans des motifs fort pressants qu'il ne prévoit pas alors, tel que pourrait être la crainte d'être brûlé vif dans sa chambre ou poignardé par ses ennemis, parce qu'on ne peut rien vouloir sans motif. Pourrait-on dire que saint Pierre peut encore maintenant renier son Maître s'il le veut, pour en conclure qu'il y a des pouvoirs qui n'ont et qui n'auront jamais d'effet ? Il le peut s'il le veut, mais il ne peut pas le vouloir, ni même hésiter à ne le pas vouloir, parce qu'il n'a pas pour cela de motif et qu'il en a d'invincibles pour s'attacher à son cher Maître et à son Dieu.

« Mais maintenant que l'âme est en épreuve dans son corps, que la vie de l'homme est et doit être un combat continuel, parce que c'est le temps d'acquérir des mérites par la correspondance à la grâce, peut-on dire que lorsqu'elle nous porte à faire quelque bonne œuvre, la concupiscence ne fournisse pas assez de motifs pour laisser à l'âme du moins le pouvoir de suspendre son consentement, la liberté de penser, le temps d'examiner, surtout si c'est une bonne œuvre dont on n'ait point l'habitude de la pratiquer? Or, supposé qu'on suspende un quart d'heure ou plus de temps que ne dure la délectation de la grâce, n'est-il pas évident qu'elle n'aura pas été efficace par elle-même, par rapport au consentement, quoique cette même grâce l'eût fait produire à la volonté, si elle eût suivi promptement le mouvement qu'elle lui inspirait ? Quand on propose à un homme de se précipiter et de s'arracher les yeux, quel motif aurait-il de suspendre son consentement pour examiner s'il le fera? Mais lorsque la grâce porte quelqu'un à quitter le monde et à se faire religieux, certainement il ne manque pas de motifs pour suspendre et pour examiner. Celui-ci, quoique mû par la grâce, a donc un vrai pouvoir et qui n'a que trop souvent son effet, et l'autre n'en a qu'un imaginaire ; et c'est abuser du terme équivoque de pouvoir, c'est être trompé ou vouloir tromper les autres que de répondre à la décision claire et évidente du concile de la manière que je viens de dire.

« Je dis que cette décision est claire et évidente, car le pouvoir décidé par le concile, qui est celui de résister ou de ne pas consentir au mouvement actuel de la grâce, à la délectation prévenante qui meut actuellement la volonté, est un pouvoir de former l'acte marqué dans ce pouvoir, marqué, dis-je, fort clairement. Car résister ou ne pas consentir sont des termes relatifs au mouvement actuel que la grâce produit dans la volonté. Certainement on ne peut pas résister à la grâce ou à une tentation dans le sens divisé, c'est-à-dire lorsque la grâce ou la tentation ne meut point actuellement la volonté; car ce serait résister à rien, consentir à rien. Afin que la volonté puisse actuellement résister au mouvement de la grâce, il faut que la grâce la meuve actuellement. Ainsi la décision du concile est claire, sans équivoque et n'a nul besoin d'explication. Car un pouvoir qui ne peut s'exercer ou former d'acte, est un pouvoir qui ne peut rien et qui par conséquent n'est point. Et dire que le libre arbitre, mû par la grâce, a le pouvoir de n'y pas consentir, mais qu'il y a contradiction qu'il exerce son pouvoir, c'est contredire le concile et se contredire soi-même.

« Si le concile avait dit : Celui qui consent au mouvement de la grâce a le pouvoir de n'y pas consentir, alors on aurait quelque raison de distinguer et de dire qu'il a ce pouvoir, mais qu'il y a contradiction que ce pouvoir forme son acte de résistance à la grâce, parce que la volonté ne peut y consentir et n'y pas consentir en même temps. Il y a contradiction que Dieu me donne et ne me donne pas une telle grâce en même temps. Il y a aussi contradiction qu'en même temps j'y consente et que je n'y consente pas. Mais il n'y en a aucune que d'un côté Dieu me donne sa grâce et que moi dans le même temps je n'y consente pas ; si ce n'est qu'on suppose que je ne puisse avoir aucun motif de refuser mon consentement, ou que l'acte de mon consentement ne soit point libre et ne dépende point de moi.

« Mais c'est principalement dans les matières de physique qu'on abuse des termes vagues et généraux qui ne réveillent point d'idées distinctes d'être ou de manières d'être. Par exemple, lorsqu'on dit que les corps tendent à leur *centre*, qu'ils tombent par leur *pesanteur*, qu'ils s'élèvent par leur *légèreté*, qu'ils se meuvent par leur *nature*, qu'ils sont durs ou fluides par eux-mêmes, qu'ils chan-

gent successivement de *formes*, qu'ils agissent par leurs *vertus*, *qualités*, *facultés*, etc., on se sert de termes qui ne signifient rien, et toutes ces propositions sont absolument fausses dans le sens que la plupart des philosophes leur donnent. Il n'y a point de *centre*, au sens qu'on l'entend d'ordinaire. Ces termes de *pesanteur*, de *forme*, de *nature*, et d'autres semblables, ne réveillent point l'idée ni d'un être, ni d'une manière d'être. Ce sont des termes vides de sens et que les personnes sages doivent éviter. *Scientia insensati inenarrabilia verba*, dit l'Ecriture. (*Eccli.* XXI, 21.) Ces termes ne sont propres qu'à couvrir l'ignorance des faux savants et à faire croire aux stupides et aux libertins que Dieu n'est point seul la vraie cause de toutes choses.

« Il me semble que cela est certain et facile à concevoir. Cependant la plupart des hommes parlent librement de toutes choses sans se mettre en peine d'examiner si les termes dont ils se servent ont une signification claire et exacte. Il y a même des auteurs qui ont composé plusieurs volumes dans lesquels il est plus difficile qu'on ne pense de remarquer quelque endroit où ils aient entendu ce qu'ils ont écrit Ainsi ceux qui lisent beaucoup et qui écoutent avec respect les discours vagues et généraux des faux savants, sont dans une ignorance très-grossière. Et je ne vois pas qu'ils s'en puissent délivrer, s'ils ne font et s'ils ne renouvellent sans cesse la résolution de ne croire jamais personne sur sa parole, et avant que d'avoir attaché des idées distinctes aux termes les plus communs dont les autres se servent. Car ces termes ne sont point clairs comme on se l'imagine ordinairement. Ils ne pa aissent clairs qu'à cause de l'usage continuel qu'on en fait: parce que l'on s'imagine bien comprendre ce qu'on dit ou ce que l'on entend dire, lorsqu'on écoute ou que l'on dit des choses que l'on a dites cent fois, quoiqu'on ne les ait jamais examinées. »

CCXLI.

Peut-être quelques-uns de nos lecteurs ont-ils été surpris que nous ne parlions pas des théories de M. de Rémusat sur la scolastique.

C'est que M. de Rémusat, tout en montrant une grande perspicacité, et une perspicacité souvent originale, dans les détails ou même dans les idées assez générales de ses deux belles monographies sur saint Anselme et sur Abélard, a suivi M. Cousin pour l'ensemble de ses vues sur le moyen âge.

Il nous suffira, pour en convaincre le lecteur, de citer ce fragment de sa Préface d'*Abélard*.

« La scolastique produit aujourd'hui l'effet d'une science en désuétude, qui étonne et ne persuade plus. Cependant, pour qui ne s'en tient pas à l'apparence, pour qui brise l'enveloppe que prêtaient à la pensée le goût et l'érudition du temps, la scolastique contient dans son sein, elle offre dans son cours, et les problèmes de tous les siècles et quelquefois les idées du nôtre. C'est que les formes de la science peuvent varier, mais le fond est invariable comme l'esprit humain. Les Grecs n'ont presque rien dit à la manière des modernes, et cependant ils ont connu tous les systèmes, toutes les hypothèses dont les modernes se sont vantés. Je ne sais pas même une erreur dans laquelle ils ne nous aient devancés. Quand on lit les Dialogues de Platon, on y voit figurer, sous des noms antiques, Hobbes, Locke, Hume et Kant lui-même. Ainsi, chez les maîtres de la scolastique, nous reconnaissons des Euthydème et des Protagoras, quelquefois Démocrite, Empédocle ou Parménide, çà et là des idées de Platon, partout le souvenir et l'imitation d'Aristote. Sans doute le moyen âge morcelait la philosophie; mais toutes les parties s'en tiennent si étroitement, qu'on ne peut longtemps en isoler une, et des voies différentes y ramènent au même point. L'esprit humain n'innove guère que dans les méthodes, et les méthodes diversifient, mais ne détruisent pas son identité. Les idées sur lesquelles porte la philosophie se présentent comme d'elles-mêmes à la réflexion. Dès que l'esprit se regarde, il les retrouve. C'est un héritage substitué de génération en génération, comme ces pierres précieuses qui se perpétuent dans les familles, et dont la disposition seule change, suivant la mode et le goût des diverses époques. Indestructibles et inaltérables, ces idées demeurent dans l'esprit humain comme des symboles de l'éternelle vérité. »

Nous avons déjà réfuté ce système; seulement, nous ferons remarquer que M. de Rémusat l'a suivi moins littéralement que M. Cousin, auquel il l'emprunte. Souvent, comme M. Rousselot, il semble soupçonner que le problème des *universaux* n'a peut-être pas tenu dans le moyen âge toute la place qu'on lui accorde; mais il ne va pas même jusqu'à supposer que la classification des docteurs scolastiques en réalistes, nominalistes, conceptualistes, pourrait bien être tant soit peu artificielle. Son livre d'*Abélard* (celui qu'il a consacré à saint Anselme lui est très-inférieur) contient des dissertations sérieuses sur les *Catégories* d'Aristote, envisagées dans leurs rapports avec le problème des universaux, et sur la manière dont les scolastiques les ont entendues. Nous y reviendrons.

CCXLII.

Que le moyen âge admettait la philosophie et sa certitude, et l'existence des preuves de crédibilité du christianisme démontrée par la philosophie.

Nous empruntons à Goudin, théologien thomiste, l'apologie qu'il croit devoir faire de la philosophie. Ces apologies sont beaucoup plus rares avant le XVIe siècle qu'après, parce que le protestantisme, en les niant d'une manière radicale, les rendit nécessaires. Mais tous les arguments de Goudin sont, en principe, empruntés à la scolastique en général et à saint Thomas en particulier.

An philosophia sit hominibus necessaria?

« Etsi philosophia in summo pretio apud cultiores populos semper fuerit, solique Barbari eam neglexerint, quidam tamen rejiciendam putant; alii quidem ex zelo, qui non est secundum scientiam, eo quod putent illam non satis cum sanctitate sociari posse; quasi vero Deus, qui *scientiarum Dominus est* (*I Reg.* II, 3), servos eruditos dedignaretur. Alii vero ex deceptione, rati philosophiam esse simplicium deceptricem, hæreseon parentem et nutricem, rixarum ministram, sumentes non causam pro causa, et vitia hominum, re optima abutentium, philosophiæ tribuentes; ut si quis vellet abolere leges et tribunalia, eo quod illis sæpe mali et astuti homines abutantur ad perniciem innocentium; vel prohibere medicinam, eo quod imperiti medici sæpe mortem pro remedio propinent. Alii autem ex contemptu, eo quod existiment philosophiam Christianis esse inutilem, totamque eorum eruditionem concludi in una Scripturæ sacræ intelligentia, et peritia historiæ ecclesiasticæ, conciliorum, et sanctorum Patrum : Quibus sane verbum Domini jure aptari potest : *Hæc oportuit facere, et illa non omittere.* (*Matth.* XXIII, 23.) Tum quia plura sunt in Scripturis, Patribus et conciliis, quæ sine philosophia vix intelligi possunt; tum quia ipsi sancti Patres id exemplo suo docuere, jungentes philosophiam cum sacris Litteris, ut patet ex eorum scriptis et gestis. Alii demum ex malitia, ut scilicet rudibus hominibus facilius illudere possint. Ex quo motivo Lutherus, et alii hæretici scientias speculativas damnant; cum tamen ipsi ad fabricanda sua sophismata iis impie abutantur. Hinc Mahometes suis sectatoribus studia interdixit, ratus ineptissimam sectam armis felicius, quam rationibus promovendam esse, nec nisi apud ignaros valituram : Nam *omnis qui male agit, odit lucem, ne arguantur opera ejus.* (*Joan.* III, 20.) Et ante hos omnes impiissimus Julianus Christianos litteris incumbere prohibuit, ut destituta scientiis fides facilius exstingueretur, referente Augustino libro XVIII *De civitate*, cap. 52. Cæterum, ut periculosissimus error confutetur, et stabiliatur philosophiæ necessitas, hominem tripliciter considerabimus : 1° private, ut homo est; 2° politice, ut est membrum reipublicæ; 3° Christiane, ut est fidelis, et his omnibus modis sumendo hominem, philosophiam ipsi esse necessariam ostendemus per tres paragraphos, tribus his statibus correspondentes.

« § I. — *Ostenditur philosophiam esse necessariam homini ut homo est.*

« Dico primo : Philosophia est necessaria homini, quatenus homo est, id est, ad perficiendam ipsam naturam humanam.

« Probatur conclusio : In primis auctoritate tum Scripturæ, in qua sapientia regnis, sedibus, divitiis, et omnibus humanis bonis præfertur, non solum divina illa, quæ docet timorem Dei, et sanctitatem vitæ; sed etiam naturalis; quæ *scit versutias sermonum, et dissolutiones argumentorum, dispositionem orbis terrarum, et virtutes elementorum*, ut dicitur *Sap.* VII et VIII. Tum etiam summorum virorum, ut enim legitur in Vita Socratis, ipse nullum malum agnovit præter ignorantiam; nullum bonum præter scientiam (nam et virtutes dicebat scientias esse). Et Plato philosophiam vocat *pulcherrimum deorum munus;* unde Herillus in cognitione rerum posuit hominis felicitatem, ut narrat Cicero *Acad. quæst.*, quæst. 4. Cui sententiæ alludit Virgilius dicens :

Felix, qui rerum potuit cognoscere causas.
(*Georgic.*, lib. II, vers. 490.)

Et Hesiodus : *dulces* esse *ante omnia Musas :* quam sententiam secuti sunt primates philosophi, et D. Thomas approbat 1-2, quæst. 3, art. 6, si tamen intelligatur de beatitudine imperfecta (nam perfectiorem, et supernaturalem nobis Deus promisit, quæ consistit in ipsius visione, quæ est supereminens quædam philosophia). Quid autem tam necessarium homini, quam id per quod fit felix etiam imperfecta et naturali beatitudine; siquidem gratia non destruit naturam, sed ulterius provehit.

« Probatur præterea conclusio variis rationibus in unam seriem brevitatis causa congestis : 1° quia id quod excolit mentem est necessarium homini, ut homo est; siquidem per mentem homines sumus : sed philosophia excolit mentem : ergo est necessaria homini, ut homo est. Probatur minor : cum enim in mente duplex sit potentia, scilicet intellectus et voluntas, philosophia speculativa perficit intellectum ipsum illuminando circa veritates naturales; moralis vero dirigit voluntatem circa agibilia. Unde merito a Cicerone vocatur *animi cultura, vivendi ars, animi medicina, omnium benefactorum dictorumque mater*, etc. 2° Philosophia fugat ab hominibus barbariem, eosque mitiores et humaniores reddit : unde studia præambula ad philosophiam vocantur, humanitates; et homines, quibus philosophiæ lumen non illuxit, degenerant in belluinos mores, ut patet de Americanis et aliis barbaris nationibus. 3° Quia homo ad id genitus est, ut opera Dei et ejus pulchritudinem in creaturis contempletur, quandiu est in hac vita; unde Apostolus ait : *Invisibilia Dei per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur.* (*Rom.* I, 19.) Et *Sap.* XIII, 5 : *A magnitudine speciei creaturæ cognoscibiliter poterit Creator videri;* et Propheta : *Videbo*, inquit, *cælos, opera digitorum tuorum, lunam, et stellas quæ tu fundasti.* (*Psal.* VIII, 4.) Atqui philosophia nihil aliud est quam contemplatio operum Dei; ergo est necessaria homini, et ideo Deus eam Adamo ut necessarium ornamentum cum aliis dotibus infudit. 4° Necessarium est ut rex cognoscat regnum suum, civis suam patriam, paterfamilias sua prædia : sed homo est mundi dominus; unde Scriptura ait, Deum omnia subjecisse sub pedibus ejus (*Ibid.*, 8) et solem, lunam, cæteraque astra esse creata in ipsius ministerium : est etiam civis hujus vastissimæ

patriæ; unde Socrates interrogatus a quodam, cujas esset? fertur respondisse : Mundanus sum. Ergo necesse est ut homo cognoscat ea quæ sunt in mundo; in hoc autem occupatur philosophia. 5° Idem probatur ex ingenti illa admiratione et veneratione, qua naturaliter afficimur erga viros doctos, et sapientia præstantes. Sic Salomonem totus orbis admiratus est; et regina Sabæ servos ejus beatos dixit, quod ipsius sapientia fruerentur : imo, ut refert Scriptura : *Universa terra desiderabat vultum Salomonis, ut audiret ejus sapientiam.* (*III Reg.* x, 24.) Sic Pythagoras, Socrates, Plato, Aristoteles, præpotentissimis regibus honorem et famam consecuti sunt : imo ea quæ ad sapientes viros aliquatenus pertinuerant, in summo pretio habita sunt, ut patet de lucerna fictili Epicteti quæ tribus drachmarum millibus redempta est. 6° Demum idem probatur ex naturali hominis desiderio quod non fertur nisi ad ea quæ conveniunt homini, ut homo est : sed naturaliter omnis homo scire desiderat : idque tanto vehementius, quanto ingeniosior est, id est, quanto magis de homine participat : imo scientiam cæteris rebus naturaliter homo præponit; ita ut Alphonsus Aragonum rex dixerit, hoc uno regem pauperem fieri posse, si emi posset scientia; et Robertus rex Neapolitanorum aiebat dulciores sibi litteras regno esse. Ergo scientia rerum est necessaria homini tanquam aliquid perficiens ejus naturam.

« Dices : Scriptura *Eccle.* I, 14, vocat scientiam afflictionem spiritus et occupationem pessimam; et dicit quod qui addit scientiam, addit et laborem. Unde Minerva scientiarum præses dicta est quasi minuens nervos et vigorem : imo, *Jerem.* x, 14, dicitur : *Stultus factus est omnis homo a scientia :* Ergo non est necessaria homini, sed noxia.

« Respondeo : Ad primum locum, scientiam dici afflictionem spiritus occasionaliter et objective, in quantum detegit miserias humanas et vanitatem rerum creatarum. Unde hoc modo tertia beatitudo, scilicet, *Beati qui lugent* (*Matth.* v, 5) dicitur correspondere dono scientiæ; ut dicit D. Thomas 2-2, quæst. 9, art, 4. Cæterum contemplatio scientiæ in se est jucundissima, ut probat idem D. Thomas 1-2, quæst. 31, art. 5.

« Ad secundum, respondeo consideratione rerum vocari occupationem pessimam, id est, laboriosissimam et difficilem : nam licet fructus scientiæ sint jucundissimi, attamen radices sunt amaræ. Et quod hic sensus sit Scripturæ, ex eo patet quod dicitur hanc occupationem, scilicet inquirendi res naturales, datam esse a Deo, non autem a Deo esset, si in se mala exsisteret.

« Ad tertium locum, respondeo, per scientiam augeri laborem occasionaliter, ut mox explicuimus. Minerva vero ab antiquis dicta est quasi nervos et robur minuens, eo quod studium debilitet corpus; unde ut plurimum viri studiosi sunt debiles; sed tamen propterea nullum est inconveniens minuere vires corporis ad perficiendam mentem, quia corpus animæ servire debet. Ad locum ex Jeremia respondet Hieronymus prophetam loqui comparative ad scientiam Dei, respectu cujus nostra scientia, quantumvis magna, reputatur quasi stultitia; in quo sensu Isaias dixit omnes gentes Deo comparatas reputari quasi nihilum.

« § II. — *Ostenditur philosophiam esse necessariam homini, ut est pars reipublicæ.*

« Dico secundo : Philosophia est necessaria homini ut est membrum reipublicæ, et aliis politica societate conjungitur. Ut conclusio probetur. Observandum est hominem dupliciter præcipue posse pertinere ad rempublicam : 1° quia ipsi præest, ut principes et magistratus; 2° quia illi utiliter servit, quod fit præcipue per jurisprudentiam, medicinam, militiam, et alias artes. Unde primo probabitur conclusio in communi de omnibus reipublicæ membris; 2° in particulari de iis qui præsunt reipublicæ; 3° de iis qui ipsi inserviunt.

« Probatur ergo conclusio, primo : Philosophiam esse necessariam omnibus reipublicæ membris. Quod est necessarium conservationi totius, est necessarium omnibus ejus partibus : nam partes conservantur in toto; sed philosophia est necessaria conservationi totius reipublicæ : ergo et singulis ejus membris. Probatur minor : Nam ab eodem res conservatur a quo producitur; ut patet in educatione puerorum a parentibus. Sed philosophia est genitrix et formatrix rerum publicarum : ergo est earum conservatrix. Probatur minor discurrendo per famosiores respublicas, quæ a philosophis vel institutæ vel informatæ fuerunt : nam respublica Judæorum fundata est per Moysem, quem constat fuisse insignem philosophum, ut refert Philo in ejus Vita; respublica Ægyptiorum præcipuum auctorem agnoscebat Mercurium Trismegistum, id est, ter magnum, eo quod esset simul rex, philosophus et sacerdos; respublica Chaldæorum et Persarum suas institutiones a Magis, id est, philosophis acceperat; Græci prius barbari et sylvestres, in societatem vocati sunt per Orpheum antiquum philosophum, qui idcirco dicitur feras amœnitate cantus demulsisse et congregasse, id est, barbaros homines in unam rempublicam suæ doctrinæ suavitate vocasse; Atheniensem rempublicam fundavit Solon, unus e septem primatibus Græciæ philosophis; Lycurgus vero Lacedæmonum rempublicam instituit; Roma sub Romulo agrestis pastorum congregatio solum fuit et asylum latronum ac sceleratorum, ut patet ex Tito Livio, sed a Numa Pompilio sapientissimo philosopho justæ reipublicæ formam accepit : et demum omnium rerumpublicarum origines volventi, semper occurret aliquis sapiens et philosophus, vel auctor, vel saltem reformator earum. Unde Socrates jure dixit : *Philosophi officium esse divina noscere, et humana regere.*

«Probatut conclusio, secundo : specialiter philosophiam esse necessariam his qui præ-

sunt reipublicæ, ut sunt principes et magistratus; tum auctoritate Scripturæ, in qua Sapientia dicit: *Per me reges regnant* (*Prov.* VIII, 15); et alibi: *Si delectamini in sedibus et sceptris, o reges, diligite sapientiam* (*Sap.* VI, 22); sapientiam illam, inquam, non solum, quæ consistit in timore Dei, sed etiam, ut postea subditur: *Quæ scit dispositionem orbis terrarum et virtutem elementorum; initium et consummationem et medietatem temporum; vicissitudinem, permutationes et commutationes temporum, anni cursus et dispositiones stellarum, vim ventorum* (*Sap.* VII, 17-19), et alia ejusmodi, de quibus agit philosophia; unde vetus effatum fuit, beatas fore respublicas, in quibus vel philosophi regnarent, vel reges philosopharentur. Tum etiam exemplis; sic enim Salomon ut bene regeret populum suum, unicam a Deo petiit sapientiam, id est, naturalem philosophiam, in qua eminebat, ut patet ex Scriptura (*III Reg.* III, 10 seq.); quam petitionem Deus ipse laudavit; sic Philippus Macedo, ut Alexandrum regno dignum efficeret, Aristoteli philosopho instruendum commisit: et ipse Philippus regnandi peritiam, in qua excelluit, sub Lyside Pythagoreo didicit, dum obses Thebis moraretur; sic apud Persas regum filii a Magis, id est, philosophis instruebantur, et regno potiti eorum consilio cuncta disponebant; sic demum optimi principes vel ipsi docti fuerunt, vel saltem doctorum consilio usi sunt: unde apud Sinenses soli litterati reipublicæ præsunt. Tum ipso naturæ exemplo, quæ ut notat D. Thomas op. *De erud princ.*, lib. I, c. 2, caput cæteris membris præficiens, ipsum novem sensibus, quatuor scilicet internis et quinque externis instruxit, cum alia membra unico, scilicet tactu, prædita sint; ut nos admoneret, eos qui præsunt corpori politico debere præ aliis abundare sapientia et rerum cognitione: imo secundum naturæ ordinem corpora reguntur ab intelligentiis, inter quas sublimiores sunt sapientiores. Tum demum ratione: nam sapientis est ordinare et disponere; ordo enim est opus sapientiæ. Sed ad principes et magistratus spectat ordinare, et disponere de populis. Ergo debent præ cæteris esse sapientes, et in cognitione rerum excellentes; imo ipsa politica, quæ est scientia regendi populos, philosophiæ pars est cum aliis connexa. Adde tandem argumentum quod ex Persis refert Plato; nam politica regnorum est quædam imitatio politicæ mundi: ergo sicut nullus pictor exactam imaginem formare potest, nisi respiciat ad ejus exemplar, ita quoque rectores reipublicæ, ut eam optime administrent, debent inspicere ipsum totius politicæ exemplar, scilicet ordinem rerum naturalium, quod fit per philosophiam.

« Probatur tertio conclusio, scilicet: Philosophiam esse necessariam his qui inserviunt reipublicæ, quod fit præcipue per jurisprudentiam, medicinam et militiam. In primis autem de medicina certum est, cum ipsa subalternetur philosophiæ naturali; unde, ut dici solet, ibi incipit medicus, ubi desinit physicus; et Aristoteles philosophiam ac medicinam sorores vocat, quod sibi mutuam opem præstent. Ergo sine philosophia imperfecta est medicina; ideoque magni medici fuerunt simul insignes philosophi, ut patet de Galeno, Averroe, Avicenna, et aliis; unde, ut ait Galenus, *si quis optimus medicus est, idem erit philosophus.* De jurisprudentia quoque idem constat, cum illa sit pars quædam moralis philosophiæ, a qua desumit sua principia et argumenta, quibus leges defendit; unde Alcidamas apud Aristotelem vocat philosophiam, *propugnaculum et munimen legum;* et Cicero, *Tuscul.* V, 7, eam vocat: *inventricem legum, magistram morum et disciplinæ, ducem vitæ, virtutis indagatricem, vitiorum expultricem;* et in libro *De claris oratoribus* refert Scævolam et alios juris scientia eximios, multum adjutos fuisse a dialectica. Adde quod philosophia est clavis omnium scientiarum: sed medicina et jurisprudentia sunt scientiæ: ergo est necessaria ad utramque.

« Quantum vero ad artem militarem, eam quoque egere ope philosophiæ probatur efficaciter, tum auctoritate Scripturæ dicentis: *Melior est sapientia quam vires* (*Sap.* VI, 1), ut indicaret robur militare sine sapientiæ regimine parum valere. Tum ratione: nam militia est corpori politico, quod manus sunt corpori naturali; philosophia vero est veluti oculus reipublicæ: unde sicut oculi sunt necessarii ad dirigendos manuum conatus, ita quoque philosophia ad dirigendos impetus militiæ. Ideoque scientia politica, quæ est pars philosophiæ moralis, imperat arti militari, cujus ductu destitutæ militaris fortitudo, perniciosa quædam feritas est, ut patet in barbaris illis nationibus, Hunnis, Vandalis, Gothis et Alanis, quæ armis quidem validæ, sed scientiarum cultura destitutæ, potius greges leonum et luporum omnia vastantium fuere, quam hominum exercitus. Hinc est quod antiqui finxerunt Palladem scientiarum præsidem sub titulo Bellonæ currum Martis moderari, eamque casside, clypeo et cuspide armarunt: quam etiam Macedones, communi cum Hercule vocabulo, Alcidem, id est, fortem et pugnacem nuncuparunt, ut docerent litteras quoque armis necessarias esse. Tum demum idem ostenditur exemplo præcipuorum bellatorum, qui litteras quoque coluerunt. Sic Hercules Græcorum fortissimus in philosophia excelluit; nam apud Atlantem Libyæ regem de astris et sphæra cœlesti philosophatus est; unde fabula ortum habuit, eum ab Atlantis humeris cœlum suscepisse: idem quoque apud Chironem herbarum vim, et naturalem philosophiam didicisse fertur. Sic Achilles, ut armis aptior esset, sub Chirone philosopho et Phœnice scientias didicit. Sic Alexander ante Aristotelis discipulus exstitit, quam orbis domitor. Sic pater ejus Philippus sub Lyside philosopho eruditus est. Sic Pyrrhus Epirotarum rex Cineæ philosophi consilio impense adjutus est in bellicis expeditionibus. Sic Epaminondas, Al-

cibiades, Scipio, Julius Cæsar, alii summi duces non minus litteris quam armis excelluerunt. Circa alias artes, ut agriculturam, nauticam, etc., brevitatis causa nihil dicimus; solum notasse sufficiat cum Cicerone, lib. I *De orat.*, c. 5, philosophiam artium omnium parentem ac procreatricem fuisse; nam earum origo semper in aliquem philosophum refunditur. Ergo ex his omnibus constat philosophiam esse homini, etiam politice sumpto, et ut est pars reipublicæ, necessariam; eamque esse rerum publicarum genitricem, conservatricem, et adjutricem.

« § III.—*Ostenditur philosophiam esse necessariam homini ut est fidelis.*

« Dico tertio : Philosophia necessaria est homini ut fideli, id est, ad conservandam et propagandam veram fidem ac religionem. Conclusio intelligenda est de fide considerata non ex parte principii, scilicet Dei, a quo infunditur (nam Deus potest infundere et conservare fidem sine ope philosophiæ; imo eam stabilivit ipsa philosophia et omni humana industria renitente, per viros ignaros, ut tantum opus soli divinæ virtuti tribueretur), sed de fide sumpta ex parte subjecti, scilicet hominis, qui debet ipsius conservationi et propagationi cooperari, etiam per media humana, ut sunt auctoritas principum, severitas legum, vis armorum, et alia ejusmodi : et hoc modo dicimus nihil magis necessarium esse fidei, quam philosophiam. « Probatur in primis conclusio auctoritate : 1° Quidem Scripturæ, quæ sæpe utitur naturalibus rationibus; ut D. Paulus probat existentiam Dei ex effectibus naturalibus, ut ex pluviis, ex ordine temporum fructiferorum, et aliis beneficiis naturalibus (*Act.* XIV et *Act.* XVII) ejus præsentiam in omnibus ostendit ex ipsius operatione, eo quod in ipso vivimus, movemur et sumus; et independentiam, eo quod omnia det omnibus. Idem patet in lib. *Job* omni humanæ sapientiæ doctrinæ referto. In primis enim, ut notat Hieronymus, *Ad Paulinum : In eo Job omnes leges dialecticæ, propositione, assumptione, conclusione determinat.* Deinde physicam pene universam in medium adducit, ut meteororum generationes, pluviæ, grandinis, gelu, nivis, tonitru, fulguris; solis astrorumque naturam et conversiones, gemmarum et mineralium formationes, animantium industrias, etc. Metaphysicalia quoque non raro discutit agendo de angelis, de scientiis, de divinis attributis, de veritate, etc. Moralis vero nullibi copiosius traditur. *Psalmorum liber* philosophicis quoque abundat; nam in *psal.* XVIII, D. Thoma interprete, meteorologiam et fulminis formationem exprimit Propheta. In psal. CIII mire describit cœli ac mundi dispositionem, montium et vallium distinctionem, fontium origines, pluviarum utilitates, diei noctisque discrimina, æstatis et autumni fecunditatem, hiemis sterilitatem, quando Deus vivificum siderum influxum subtrahens, folia et fructus in pulverem, id est, materiam primam resolvit, veris calore iterum denuo resuscitanda. Frequens quoque mentio fit in aliis psalmis operum naturalium ut originis ventorum, nivis et grandinis formationis, subterranearum aquarum, quas propheta dracones vocat, et abyssos in thesauris Dei reconditas, etc. Ut non sine causa dixerit Deo : *Delectasti me in factura tua, et in operibus manuum tuarum exercebor.* (*Psal.* XCI, 5.) Idem quoque ostendi posset in aliis Scripturæ libris, præcipue in libris Moysis non mysteriis tantum, sed etiam naturali eruditione refertissimis; quorum doctrinam ideo sancti Patres dividunt in naturalem, moralem, et theologicam, ut Ambrosius, psal. XXXVI; Basilius, Præfatione ad *Proverbia*, Hieronymus, Præf. ad *Eccl.*, Augustinus, *Epist. ad Volusianum.* Unde Rupertus, lib. *De operibus Spiritus sancti*, ostendit omnes artes liberales ex Scriptura sacra erui posse. 2° Idem probatur auctoritate Patrum, qui sæpe inculcant utilitatem philosophiæ ad sacras Litteras et fidei defensionem; ut Clemens Alexandrinus, lib. I *Strom.*, ubi etiam id variis rationibus confirmat, et Augustinus, lib. III *contra Acad.*, cap. 18 : *Eruditio*, inquit, *artium liberalium, modesta sane atque succincta, et alacriores, et perseverantiores, et comptiores exhibet amatores amplectendæ veritatis, ut et ardentius appetant, et constantius insequantur, et inhæreant dulcius.* Unde idem sanctus Pater, lib. II *De Trinit.*, ait : *Non ero segnis ad inquirendam scientiam Dei, sive per Scripturam, sive per creaturam;* creaturæ enim, ut dicebat D. Antonius, sunt liber Dei, qui, ut doceret homines, duos edidit libros, unum per creationem, scilicet mundum, et alterum per revelationem, scilicet Scripturam sacram. Divus etiam Gregorius Nazianzenus, orat. 20, impense laudat philosophiam, et reprehendit eos qui pravo quodam judicio illam ut insidiosam et periculosam, ac procul a Deo avertentem, aspernantur.

« Probatur præterea exemplo sacrorum doctorum qui pene omnes in scientiis naturalibus excelluerunt. In primis antiquos patriarchas in naturalibus scientiis eruditissimos fuisse certum est. Nam ab Abrahamo Ægyptios philosophiam didicisse fertur; de Isaaco legitur in *Genesi* XXIV, 63, eum sub vesperam egressum fuisse ad meditandum in agro; id est, ut aliqui interpretantur, ad contemplanda sidera. Jacob vero dicitur habitasse in tabernaculis, quæ juxta Hebræos nihil aliud erant quam publica gymnasia; unde hunc locum vertit Onchelus : *Jacob erat vir integer et minister domus doctrinæ.* Job eximium sui sæculi philosophum fuisse constat, tum ex iis quæ supra retulimus, tum quia fertur publice scientias docuisse apud Themanetas, quod innuit Eliphas dicens : *Ecce docuisti multos.* (*Job* IV, 3.) Moysem quoque in philosophia insignem testatur Scriptura; nam *Actuum* VII, 22, dicitur : *Eruditus omni sapientia Ægyptiorum.* Et Philo in ejus Vita : *Moyses*, inquit, *post comparatas domesticorum scientias, doctissimos e Græcia, ingentibus præmiis advocatos, magistros au-*

dixit. Josue vero non minus Moysis sapientiæ, quam imperii hæres creditur. Davidem philosophiæ peritum ostendimus ex ejus *Psalmis*, unde etiam vocatur in Scriptura *sapientissimus princeps*. (*II Reg.* XXIII, 8.) De Salomone res nota est. Daniel eruditus est in omni sapientia Chaldæorum; et reliqui prophetæ humanæ divinæque sapientiæ doctores apud Hebræos semper habiti sunt. De Patribus Ecclesiæ, ut de Augustino, Hieronymo, Clemente Alexandrino, Basilio, Chrysostomo, Gregorio Nazianzeno, etc., idem ostendere in promptu esset, nisi ex eorum scriptis, quantum etiam in sapientia humana versati fuerint, innotesceret. Unde Hieronymus in *Epist. ad Magn.* enumeratis pluribus Scripturæ doctoribus, subjungit : *Qui omnes in tantum philosophorum doctrinis atque sententiis suos resperserunt libros, ut nescias quid in eis primum mirari debeas, utrum eruditionem sæculi, vel scientiam Scripturarum.* Nec soli Patres sæculari eruditione usi sunt, sed etiam ipse apostolus Paulus, qui ad Titum (I, 12), utitur Epimenidis versiculo, dicens : *Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ*, etc. Et *I Cor.* XV, 33, verbis Menandri : *Corrumpunt bonos mores colloquia mala.* Et *Act.* XVII, 28, verbis Arati, *Ipsius*, scilicet Dei, *et genus sumus.* Unde concilium secundum Turonense suam decisionem ex Senecæ sententia confirmat, can. 15.

Dans le système de Scot, les éléments métaphysiques anciens sont moins détruits par des éléments nouveaux, qu'ils ne voient ceux-ci se surajouter aux anciens. C'est Ockam qui arrivera avec son audace et son axiome : *Non entia sunt multiplicanda præter necessitatem*, pour arracher tout ce qui est inutile dans la forêt épaisse du système franciscain. Cependant déjà les éléments anciens sont singulièrement transformés dans la philosophie de Scot. L'hæccéité individualisant les êtres, ce n'est plus la matière qui a ce rôle; que sera-t-elle donc? Elle sera le principe de l'universalité et de

l'harmonie des choses. Ce principe, nous l'avons déjà dit, n'a pas de place dans le système d'Aristote et de saint Thomas; chaque chose est dans son espèce ou a son essence; chaque essence se conçoit, abstraction faite de la forme, comme prédicable d'une série d'êtres. Rien de plus. Au contraire, dans Scot, outre le principe d'individuation qui est l'hæccéité et le principe spécifique qui est la forme, il y a un *aliquid* en vertu duquel tous ces êtres se correspondent, se lient, agissent et réagissent réciproquement, s'harmonisent enfin d'une façon quelconque à travers toutes les différences et toutes les distinctions. Ce principe, c'est la matière, laquelle n'a pas d'autre fonction. Cette matière n'est pas sans doute *numériquement* la même dans toutes les choses matérielles; chaque substance en a une portion différente; mais, partout similaire, elle rend possibles des lois universelles. On comprendra maintenant pourquoi cette thèse de l'unité de matière a été si vivement soutenue. Elle se rattache dans le débat des écoles aux circonstances les plus caractéristiques de l'histoire des sciences. On se demandait, par exemple, entre scotistes et thomistes, si la matière et le ciel avaient une matière semblable, c'est-à-dire pouvaient être étudiés au point de vue de lois identiques. Résoudre ce problème affirmativement, comme le faisait l'école de Scot, c'était déjà dire le premier mot du système de Copernic et c'était nier implicitement Ptolémée. Bientôt on vint à se demander si l'incorruptibilité, la fameuse incorruptibilité des êtres célestes, tenait à leur nature toute spéciale, au genre de leur matière. Les thomistes le pensaient; mais les scotistes qui voyaient une matière similaire dans le ciel et sur la terre, étaient obligés de dire que l'incorruptibilité des astres tenait à des causes physiques et qu'elle n'était point *nécessaire*. C'était un second accroc à la doctrine de Ptolémée.

De son côté, la forme voyait sa fonction changer du tout au tout.

L'essence de l'être ne le contenant plus dans sa totalité, la forme n'était plus *ipsissima res*, l'actualité elle-même; elle n'avait plus qu'un rôle spécifique : de là de très-graves conséquences. D'une part, la matière n'était plus condamnée à être la pure et simple possibilité logique érigée en élément premier des choses; elle avait une puissance réelle, presque une puissance active. Il suivait de là que la réalité et la puissance, au lieu de constituer des termes d'une antinomie logique, qui ne peuvent jamais se rencontrer, n'étaient plus guère que deux aspects formellement distincts, mais non pas contraires, d'une seule et même réalité. L'actualité entrait dans la puissance, la puissance dans l'actualité; en d'autres termes, l'idée de la *force* ou de l'*activité* commençait à avoir un fondement métaphysique. Inutile de dire que cette conception est encore bien confuse dans Scot; elle le sera même dans le cardinal de Cusa, qui cependant lui donne un nom particulier et l'appelle *possest*; elle s'éclaircit un peu dans Jordano Bruno; mais, dès le XIVe siècle, elle permet au Philosophe subtil de nier dans son sens absolu cette formule capitale de la physique et de l'astronomie péripatéticiennes, que rien ne se meut soi-même, formule qui implique la distinction radicale des objets célestes, conçus comme moteurs, et des objets terrestres, conçus comme mobiles.

Ce n'est pas tout. La matière ayant une certaine indépendance vis-à-vis de la forme, puisqu'elle jouit de l'acte entitatif et même d'une certaine activité propre, les rapports de l'âme et du corps, dont le type est pris au moyen âge dans les rapports de la matière et de la forme, changent aussi radicalement.

L'âme n'actualise plus complétement le corps, et il y a une physiologie, comme nous l'avons déjà montré, qui n'est pas de la pure et simple psychologie. D'autre part, le corps ne détermine plus absolument l'âme; le *phantasma* n'a plus son absolue nécessité; il n'est pas métaphysiquement et rigoureusement logique de dire : *Nihil est in intellectu quod non prius fuerit in sensu.* En d'autres termes, la théorie des espèces intermédiaires et la méthode qui en est l'application, sont sapées dans leur base. Scot les admet encore, bien qu'avec beaucoup d'hésitation, de réticences, de réserves; mais la négation, et une négation parfois assez hardie, sortira de son école.

Arrêtons-nous ici. Nous croyons avoir montré quel fut le vrai rôle de la doctrine scotiste : elle n'a pas fait revivre avec plus ou moins d'éclat le réalisme; sa fonction, c'est d'avoir entrevu au delà de la métaphysique des anciens, une métaphysique différente, et de les avoir mêlées toutes les deux, sans trop se rendre compte de leur radicale différence, mais toutefois en modifiant profondément, et toujours à son insu, les éléments de l'être tels qu'Aristote les conçoit. Et cette transformation n'était pas une pure polémique sur des abstractions vides et impuissantes; elle provoque un commencement de transformation dans l'astronomie, dans la psychologie, dans la physiologie; elle est l'aube de la Renaissance.

Maintenant, quel principe, quelle tendance, quelle lumière conduisirent le Philosophe subtil à cette transformation dans les principes premiers de la métaphysique?

Nous répondrons en examinant brièvement sa théorie des formalités et celle de l'hæccéité.

C'est à propos du dogme de la sainte Trinité que Scot pose sa grande thèse des distinctions formelles; nous expliquons ailleurs ce fait intellectuel considérable avec tous les détails qu'il mérite. Scot ne pouvait reconnaître, entre les relations et l'essence divines, une distinction réelle ou essentielle (termes identiques dans la langue du moyen âge, où l'être est tout entier dans son essence); une distinction de cette nature avait été condamnée dans Gilbert de la Poree; il

lui semblait aussi qu'admettre entre ces relations et cette essence une simple distinction *de raison*, c'était absorber la trinité des personnes dans l'unité de la substance. Il pensa donc qu'il fallait, pour tout sauver, introniser dans la philosophie une nouvelle série de distinctions, les distinctions formelles. C'est ainsi qu'il fut mené à sa fameuse doctrine des *formalités*.

Celle de l'hæccéité a une origine toute semblable. Scot, ou un de ses disciples, remarque fort bien que les anciens n'ont jamais posé nettement le problème de l'individuation. Mais il se posait de la manière la plus nécessaire dans la doctrine chrétienne, puisque le dogme de l'Incarnation établit, comme celui de la Trinité, la distinction de ce qui est *essentiel* et de ce qui est *personnel* au sein de l'être. Or, une fois le problème posé, il était résolu et résolu dans un sens analogue à celui qu'adopte Duns Scot; du moins, ce n'était qu'une affaire de temps; toute solution devait se présenter, puis disparaître, jusqu'à ce qu'on arrivât à la sienne. En effet, placera-t-on le principe d'individuation dans un accident? Alors l'Incarnation n'est qu'une apparence. Dans la forme? Alors il n'y a, au fond, qu'un seul et même être; c'est la thèse de l'*unitas intellectus* combattue par Albert le Grand et tous les docteurs orthodoxes contre l'hérésie albigeoise. Dans la matière, même dans la matière signée? Alors il n'y a qu'un ange dans chaque espèce angélique. Autre proposition que la foi, ou du moins la tradition des Pères rend très-difficile à soutenir. Il faut donc, pour expliquer le principe d'individuation, sortir complétement de tous les principes péripatéticiens et quidditatifs; autrement, on se heurte au dogme orthodoxe.

Le fait déterminant, le fait saillant qui explique le plus visiblement la thèse de l'hæccéité, c'est la condamnation par l'évêque et l'Université de Paris de la fameuse proposition thomiste, qu'il y a un seul ange par espèce angélique.

Concluons donc que les deux grandes doctrines de Scot sont le résultat logique des nécessités du dogme; elles eurent d'immenses suites révolutionnaires et transformatrices dans la philosophie et dans la science; mais, prises en elles-mêmes, elles naquirent dans l'esprit de Scot du désir de concilier la métaphysique avec l'orthodoxie. C'est ainsi que l'orthodoxie contraignait la philosophie à se modifier elle-même et à marcher d'étape en étape, sans s'arrêter jamais, sur la voie où elle devait trouver enfin la Renaissance.

Et le dogme n'intervient pas seulement au sommet métaphysique du système de Scot pour le conduire aux deux théories des *formalités* et de l'*hæccéité* qui le conduisent à toutes les autres. Nous le trouvons encore dans celles-ci, par exemple, quand il s'agit pour Scot de démontrer l'actualité de la matière, la distinction de l'âme et de la forme de la corporéité, le caractère actif de l'âme dans la formation des idées et par conséquent la non-nécessité du *phantasma;* quand il s'agit, sinon de nier, du moins de transformer la théorie des *espèces sensibles et intelligibles*, de montrer qu'il ne faut pas entendre en un sens absolu l'opposition de l'acte et de la puissance, de faire voir que le ciel et la terre ont une matière semblable, divers dogmes se montrent encore. Dans son système les principes chrétiens apparaissent comme les moteurs des grandes innovations.

S'il nous fallait résumer notre opinion sur Scot, nous dirions donc qu'il commence, quoique timidement, à introduire dans le monde la métaphysique moderne, et qu'il a trouvé cette métaphysique dans la raison regardée du haut des nécessités logiques du dogme.

Chap. III. — *Des discussions entre les thomistes et les scotistes.*

Pour faire comprendre le vrai caractère des discussions soulevées entre les thomistes et les scotistes, nous nous bornerons à citer un long fragment d'un livre curieux et rare, intitulé :

Apologia apologiæ pro Joanne Duns Scoto, Doctore subtili, theologorum principe, per Hugonem Magnetum, Hibernum, ordinis Minorum strictæ Observantiæ.

« Ut amplius probet Scotum perdidisse præclara ingenia Franciscanorum, distorto ad veritatem itinere : *Et huc facit*, inquit, *illud Innocentii V, qui D. Thomæ sapientiam, vel doctrinam tenuit, nunquam invenitur a veritatis tramite deviasse; et qui eam impugnavit, semper fuit de veritate suspectus.*

« Testis mihi conscientia quam alienus sim a diminuendis D. Thomæ laudibus. Sed laudes non sunt illi gratæ, quæ in aliorum injuriam proferuntur. Innocentius obiit anno 1276, duobus annis post obitum D. Thomæ et post quintum mensem sui pontificatus, ut videre est in Antonio Senensi, Sixto Senensi, Possevino, Alberto Bononiensi, Ciacconio, Onuphrio, Bellarmino, Platina, Nauclero, Bzovio, et aliis. Statim post suam electionem, totum se convertit ad sedandos Italiæ tumultus, quæ bellis ubique ardebat; nihil eum scripsisse memorant citati auctores; vel alii quos vidérim; sed nec scribere valuit tantillo tempore, gravissimis Ecclesiæ, et pacis Italiæ negotiis, obrutus. Impostura ergo videtur, si forte dum esset frater Petrus de Tarantasia, prædicta verba dixerit, vel scripserit, ea citari sub nomine Innocentii V. Simili ampliatione quidquid ei contigit a nativitate, tribuetur Innocentio V, et sic dicitur Innocentius V rationis impos, non baptizatus, confirmatus, flagellis a magistro exceptus, etc., quia sufficit hæc aliquando convenisse personæ, quæ aliquando fuit Innocentius V, quo nihil absurdius, nec a veritate historiæ magis alienum. Eadem ampliandi libertate dici potest illa verba prolata esse a rationis impote, quia proferens, aliquando talis fuit.

« Dicendum ergo primo, si frater Petrus de Tarantasia dixit impugnatores D. Thomæ

semper esse de veritate suspectos (quod dubium est, neque enim citatur ubi hoc dixerit) ipsum in hoc errasse; neque enim defuerunt (teste Bellarmino, *De script. eccles.*) qui plusquam centum propositiones ejus reprehenderent. Secundo, juxta verba citata loquitur tantum de iis qui D. Thomam jam impugnarant; non ergo de Scoto et Scotistis, qui post illud tempus et D. Thomam floruerunt, et tunc adhuc ipsum non impugnarant. Perpende verba esse præteriti temporis, ut citatur a Bzovista; nec docet ubi apud Tarantasianum reperiantur, ut examinentur.

« Tertio, demus gratis etiam, dum pontifex esset, illud dixisse; non dixit ut pontifex, sed ut privatus doctor, nisi ostendas decretum super hoc edidisse. Sic Innocentius III, multa in Comment. Decretalium scripsit, quæ a quovis melius sapiente, refutari ac rejici facile possunt. Ita respondet Joannes XXII, extravag. *Quia quorumdam*, ad objectionem ex eodem Innocentio V sibi factam : *Non obstat*, inquit, *quod dicit Innocentius V, altam paupertatem esse, habere pauca propria propter Deum; altiorem, quæ nulla habet propria, tamen habet communia; altissimam, quæ nihil habet in proprio, nec in communi; dicimus quidem quod hoc dixit, non ut Papa, sed ut Petrus de Tarantasia.* Eodem modo respondeo, si forte dicatur Innocentius verba illa dixisse tempore sui pontificatus.

« Probat Bzovista aliquas Scoti opiniones esse censura notandas : *Gerson*, inquit, *in epistola ad religiosum quemdam Minoritam, post tract. De examine doctrinarum, non obscure invehitur in subtilitates Scoticas, ubi deplorat Joannem Scotum de Theophanis (sic eum appellare videtur), prælatum esse sancto Bonaventuræ et Alexandro Halensi.* Quam bene tibi, inter sanissimas Scoticæ doctrinæ, partes, ulcera quærenti, quadrat illud Justini, in *Tryphone* de Judæis loquentis ! *Soletis*, inquit, *sicut muscæ advolare ad exulcerata, si qua inter plurima recte dicta, exciderint, et vel unum quidpiam, quod aut vobis displicet, aut non satis intelligitis, omissis cæteris egregie dictis, reprehendere, et quantumvis pusillum sit, tanquam impietatem insectari.*

« Benigne lector, rogo, adi Gersonem, ut evidenter judices de manifesta impostura Bzovistæ. Gerson nec verbum facit de Scoto, sed dum deplorat quosdam subtiles præferri Halensi et Bonaventuræ, Scotum excludit : invehitur enim in illos subtiles, quorum subtilitas non adeo sana fuit : *Nunquid*, inquit, *non insania concedere, quod duo contradictoria sunt simul vera pro eodem instanti temporis ?* Quod nunquam asseruit Scotus, sed oppositum 1, dist. 4, quæst. 1 ; et dist. 5, quæst. 1 ; et dist. 2, quæst. 9. Asserunt autem nominales, in quos agit Gerson. Ipsum deplorare Joannem Scotum de Theophanis, prælatum esse doctoribus præfatis, et per hunc intelligere Doctorem subtilem, impudens est impostura, duo apertissima continens mendacia : unum, quia Gerson id non deplorat, ut intuenti patet ; alterum, quia per Joannem dictum de Theophanes non intelligit Doctorem subtilem, sed alium, qui aliquot sæculis eum præcessit, cujus liber *De Eucharistia* in concilio Versellensi damnatus est sub Leone IX, simul cum Berengario, qui alio nomine dicitur Joannes Erigena, de quo Baronius ad annum 1050, Trithemius, *De script. eccles.*, et auctor libri cui titulus *Brigida Thaumaturga* eum docte defendit a dicta condemnatione : *Inter recentiores*, inquit Gerson, *B. Bernardus, et Magister, cum reliquis protinus obstiterunt errantibus, sicut Petro Abailardo, Berengario, Joanni Scoto de Theophanes, Gilberto Porretano.* Vide, lector, imposturam Bzovistæ quomodo per Joannem de Theophanes, cujus erroribus obstiterunt Bernardus, et Magister, intelligi vult Doctorem subtilem, qui duobus sæculis post Bernardum, et Magistrum floruit ; cum tamen ipse fatetur, fol. seq., hunc Joannem non esse Doctorem subtilem, sed vixisse anno 889, de quo Senensis, lib. IV ; Bergomius ad annum 879 ; Antonius part. II, tit. 16, c, 2, § 3 ; Trithemius *De script. eccles.*

« Dubito multum an Bzovista Gersonem contra Scotum approbatum, in elogio de sancto Bonaventura post dictam epistolam posito, approbabit? *Nescio*, inquit ille, *si præcipuus inter omnes doctores numerandus sit Eustachius; ita enim nomen istud suum vulgatum, Bonaventuræ videor posse tradere. Ille singulariter inter omnes doctores catholicos, pace omnium salva, videtur idoneus ad illuminandum intellectum, et inflammandum affectum.* Hic forte dicet notam inuri Doctori angelico, cui Gerson Bonaventuram præfert. Sed inscite id diceret ; ipse enim sanctissimus Thomas Bonaventuræ sanctissimi doctrinam suspiciebat.

« *Asserit Gerson ibidem explosam esse Scoti distinctionem ex natura rei, quam ponit in divinis, et a pluribus theologis periculosa censetur; inter quos Gregorius de Valentia, dist* 2, *quæst.* 13, *ait esse fidei parum consentaneam.*

« Scoti nullam facit Gerson mentionem : dicit, fateor, illam distinctionem displicuisse suis prædecessoribus : tu ais eam a pluribus theologis periculosam censeri, et unum tantum adducis Gregorium de Valentia et hunc mala fide, quia non asserit esse fidei parum consentaneam, ut tu ei imponis; sed ita quibusdam theologis videri.

« Displicet illa distinctio Gersoni et Valentiæ ; ideone censura digna erit? esto dicant illi censurandum, an continuo ferenda est pro ipsis sententia, non auditis Scoto et Scotistis? Salva pace horum, de positivis optime meriti, speculativa non adeo penetrarunt. Id de Valentia mecum fatebuntur ejusdem ordinis doctores scolastici. Controversiis fidei examinandis, multum insudavit Valentia, necessitate Germaniæ id exigente ; a speculativis abstinuit, vel leviter ea tractavit. De Gersone res est manifesta : quot et quanta ipse dixerit, quæ alii censurant, non est præsentis loci tractare. Præter Scotum, et suam scholam, tenent illam distinctionem

in divinis, Durandus, 1, dist. 33, quæst. 1; et dist. 24, quæst. 2; Ockam cum suis, 1, quæst. 1; Marsilius, quæst. 6; Gabriel, 1, dist. 2, art. 1 et 3; Joannes de Rada controv. 4, qui eam in universitatibus Parisiensi, Bononiensi, et aliis communiter a viris doctis doceri, scribit: Quod et ego Parisiis vidi, ubi nihil crebrius hac distinctione defenditur in thesibus publicis professorum etiam sæcularium universitatis.

« Gerson, per quem Scotum damnas, ibidem damnat aliquam prioritatem in divinis, præter originis: tamen D. Thomas, part. I, quæst. 19, art. 1, ponit ibi intellectum priorem voluntate, et quæst. 16, art. 4, verum, priusbono. Damnat etiam asserentes ens non esse univocum entibus rationis, et entibus ad extra; tamen D. Thomas, part. I, quæst. 13, art. 5, ait non esse univocum omnibus realibus, et multo minus realibus et rationis simul. Alia ibidem reprehendit quæ a D. Thoma tenentur. Damna ergo, Bzovista, ex Gersone D. Thomam cum Scoto, vel ejus censura contempta, utrumque libera.

« Adducit Molinam impugnantem opinionem Scoti de mulieribus resurrecturis in sexu virili, quam Castro, et alii erroneam vocant. Respondeo illam opinionem falso tribui Scoto, cum sit additio ad ejus textum, ut videre est in scholio P. Cavelli in 2 Scoti, dist. 20, quæst, 2; R. P. Theodorus Smising, sacræ theologiæ lector emeritus, et provinciæ inferioris Germaniæ Pater, cujus opera in lucem edenda avide exspectantur, in comitiis ejusdem provinciæ Bruxellæ habitis, publice sustinuit, Doctori subtili talem opinionem affingere (cum non sit ejus, sed alicujus, qui additiones ad textum ejus ascripsit) mortalem esse detractionem. Sed cum magni facias censuram Molinæ, retorqueo eum in te, part. I, dist. 18, in. 2, ait tuas præfinitiones physicas (sic ille loquitur) repugnare Scripturæ, et Ecclesiæ definitionibus, et m. 3, ait eas tollere libertatem arbitrii, *ac proinde errorem continere in fide.* Tu cum tuis hujusmodi præfinitiones physicas D. Thomæ esse asseritis, et fulmen illud Molinæ, quo Scotum feriri dicitis, vestris capitibus minime timetis.

« *Quæ censura* (scilicet erroris) *a multis infligitur alteri cuidam opinioni Scoticæ, quæ asserit essentiam sacramenti pœnitentiæ consistere in absolutione; contritionem vero, et confessionem esse dispositiones necessarias; de quo Ledes. De sacrament. pœnit. cap.* 1, *conc.* 2, *docens hanc sententiam non posse his temporibus doceri, quia est contra Florentinum et Tridentinum.* Sed quia vidit suum Ledes. in hoc contemnendum, adducit Bellarminum lib. I *De pœnit.*, cap. 15, dicentem: *Si Scotus, et alii cum eo sentientes, hoc tempore superessent, Ecclesiæ definitioni acquiescerent.*

« Scotus 4, dist. 14, quæst. 4, et dist. 16, quæst. 1, ponit pœnitentiam supponere pro absolutione, admittendo contritionem, et confessionem necessario requiri. Sequuntur præter Scotistas, Major, quæst. 2; Gabriel, quæst. 2; Dionysius Cisterciensis, dist. 14, quæst. 2; Ockam, Almaynus et alii; quæ sententia vera est, et Ledesmæ censura chimærica est, sine ullo fundamento. Bellarmini quoque sententia, tot præclaris doctoribus non debet præjudicare. Quomodo autem contritio, et confessio dicendæ sint partes sacramenti proprie vel improprie, non est hujus loci docere. Vide scholium ejus quem impugnas, ad dist. 14, quæst. 4.

« Si qua hic censura locum habet, potius in tuum Soto ferenda esset, qui 4, dist. 14, quæst. 1, art. 1, ait absolutionem non esse partem hujus sacramenti. D. Thomas, part. III, quæst. 84, art. 1; et ibi Cajetanus dicunt supponere pro actibus pœnitentis: cur eos non censuras? Trident., sess. 13, cap. 3, Scoto favet, cum dicit: *præcipuam vim hujus sacramenti esse in absolutione.* Reperisti unam vel alteram opinionem inter opera Scoti, ab uno vel altero doctore privato notatam, et pro tuo zelo, eum cum ipsis damnas. Ego adduco varias conclusiones, quæ esse videntur D. Thomæ ab Universitate Parisiensi damnatas, et tu cum Cajetano procul dubio respondebis, quod non transeunt Sequanam ejus censuræ, et tamen Ledesmæ non tantum ipsius scholam, sed etiam totam Hispaniam, ipsumque Belgium inoffense pervadet censura: mira vis doctorum ejus! iniquum porro foret alios quos ad id citas celeberrimæ universitatum matri, Academiæ Parisiensi, hac in parte præferre. Prima ergo ex præfatis conclusionibus, rejecta ab hac facultate, eo quo subjicio ordine, est: *Quod Deus non potest multiplicare individua in una specie sine materia; secunda, quod non potest facere plures intelligentias ejusdem speciei, contra fratrem Thomam; tertia, quod substantiæ separatæ nusquam sunt per substantiam, error; quarta, quod alicubi tantum sunt per operationem; quinta, si ratio recta, et voluntas recta, error; sexta, post conclusionem factam de aliquo faciendo, voluntas non est libera.* Hæc et plura hujusmodi contra D. Thomam expresse, vel saltem ex communi Thomistarum sensu ipsi tribuenda, inter articulos Parisienses præmissos textui Magistri, et apud D. Bonaventuram ante libros *Sententiarum*, reperies.

« Imaginem Christi esse adorandam latria, docet D. Thomas, part. III, quæst. 25, art. 3, cor. cujus oppositum definivit septima synodus, act. 2, post Epist. Adriani, act. 3, 4, 6, et act. 7, in definitione fidei. Sed excusatur D. Thomas a multis, quod concilium non viderit; ita post alios, recens ejus commentator, doctissimus Silvius ad dictum articulum.

« Ambrosius Catherinus Dominicanus libro IV, in Cajetanum, fol. 305: *Nam et cum de irregularitate scriberet aliquando B. Thomas, contra quod postea definivit Pontifex, nullus fuit adeo pertinax, qui a Pontificis determinatione propter D. Thomæ doctrinam dissentiret. Sed recte ait commentator B. Thomæ: Quod si ea decretalis fuisset tempore B. Thomæ non scripsisset illud.* Et fol. 306: *Cum B. Thomas Papam dispensare non posse*

super voto religionis, clare docuisset, ipse tamen ejus commentator, ita contra ad verbum scribit, teneo, etc. Et paulo post : *Ex quibus constat cuilibet perspicacis ingenii, quod si tempore suo* (D. Thomæ) *Pontifex dixisset oppositum, verbo vel facto* (*ut postmodum fecit*) *quod ipsi quoque accommodasset rationem in obedientiam Sedis apostolicæ.*

« Vide ipsum Cajetanum de hoc 2-2, quæst. 88, art. 11, ubi expresse fatetur si D. Thomas vidisset interpretationem Pontificis ad decretalem, *Cum ad monasterium*, De stat. monachorum, quod illam sententiam non sustinuisset. Ratio autem D. Thomæ ibi, nempe quod semel Deo dicatum est, non posse amplius ad alios usus converti, si valet, probat quod nec calix, nec casula, nec alia hujusmodi consecrata, per Papam possint ad alios usus destinari : quod nullus admittit. Provoco te, Bzovista censor; profer, si potes, vel unam propositionem Scoti contra quam Ecclesiæ vel Pontificis decretum, aliquid definivit.

« *Unde etiamsi hactenus publico Ecclesiæ decreto præfatæ Scoti sententiæ damnatæ non sint, nemo tamen est, quin si damnarentur, fateretur jure esse damnatas.* Quis catholicorum dubitat Ecclesiam esse columnam veritatis? quis non agnoscit in damnandis sententiis quæ contra fidem esse censentur, infallibilem esse judicem? num aliquando damnavit sententias non jure? Conditionalis tua tuæ conditionem ignorantiæ prodit; non Scotum ut intendis, sed teipsum incautus mordes. Si Ecclesia damnaret aliquas sententias D. Thomæ, imo ipsius Augustini, quis, quæso, Catholicorum, non fateretur jure fuisse damnatas? cur ergo quod omnibus commune est, soli improperas Scoto?

« Bzovius postquam acerbitatis suæ virus in Scotum evomuit, et injurias, ac maledicta, in vitam et mortem ejus cumulavit, ne tot acerba convicia ex aliis adducta approbare videretur, subjungit : *Sed hæc in eum luserint alii.* Urget vindex Scoti ipsum male se excusasse; primo quod omnes scriptores Scoto faventes (ex quibus ipse 24, c. 1, vitæ ejus adduxit) siluerit; solumque Jovium, in eum iniquum, suis annalibus inscripserit; ex quo convincitur optasse, Scotum talem ab aliis æstimari, qualem eum Jovius depinxerat. Secundo, si quis alius historicum agens ecclesiasticum, omnes bene scribentes de ordine Prædicatorum taceret, et alicujus male sani scriptoris, in eum contumeliosa dicta referret; nemine interim pro contrario, adducto, convinceretur fraudulenter infamare voluisse sanctum ordinem. Sed idem est de Bzovio in casu præsenti. Tertio, infamia carmina adducit contra Scotum, nullius pro hoc expresso auctoris nomine; et edoctus per *Apologiam pro Scoto*, in secunda editione ad marginem, Sixtum Senensem annotavit, quem prius fraudulenter subticuit, ut lectori imponeret : de quo Scoti vindex, c. 4 *Apol.* Quarto, quia addidit tria mendacia iis, quæ Senensis in Scotum scripsit, ut aperte probatur, c. 5 *Apologiæ.*

« Ex quibus manifeste apparet recte P. Caverum coarguisse Bzovium, quod puerilem illam et vanam adduxerit excusationem, quasi ipse prædicta in Scotum non assereret, sed tanquam ab aliis asserta, referret. Adduxisset quidem illa : *Factum non improbo.* Sed tanquam arbiter omnibus æquus ex tanta auctorum multitudine aliquos pro Scoto loquentes advocasset, quibus eum ab injuriis vindicaret, vel saltem fidem Jovii conviciantis dubiam redderet. Hoc eum præstare fecit pro suo Bernardo Cæsaris interfectore, non candor historici, sed præoccupati affectus impulsus, et supra quam deceat historiæ universalis scriptorem, nimia suorum sollicitudo. *In eum*, inquit, *hæc alii luserint*, et Bzovista, p. 15, ait, joci gratia illud de morte Scoti a Bzovio dictum. Attende, rogo, benigne lector : Lusus sunt et joci Bzovio et Bzovistæ, sequentia in Scotum prolata maledicta :

« 1° *Christianis dogmatibus illusisse;* 2° *fidem sacrarum rerum confudisse;* 3° *immortales lites inter Christianos consevisse;* 4° *de omni jure humano, et divino dubitasse;* 5° *criminis occulti vel manifesti pœnas horrenda morte luisse;* 6° *vivum sepultum fuisse;* 7° *mugitum edidisse, et caput sibi confregisse;* 8° *ingenia Franciscanorum distorto ad veritatem itinere perdidisse;* 9° *ejus patriam excolendis ingeniis importunam, et ineptam esse;* 10° *ejus gentem vecordissimis Scythis ruditate pares esse;* 11° *ejus doctrinam, erraticam, labyrinthicam, mille viis dolosam, et sequentium in errores inductivam esse.*

« Hæc omnia lusus Bzovii cum Scoto, nimirum felis cum mure. Ad rationes quibus urgetur Bzovium inexcusabilem esse, Bzovista nec verbum dicit : sed contra id quod ait interpres : *Nugaris, Bzovi, ista pueris persuade;* occurrit probans non esse nugationem, nisi quando fit syllogismus ex uno termino in præmissis et conclusione repetito; et conficit syllogismum caballinum ex, ly, caballus, sic repetito, quia forte non retinet ex logica artem conficiendi humanum.

« Interpres : *Ostendi, c. 5, illud epigramma esse tuum*, etc. Bzovista : *Teneo leporem, caballum in quam exerrantem reduco : fatetur tandem prædicta omnia esse Jovii.* Mirabilis libido hominis ad imponenda falsa. Dicit interpres carmen illud infame esse Bzovii, et Bzovista imponit lectori, quod jam fateatur esse Jovii. *Ego* (inquit) *omnem calumniam discussi, c. 6, et quatenus intelligendum sit, explicavi.* Profundos profecto sensus ex verbis Bzovii interdum eruis, Bzovista, sed periculosos, sed piarum aurium offensivos, ut ego ibi ostendi.

« *Constat modo hisce animadversionibus quam cæco et effreni in Bzovium impetu iverit interpres, cujus libellum nemo unquam modestus aspiciet.* En modestia religiosi juvenis; qui tamen maxime cavet, si ipsi credimus, ne ullum sibi convicium excidisse videatur. Si omnis libelli inspector immodestus est, profecto Jansenius omnem exuit modestiam, qui toties procul dubio libellum aspexit. Porro non cæco (ut calumniaris) impetu, sed satis occulato et perspicaci in Bzovium ivit

interpres; quia directe scopum petiit, et confodit centrum mendaciorum et calumniarum Bzovii in Scotum.

« Petiit interpres veniam a Scotistis : *Si remissius communis magistri innocentiam, et honorem propugnaverit; si ipsius famæ detrahentem, omnibus viis justis non momorderit :* et ne de immodestia notaretur, subjunxit (quod tacuit Bzovista, solita sinceritate) : *aliqua dixi volens nolens, ut Bzovii phrasi utar, a quibus libenter abstinerem, nisi exorbitantia injuriarum, et conviciorum impellente, ad mediocrem modestamque tutelam necessaria viderentur.*

« Occurrit Bzovista sua modestia : *Tenetur, tenetur, vel hic si unquam; manifeste arguendus est; ironice loquitur, vel hypocritice. Scit quot infames contumelias evomuerit, et videri vult modestus : non ausus fuit eloqui, summe petulans, et immodestus.*

« Hæc tua modestia, Bzovista, cui nullum vel apparenter (ut protestaris) videri vis excicidisse convicium. Si hæc convicia non sunt, si maledicta, si contumeliæ non sunt, ubi invenientur? P. Cavellus lector theologiæ emeritus est, variis officiis in ordine Minorum functus; nunc vero ejusdem ordinis definitorem generalem agit, et a te juvene fratre, grammatices lectore, immodestus, et summe petulans appellatur : hoc convicium non æstimas ? quæso quid erit tibi convicium, si hoc non est ? Sed ubi convicia ab interprete irrogata ? Cur ea non profers sicut et ego tua protuli ? Hic fere finem imponis tuo maledico et infami libello : et contra contumelias, et convicia clamas, cum nullum ostenderis. Mendacia Bzovii rejicere, ejus fraudes detegere, et ejus in Scotum injurias propulsare, convicia non sunt; nec aliud quidquam præstitit interpres. Testis tuus libellus, qui nullum convicium in particulari refutat, vel refert.

« Hic finem facis propugnationis Bzovii, et transis ad Raymundum Lullum, Bzoviique in eum injurias confirmandas. Sequar te eo : sed prius refutabo quæ in tuo supplemento, contra P. Cavellum injuriose et infideliter profers, ne iterum ad hæc mihi veniendum sit. »

Examen supplementi.

« *Benigne lector, supra caput* 1, *quædam certe contumeliosa exciderunt interpreti, quæ in hanc partem extremam a me sunt rejecta. Ita ait. Dedit Deus ordini Prædicatorum sanctissimum fundatorem, dedit et celeberrimum doctorem : horum invidia non patitur talia data optima, et dona perfecta a Patre luminum ordini Minorum esse concessa.*

« Ubi, quæso, hic reperies illa contumeliosa, quæ in calcem tui operis rejecisti examinanda ? *horum invidia non patitur : Forsitan Bzovium,* inquit, *ferire putas, sed quotquot sumus innocentes acerbo vulnere transfigis.* Mox : *Horum*, inquit, *invidia. Quorum ? omnium Prædicatorum.*

« Nihil minus cogitavit interpres, quam contumeliam ullam in sanctum Prædicatorum ordinem proferre. Sed tu pro solito more minus sincere incedis. Non dicam te mentiri, sed contra mentem ire, evidentissimum est; audi, et fatere, quod negare non potes. Præmisit vindex Scoti, ibi, c. 1 : *Majores notæ profundiorisque doctrinæ Thomistas*, honorifice de Scoto loqui, sed non deesse homines crassioris cerebri qui *eum pungunt, mordent, lacerant ;* de quibus subjungit : *Horum invidia non patitur*, etc. Hæc tu vidisti, legisti, et examinasti ; et contra conscientiam non times asserere, hic ab interprete totum ordinem Prædicatorum de invidia notari : *Horum invidia : quorum ? omnium Prædicatorum.* Erubesce quod in singulis pagellis, in furto deprehendaris. Observa in posterum diligentius quod tradit sanctus Thomas, 1-2, quæst. 19, art. ex Apostolo : *Omne quod non est ex fide* (id est conscientia) *peccatum est.* (*Rom.* XIV, 23.)

« Interpres : *Sed neque ipsi Seraphico fundatori olim, maxime quoad sacratissima stigmata, tales linguæ pepercerunt.*

« Bzovista : *Videris perstringere fratrem Vincentium Justinianum antistitem conventus Valentini*, etc. Quia hic propugnat Catharinam Senensem depingi posse cum stigmatibus : et ponit ad longum, capita disputationis, quam pro hac causa edidit.

« Puerorum more larvas tibi formas, Bzovista, quas impugnes. Satis recens auctor est Vincentius, vel hoc nomine laudandus, quod plurima passus sit a suis confratribus, quia pro Immaculata Conceptione scripsit. Tu licet juvenis, eum videre potuisti ; quomodo ergo eum comprehenderet interpres sub linguis, quæ olim non pepercerunt Seraphico Francisco ? vel quomodo non parcitur Francisco, quia asseritur Catharina stigmatica ? Sed quia tibi placuit speciosam illam disputationem pro sancta Catharina Senensi tuo libello intexere, fingis contra verba citata, et rationem, interpretem intendisse fratrem Vincentium, impetere.

« Non somniavit de P. Vincentio, sed de aliis, quos ob modestiam non nominavit. Vide bullam Gregorii IX contra fratrem Euchardum ordinis Prædicatorum, qui dixit stigmata in sancto Francisco non fuisse, in *Spec. Min.*, tract. 2, f. 4, et apud Roderiguem in Bullario., bull. 8, Gregor. *Vide* eum tom. II, *Qq. Reg.*, quæst. 69, art. 2.

« Item Pontifex durius excepit quemdam episcopum, quod sanctum Franciscum cum stigmatibus depingi prohibuit, in *Spec. Minor.*, tract. 2, f. 20. Eadem de causa dedit Alexander IV aliam bullam præcipiens omnibus archiepiscopis, et episcopis, compescere obloquentes de stigmatibus sancti Francisci. *Ibid.*, f. 21.

« Non est præsentis loci ostendere, quod facile fieri posset, depingentes sanctam Catharinam cum stigmatibus, excommunicationem incurrere. Sixtus IV id per sanctam obedientiam, et sub pœna excommunicationis Pontifici reservatæ, prohibuit *ibid.*, fol. 46. Habetur bulla authentica in conventu Sancti Francisci Salmanticæ. *Vide* Roderig., in Bullario, bulla 6, data anno 1472 Rationem assignat Sixtus, quia Pius II, in bulla

canonizationis sanctæ Catharinæ, alias ejus prærogativas, et magnalia referens, nullam fecit hujus rei mentionem. Dedit aliam bullam anno 1475 ad eumdem finem, prohibens in universum, sub censuris, nemo sanctorum præter sanctum Franciscum cum stigmatibus depingeretur, sine Ecclesiæ licentia speciali : quarum bullarum censuras non esse revocatas, probat Roderigus, tom. II, quæst. 69, art. 2, et habetur in *Monum. ordin.*, 1 *impress.*, f. 140.

« Hic non est opus disputatione tam egregia pro stigmatibus sanctæ Catharinæ depingendis, ut tota multitudo confratrum tuorum, quorum texis litanias, eam approbaverit. Profecto tot approbationum necessitas, aliquod suspicionis ministrat argumentum. Unum porro necessarium erat, nempe, cum nemo diffiteatur præfatas bullas Sixti datas esse, ostendere, fuisse revocatas. Hoc Vincentius non præstitit, quia non potuit. Quo semel ostenso, omnis hac de re controversia cessaret. Quoties circa hoc litigatum in Hispania, et in Italia? quoties provocatum, ut ostenderetur authentica revocatio, qua finis litibus imponeretur? quoties in Urbe per vestros laboratum ut obtineretur? Huc usque nihil adducere potuistis, quo certo constaret de hujusmodi revocatione. Clarum est potuisse successores Sixti revocasse præfatas bullas, et censuras; quæstio non juris, sed facti est, quæ non eget magna subtilitate; non revocarunt, vel non? nos negamus, vos asseritis : et a tot annis lis hæc indecisa dependet, manentibus interim Sixtinis bullis in suo vigore, quia nihil authentice proferri potuit de earum revocatione. Si de hoc constaret, quis sanæ mentis ita contra D. Catharinæ stigmata depingenda pugnaret, ut excommunicatos assereret depingentes? qui enim pugnant, præfatis bullis se muniunt. Ut lector ad oculum videat quam recte sequeris modestiam Bzovii, et in Minores affectum, occasione mentionis de Catharina incidentis, adduco ejus dictum ad ann. 1376, num. 29, relatis tribus insignibus prælatis, qui deputati erant ad examinandam sanctam Catharinam : *Quorum*, inquit, *unus erat archiepiscopus Minorita longe doctissimus*. Subjungit : *Et quanquam Minorita ille archiepiscopus* (*quod solent aliqui de stercore ad dignitatem evecti*) *Pharisaico supercilio illius responsa primum despiceret, vellicareque argumentis doctam simplicitatem voluisset, tamen humilitate Catharinæ victus, in virgine Spiritum sanctum agnovit.*

« Qualis magister talis discipulus, tam in modestia Bzoviana, quam in affectu erga Minoritas.

« Gloriaris quod officina Plantiniana elegantibus typis excudit illam disputationem : in quo accusas fratrum Minorum negligentiam, qui impressioni non restiterunt, ut poterant virtute Bullarum Sixti. Sed in hoc laudandi quod pacem cum suo etiam præjudicio colant. Certe quæ tu ex illa disputatione Vincentina, capita adducis, non sunt tanta laude digna, imo refutatu facillima. Verum hoc a nostro instituto alienum, sicut et a tuo fuit Vincentium nobis afferre : cum meridiana luce clarius sit, interpretem de Vincentio non cogitasse. Sed prudentius illam disputationem omisisses, cum nemo ei obstiterit, quia per hæc pauca obiter dicta, constat quam male sit fundata.

« *Die* 10 *Kalend. Febr. anno* 1621, *Paulo V Pontifice Max., Ferdinando XI imperatore opt., inter decreta sanctæ congregationis Indicis relatum est, Vitam et Apologiam Scoti ab H. C. operibus Scoti apud Kerbergium Antuerpiæ, præfixas, damnatas reprobatasque censeri, donec exourgentur. O quantum fulmen!* etc.

« Gravis accusatio sine ullo teste; nonne pœnam talionis mereris, Bzovista? Unde, quæso, probas sanctam Congregationem inusisse tam gravem notam auctori *Vitæ et Apologiæ Scoti?* Tuo solius dicto, quem toties de corruptelis, et imposturis convici; ego nego falsum tuum, et contumeliosum assertum, neque negativam jure probare teneor : tu, non probando affirmativam, talionis pœna damnandus venis.

« Sed tibi supra debitum ostendo, quam parum verosimile sit quod asseris, et consequenter quam parum fide dignum. Agitastis litem de prohibenda dicta *Apologia* coram reverendissimo domino episcopo Antuerpiensi, ut ostendi in initio hujus libelli : et causa excidistis : postea nihil non egistis apud illustrissimos DD. nuntios apostolicos Belgii, et Coloniæ Agrippinæ, seu tractus Rheni, contra eamdem : sed hi pro sua integritate, et justitiæ zelo, visis excessibus Bzovii, et validissimis rationibus contra eum allatis; quibus de mendaciis, et calumniis in Scotum, convincitur; nihil vobis faverunt, iniquum existimantes, æquam Scoti defensionem impedire : si defensor excessit, prius examinandum judicarunt, an etiam aggressor magis excesserit.

« Tandem litem ad supremum tribunal transtulistis ipso, pro se, Bzovio advocante, magistro Sacri Palatii, et sacræ Congregationis secretario, ex vestro ordine, pro tribunali cum aliis, sedentibus : *Et inimici nostri* (quoad hoc) *facti sunt judices.* Quid conclusum? obtinuimus (inquis) præfatam damnationem, et prohibitionem. Itane? cur ergo non publicastis eam, ubi Scoti opera cum *Vita et Apologia* præfata venduntur? nonne in hunc finem toties litigatum, supplicatum a vobis fuit? Certe si tale decretum prodiisset, tuam ubique tanquam gloriosus triumphator, victoriam ostentare non cessares : vindicem Scoti condemnatum plenis buccis intonares. Sed rogo te, bone vir, si tale decretum emanavit, quomodo Scoti Opera cum ejus *Vita et Apologia* sibi annexis, in ipsa urbe distrahuntur, et quidem prævia magistri Sacri Palatii in hanc rem diligenti inquisitione, sine cujus consensu libri alibi impressi, ibi venales exponi nequeunt? Sed forte, Bzovista, abstrusum verborum tuorum sensum, non penetro : utar ergo tua glossandi arte, forte recte assequar mentem tuam. Aliquis fortassis ex judicibus decre-

tum illud mente intentum habuit, et hoc sufficit, te judice, ut emanasse dicatur, et insertum inter decreta sanctæ congregationis Indicis. Hujusmodi enim glossa usus fuisti, dum urgeretur Bzovius quod falso scripserit, sine ullo teste, infamia carmina (de quibus supra capite 4) ab aliquo Scoti operibus præfixa; nam respondes, pag. 35 : *Subscripsisse dici potest qui mente vel tacitus subscripsit.* De hoc suo loco egi. Sed esto unus vel alter ex judicibus illud in intentione habuit, unde reliquum sacrum senatum in idem consensisse probabis? Hæc, mi Bzovista, convincunt nullum tale decretum emanasse; aut si subreptione, falsave informatione emanavit, re maturius examinata, revocatum evanuit. Audi patienter pauca quæ dicam.

« Datum e contra est decretum a sancta Congregatione contra Bzovium, ut corrigat non ea tantum quæ in Scotum, sed et omnia alia quæ in ordinem Minorum injuriose suis scriptis asseruit. Nunc agitur ut ipsa sacra Congregatio, auditis injuriarum Bzovii capitibus, judicet quot ex eis, quænam, et qualiter corrigendæ, vel expungendæ sint. Non exigo ut credas donec rei exitus id probaverit. Exspecta parum, et videbis.

« *Minores tui, o interpres, et si tibi frons ferrea, pro te erubescunt.*

« Addatur reliquis tuis conviciis : et utri frons sit ferrea, tibi vel interpreti; et an Prædicatores tuis excessibus magis erubescere debeant, quam Minores pro Scoti vindice, æqui lectoris esto judicium.

« *Præest his* (Minoribus) *in Belgio vir tum doctus, tum modestus, quem præ cæteris omnibus scio vehementer esse commotum : ille paratissimus est, et nos promptissimi, ad pacem et amicitiam æternum firmandam, quam initam posteris reliquerunt Dominicus, et Franciscus.*

« Non præest ordini Minorum in Belgio, alius quam reverendissimus P. F. Andræas a Soto, serenissimæ Hispaniarum Infantis confessarius, quem honoris causa potuisses et debuisses nominare. Fateor paratissimum esse ad pacem ineundam, et confirmandam : sed sui ordinis illæso honore, quem ex officio, strictiori jure, tueri tenetur. Quod ais fuisse præ omnibus aliis commotum, non negaverim pro suo zelo, non potuisse tot conviciis, et injuriis Bzovii in Scotum, sacrumque Minorum ordinem, non commoveri, ac tristari de pacis turbandæ fundamentis a Bzovio jactis. Jussit ergo P. Cavellum Scoti opera expurgantem, et illustrantem, ut ipsius quoque honorem, quem Bzovius obscurare conatus est, pristino restitueret splendori. Si vos promptissimi estis ad pacem firmandam, curate prius quidquid est in Scoti honorem commissum, corrigendo tuos et Bzovii excessus, resarcire : *Justitia et pax osculatæ sunt.* (*Psal.* LXXXIV, 11.) Pacem desiderare, et justitiæ leges non servare, neque damna resarcire, etiam raptoribus, et latronibus commune est. Relinque latroni omnia, et pacem habebis cum eo; ne quæras satisfactionem, firm abis eam. Si pacem veram cupis, non auferes nostra, et quæ subripuisti restitue : et tunc simul stabimus adunati vinculo pacis. Si vindex Scoti excessit, etiam corrigatur : at prius judicio sisti debet aggressor, quam defensor.

« Væ illis per quos stat, quominus servetur pax et amicitia inter sanctissimos patriarchas Franciscum et Dominicum inita, et posteris commendata. Vidit sanctus Dominicus B. Virgine revelante, se, et sanctum Franciscum socios assignatos ad iram Dei mitigandam, et placandam : cumque postea Franciscum Romæ in basilica Principis Apostolorum invenisset : *In oscula sancta ruens et sinceros amplexus* (inquit sanctus Antoninus, part. III, tit. 23, cap. 3, § 1) *dixit :* « *Tu es socius meus, tu curres pariter mecum; stemus simul, et nullus adversarius prævalebit.* » *Visionem ei narravit, et extunc facti sunt cor unum, et anima una in Domino; quod etiam in posteris mandaverunt perpetuo observari.*

« Aggressores, ut Bzovius, et Bzovista ejus assecla, mandatum hoc violarunt. Defensores observamus : protestamurque nihil aliud a nobis intendi, quam ut repellendo vestras injurias, patrum nostrorum, et matris nostræ religionis sanctæ Minorum, honorem tueamur.

« *Sed eheu! in mortales sævisse nihil erat, nisi et divi luerent. O interpres, illum solem clarissimum angelicum Doctorem, atra nube tegere voluisti! Licuit,* inquis, *D. Thomæ, Halensis nostri ex quo* (omittit solita fraude hanc parenthesin, teste auctore *Firm. tri. ord.*, p. I *De vir. illust.*) *multa maxime* 2-2, *pie furatus est, Albertique Magni sententias deserere*, etc.

« *Benignum et plenum est ingenui pudoris* (inquit Plinius, in Præfat. ad *Histor. natur.*) *fateri per quos profeceris : e contra obnoxii et imbecillis ingenii est* (quo ille crimine plerosque scriptores sui temporis damnat) *deprehendi malle in furto quam mutuum reddere.* Hoc videtur te tangere, Bzovista, qui desumpta ex Halensi ipsi negas, non Doctorem angelicum, qui id minime negaret.

« Sanctum Thomam plurima ex Halensi hausisse palam est. Id docent Tossinianus lib. III *Histor. Seraph.*, auctor *Firm. tri. ord.* qui ante 120 annos floruit; Sedul., in *Vita sancti Bonaventuræ.* Gerson, I part. *Epist. de laud.* D. Bonav., testatur divum Thomam dixisse quod theologiæ studiosus, in solo Halensi inter doctores se exercere deberet, et subjungit : *Testantur scripta sancti Thomæ*, 2-2, *quam intimum sibi fecerit, et familiarem, illum quem laudabat doctorem Alexandrum de Hales.* Brulif., in Prolog. *Sent.*, edito ante 120 annos: *Magister Alexander de Hales, a quo multa recepit D. Thomas; fere quidquid scripsit in* 2-2, *ab Alexandro habet, ut patet intuenti.* Sed et experientia hoc ad oculum patet, conferenti secundam 2. D. Thomæ cum *Summa virtutum* Alexandri, de quo statim. Hæc testimonia supra posui. Facit ad hoc quod habetur carmine panegyrico præmisso editioni *Summæ* Halensis, Nuremb., ann. 1482, ubi de eo dicitur :

Quo duce præmonitus, in prælia doctor Aquinas, etc.

« *Sed dic, amice, qui sacras reliquias pio affectu furaretur, vere fur esset. Nonne ergo, et tu divum Thomam, cum pie sit furatus, furem appellas? Testor cœlum, et Styga, nihil majus ore posset excidere impio.*

« Respondeo: Talis, fur non esset, quia in vera theologia pietas vera non est, si injustitia est. Si injuste furatur, pie non furatur; si pie, et juste : tu nec pie nec juste adversario oris impietatem objicis. Nihil minus voluit, quam divum Thomam, quem pie colit, furem appellare. Tu sic intelligis, qui nec logicam nec theologiam calles. De theologia jam dixi, secundum eam, si vera pietas adest, injustitiam abesse. De logica scias, illam particulam, *pie*, distrahere, et alienare, *furtum*, seu, *furatus*, a sua propria significatione. Unde male infers, pium furtum est, ergo furtum est. Sicut si inferres, homo mortuus, vel homo pictus est; ergo homo est. Sancti leguntur piis fraudibus usi, sed impie inferres : ergo fraudulenti fuerunt. Vide Doctorem subtilem 3, dist. 6, quæst. 2; et dist. 11, quæst. 2; et lib. I *Elench.*, quæst. 35. Vide etiam ipsum 1, dist. 36, num. 8, ubi ex Philosopho II *Periher.*, docet particulam distrahentem afferre oppositum significatum sui determinabilis. Unde secundum Philosophum, prædicando de aliquo, homo mortuus, est implicatio in adjecto, nimirum si in rigore logicæ sumatur. Ly, *pie*, additum furto, est particula distrahens, ut patet. Augustinus lib. *L Hom.*, hom. 23, de Magdalena loquens : *Vidistis*, inquit, *mulierem*, etc., *non invitatam irruisse convivio, ubi suus medicus recumbebat, et quæsivisse pia impudentia sanitatem, irruens quasi importuna convivio*, etc. Quæro, Bzovista, appellavitne Augustinus Magdalenæ accessum, vel quæsitionem, impudentiam? impudentia tantum id asseret. Addendo ergo ly, *piam*, nihil reliquit impudentiæ; alienavit terminum a sua significatione. Absit ut vere impudentem, vel importunam vocet, quæ per gratiam vocata, ad Auctorem gratiæ cucurrit : gratiæ opus impudens non est, importunum non est, etsi oculis insipientium ita aliquando videatur. Disce, Bzovista, piam impudentiam, non esse impudentiam, nec pium furtum, furtum. Ne accuses falso interpretem, quod vocet D. Thomam furem, ne damnes Augustinum quod Magdalenam vocet impudentem, utrumque, vel neutrum damnabis. Item Augustinus, lib. III *Confess.*, cap. 4, loquens de perversis, quibuscum agebat : *Inter quos*, inquit, *vivebam pudore impudenti, quia talis non eram.* Hic particula, *impudens*, addita pudori, nihil relinquit pudoris : pudere enim te quod mala non facias, pudor non est, sed impudentia : sic econtra pium furtum, furtum non est, sed justa rei usurpatio.

« Testetur igitur lector an perjurii reum te facis, qui cœlos et inferos in falsitatis testimonium adducis. Et qua religione, etiam per dæmones jusjurandum confirmas : quod Dei proprium est diabolo attribuens, eo profundi lapsus, te convicia præcipitarunt : *Abyssus* enim *abyssum invocat in voce cataractarum tuarum.* (*Psal.* XLI, 8.)

« *Denique ut alius quidpiam illo vetustior pene eadem scripsisse videatur, non dicendus est vir angelicus, rem alienam mutuatus esse; ad quod convincendum insero judicium Bellarmini, qui de secunda parte doctoris sancti ita censet. Mirum est valde quod magna pars primæ secundæ, et secundæ secundæ inveniatur iisdem fere verbis in primo et tertio libro Speculi moralis Vincentii Bellovacensis : et quidem non videtur potuisse Vincentius Speculum suum ex doctrina, et verbis divi Thomæ sumere, cum ipse obierit anno* 1256, *teste Antonio Senensi ex Vasæo, in Bibliotheca PP. Prædicatorum, et divus Thomas obierit anno* 1274, *et in extrema ætate Summam Theologiæ confecerit. Neque ullo modo credibile est D. Thomam Summæ suæ partem secundam, eamque nobilissimam, ex alio hausisse. In his angustiis nihil mihi occurrit, nisi Speculum illud morale, forte non esse Vincentii Bellovacensis, sed alicujus auctoris posterioris, qui forte Vincentius etiam diceretur.* Ex qua auctoritate probat Bzovista nihil sanctum Thomam, ex aliis auctoribus hausisse, quod posset dici pium, vel impium furtum.

« Ego verius ostendo, et Vincentium et D. Thomam ex Halensi maxima ex parte ista hausisse, et in primis cum aliqua eisdem verbis reperiantur in variis auctoribus (ut in hoc casu, secundum Bellarminum) manifestum est, posteriores sumpsisse ex prioribus. Ostendit doctissimus, et piissimus Bellarminus pium affectum erga D. Thomam, ut ipsi ascribat nobilissimam partem suæ *Summæ. In his angustiis*, inquit, *nihil occurrit*, etc. Videt tamen defensionem nihil valere. Trithemius, Possevinus, Antonius Senens., Gesnerus, *Bibliotheca classica*, sanctus Antoninus, Bzovius, Bergomens., Albertus Bononiens., lib. IV *De vir. illust. ord. Prædicatorum*, et alii, ponunt illud *Speculum* esse Vincentii Bellovacensis, et nullus asserit esse alterius Vincentii; sine fundamento ergo id scribitur. Si aliquis alius *Speculum* illud confecisset, quomodo omnes, qui de librorum auctoribus scribunt, hoc præteriissent? minutulos auctores recensent, et auctorem operis tam eximii negligerent? si tantum quod verisimile, est credibile, hoc moraliter incredibile videtur. Itaque si magna pars 1-2, et 2-2 iisdem verbis habetur apud Vincentium et D. Thomam, ut ait Bellarminus, et tu admittis, illa potiori jure Vincentio, quam D. Thomæ ascribi debet.

« Sed cum eadem magna ex parte reperiantur apud Halensem immutata, ut patet intuenti et conferenti *Summam* ejus *de virtutibus* cum dicto *Speculo*, et 2-2 D. Thomæ, et is antiquior utroque fuerit, Vincentio ad minus undecim annis (obiit enim an. 1245, ex Possevino, Bellarmino, Gonzaga, Rodulpho, Marco Ulyssiponensi, Henrico Willot, et Vincentius, ut dictum est, an. 1256), ipsi potiori jure opus tribuendum, quam Vin-

centio, vel D. Thomæ. Potuit nihilominus D. Thomas merito ex suo magistro haurire ea, et sui ingenii vigore, et excellentia, eadem ampliare, et confirmare; quod fecit, et sine periculo furti, quia nihil abstulit invito domino : cui enim magis optaret piissimus magister suam doctrinam communicatam, quam sanctissimis discipulis, seraphico et angelico Doctoribus? Hæc mea conjectura est, si quis solidiora fundamenta pro parte altera protulerit, libens acquiescam. Dignius plane, et angelici Doctoris honori magis congruum, et suo præceptore irrefragabili Alexandro de Hales, quam ex Vincentio, sua desumpsisse. Pauca hæc quæ hac de re dixi, provocatus hic posui, et ut testeris tu cœlum, non Styga, *aliquid majus ore posse excidere impio*, imo in actu secundo excidisse tibi hic graviora.

« *Quot convicia tibi exciderint? quam aspera in ordinem sanctum? in Doctorem angelicum? quam acerba in confratrem Prædicatorem? qui cum esset Thomista, ut hoc tibi concedam, innocue jocatus est.* Semper clamas de conviciis interpretis, et nullum nominas. Optime locutus est de ordine sancto, et de Doctore angelico; nihil unquam contra eos dixit, ut ostendi supra in examine capitis 1. Concedis Bzovium innocue jocatum in Scotum; ergo (ut ipse prius de furto intulisti) jocatus est; quantum autem Annalium ecclesiasticorum scriptorem in re seria jocari dedeceat, nemo non videt. Hic itaque ex tua logica contra te probatur Bzovius jocatus. Ego vero supra, c. 11, examinavi hos jocos, et non jocos, non lusus, sed letalia vulnera censeri debere ostendi : eo lectorem remitto.

« *Hoc scilicet stipendium viri bene meriti de ordine Minoritarum. Bzovius ergo de hoc bene meritus? confidenter assero; non bene tantum, sed et optime.* Et probat quia laudat sanctum Franciscum, et multos ex ejus ordine.

« Qui se Ecclesiæ universalis annales scribere profitetur, et a te quasi antonomastice, Ecclesiæ historicus vocatur : non potuit sancti Francisci et suorum laudes ex toto silere, sed in hoc culpatur Bzovius, quod obiter, et per transeunam, gesta eorum laude digna tractet, clarioribus eorum factis silentio prætermissis, et in iis quæ vituperanda censet nimium hæreat, et multa falsa immisceat. Eum vocas Ecclesiæ historicum : alii tamen judicant sub hoc titulo chronistam sui ordinis agere, quia alia plerumque omittit, vel levissime tractat, comparatione facta ad ordinis sui gesta, quibus singulas suæ historiæ partes ita replet, ut vix discernere queas alios ordines, aliquid præclari in Ecclesia præstitisse, hoc maxime confirmant ea quæ pro liberando Henrici VII peremptore Bernardo Dominicano, a figmento, ut ipse ait, ei imposito, copiose produxit.

« Ut autem appareat, quam affectuose, et sollicite de ordine nostro tractet Bzovius, R. P. Veglen., *Apol.* in ipsum, sequentia notat, ex quibus, velut ex ungue leonem, genium ejus agnoscas.

« Primam mentionem de sancti Francisci asseclis ad an. 1213, n. 12, factam ait per os diaboli ad interrogationem sancti Dominici; an. 1215, n. 16, Franciscum undecim sociis stipatum describit; an. 1217, n. 9, asserit Deum consolatione affecisse eum ob suorum fratrum inobedientiam; an. 1218, describit ingressum Bernardi Quintavallis primi socii sancti Francisci atque primi omnium Minorum in ordine : mox, accessum secundi, Petri Catanei, tum tertii, quem vocat B. Moricum.

« In quibus notandum primo describi sanctum Franciscum an. 1215, n. 16, cum undecim sociis, quibus comitantibus ab Innocentio III, an. 1216, petiit instituti confirmationem; tamen an. 1218, eum nullum socium habuisse, sed tunc acquisisse primum, secundum, tertium : quærendum ergo, si an. 1218, acquirit primum socium, quinam erunt illi undecim an. 1215 habiti, et an sint priores primo socio sancti Patris, necne. Falsum esse B. Moricum fuisse tertium socium sancti Francisci; neque enim inter duodecim socios locum habuit; tertius fuit Fr. Ægidius ex Bonaventura c. 3 *Vitæ S. Francisci*, et Bartholomæo Pisano, in *Conformit.*, car. 46, de quo *Chron. ord.*, et lib. *Firm. tri. ord.* Tertio, narrat desolationem sancti Francisci ob inobedientiam fratrum, et hoc, si ipsi credimus, antequam haberet fratres. Item reprobationem plurium Minoritarum a diabolo prædictam. Item petulantiam et inobedientiam fratrum; et hoc ante an. 1218, quo anno, secundum Bzovium, tantum habuit sanctus Franciscus tres, sed bonos fratres. Hæc Veglensis, ad an. 1331, n. 11, ait Joannem XXII secutum Fratres Minores in errore de visione beata usque ad diem judicii differenda; et Prædicatores fuisse primos impugnatores illius, et hoc, nullo teste. Quod quam falsum sit, manifeste patet ex scriptis Ockam, II part. *Dialog.*, tract. 1, ubi late impugnat hunc errorem respondens omnibus adductis a Joanne XXII; alii Minores, maxime quotquot erant aversi a Joanne XXII, in hunc errorem acriter sunt invecti. Nemo præter Bzovium eos illius erroris inventores fecit. Herwartus in *Syllabo errorum Bzovii in Bavaria* ad an. 1253, ostendit fratrem Bertholdum virum miraculis clarum, apud Ottonem Bavariæ ducem magnæ auctoritatis, falso suis Dominicanis ascripsisse, cum tamen Franciscanus esset; quod etiam testantur *Annales Bajorum*, lib. VII. Idem, ad an. 1326, coarguit Bzovium, quod in injuriam Ockam, et aliorum Fratrum Minorum, Æmilium falsificat. Ostendit etiam mala fide eum imputasse Fratribus Minoribus in communi, quod minus recte fiebat a paucis eorum, tempore turbarum quæ excitatæ sunt inter Joannem XXII, et Ludovicum X, plura hujusmodi afferre brevitas non sinit. Hæc pauca ex multis clare ostendunt, quo affectu Bzovii calamus in minores ducatur, quamque male mereatur stipendium, quod ipsi ab eis deberi contendit Bzovista; debemus tamen ei multum, quia tenemur benefacere his qui

oderunt nos, et orare pro persequentibus, et calumniantibus nos, regula ex Evangelio id nos docente (*Matth.* v, 44), et Bzovio pro persecutore se gerente.

« Adducit censuram P. Joannis de Carthagena ord. Minorum, qua approbat ut dignissimam *Historiam* Bzovii, licet in ea legerit, quæ de Scoto scribit. Respondeo ipsum non legisse singulas operis Bzoviani partes, nisi sumas pro generibus singularum : si enim legisset quæ in suum ordinem durius scripsit Bzovius, incredibile est quod ipsius historiam approbaret. Habebat P. Carthagena opera gravissima elaboranda, nec vacabat omnia Bzovii opera perlegere sine gravi temporis jactura. Legebat forte in eis hinc inde aliqua dormitabundus post refectiones, quando somnus obruit et a gravioribus studiis vacatur. Præterea non erat, quod Bzovii fidem suspectam haberet. Si autem attente cuncta perlustravit, procul dubio censuram non dedit, nisi accepto prius promisso de Bzovii excessibus corrigendis, cui statum non est. Ad hoc adducor, quia si vidisset vir ille doctissimus, excessus Bzovii in Scotum et ordinem universum; non poterat sine gravi imprudentiæ nota, tali censura data, non timere justam ordinis, et fratrum indignationem; quam ut evitaret, attentis Bzovii excessibus, illam minime concessisset; vel, ut dixi, Bzoviano promisso est deceptus.

« Dices : P. Carthagena absolute ait se legisse opus Bzovii; ergo totum, et attente legit. Respondeo : Loquitur more censorum, quorum magna pars fidunt auctoribus, dicuntque se legisse, nempe per alios; sic principes, et reges suis litteris dicunt se hæc vel illa examinasse, discussisse, partes audivisse, etc., quæ omnia per ministros faciunt. Si hæc non placet, accipe secundam solutionem, de promisso non adimpleto.

« Possem tertio respondere si tua glossandi libertate uti liceret, ipsum absolute opus legisse, esto unam tantum particulam legerit. Vindex Scoti arguit falsitatis Bzovium, quod dixerit relatis operibus Scoti, aliquem infamia carmina eis præmisisse, cum tamen uni solum fragmento præmissa fuerint : Et tu respondes, p. 35 : *Bzovium locutum per synecdochen, ut dici solet, membrum unum dolet, cætera membra dolent.* Hoc modo possem ego dicere Carthagenam locutum per synecdochen; et sic per totum opus, intellexit tantum partem, quam legit. Vel dici potest totum opus legisse, quia forte totum mente tacitus intendit legere; quia ut ipse supra dixisti, *subscripsisse dici potest, qui vel mente tacitus subscripsit.* Sed hujusmodi glossis tuis, quæ doctum quemlibet vel primo statim aspectu offendunt, uti nolo.

« Postquam rejecta sunt, quæ in Scotum ejusque vindicem invidia ore minus modesto exspuit, si brevitas pateretur, optarem hic subjungi posset pro laudibus Scoti, ejusque virtutibus publicandis, panegyricum æternæ memoriæ ac famæ ejus, ab eruditissimo domino Nicolao Vernuleo sac. theologiæ licentiato, in celeberrima academia Lovaniensi, publico eloquentiæ professore, viro et pietate, et litteris ornatissimo, dictum; cum id fieri nequeat, adjungo ex eo in laudem Scoti flosculos aliquos, in quibus colligendis, inopem me copia fecit. Quæcunque enim scribit Vernuleus, vernantes rosæ sunt, flores sunt, dulciora super mel et favum : ut quid in eis magis admirere, pietatem, an facundiam, non facile queas judicare. Scoti humilitatem, modestiam, obedientiam, contemplativi et extatici spiritus gratiam, eloquentia mirabili describit, pauca ex eo hic placuit subjicere in confirmationem sanctitatis, et angelicæ puritatis Joannis Scoti, pag. 25, sic loquitur : *An non,* inquit, *vice quadam, ea nocte, quæ natalis Christo fuit, cum divinum illud admirandæ Incarnationis mysterium attonita mente contemplaretur, benignissimus illi Jesus apparuit, ejus brachiis dulcissimum onus incubuit, in ejus collum iterum atque iterum repetitis amplexibus insiluit, ejus animum suavissimis vocibus solatus est, et recreavit?* Antea, p. 10 : *Tuus est, o Hibernia, Scotus, quem tibi urbs tua celeberrima Dun, tanquam æternæ gloriæ pignus quoddam et ingeniorum omnium miraculum, genuit.*

« Pag. 26 : *Audeo dicere, et vere dicam, non poterat non esse sapientissimus Scotus, qui id primum contenderat, ut esset sanctissimus.*

« Et pag. 29 : *Quis, inquam, illo doctior fuit aut esse potuit? nullum scientiarum genus, in quo non fuit versatissimus, nulla sapientiæ pars quam non accuratissime cognovit.*

« Pag. 32 : *At vero non philosophorum ille tantum princeps exstitit, verum etiam theologorum phœnix.* Et pag. 33 : *Invideant et etiam invidia sua rumpantur, qui volunt; fuit Scotus sapientiæ magister, theologicæ subtilitatis doctor, reconditorum arcanorum perscrutator, summarum ubique difficultatum prudentissimus enodator.*

« Pag. 35 : *Testor hic te, et te appello, o cœli, ac terræ Regina (nam hunc animum tuo auxilio, et hanc doctrinam tuo Scoto procurasti) an non Immaculatæ Conceptionis tuæ honorem in terris per Scotum ipsa defendisti? an non ejus gravissimos pro te conflictus semper probavisti? an non pro te pugnaturo vires et animum semper addidisti?*

« Pag. 37 : *Quanquam ut non tam meo, quam doctissimorum hominum ore Scotus laudetur, prodeant in medium ac loquantur : ac in primis universalis illa mundi historia, nunquid Scotum velut alterum Apollinem, et præ cæteris theologis, subtilissima opera edidisse testatur? Loquatur Sabellicus, nunquid neminem Scoto subtilius divinas tractasse litteras affirmat? Loquatur sanctus Antonius, nunquid subtilia scripsisse eum, et jure meritissimo subtilis Doctoris nomen reportasse, scribit? Loquatur Sixtus Senensis, nunquid virum admirandæ eruditionis subtilitate præditum appellat? Edat hic vocem Trithemius, et Scotum in divinis Scripturis studiosum et eruditum, inque Aristotelis philosophia doctissimum: adeoque profundum, ut ejus c*

paucis intelligi penetrarique scripta possint proclamabit. Audiatur summum illud purpuratorum Patrum decus Bellarminus, et Scotum acutissimo ingenio præditum appellabit. Prodeat Hector Boetius, et Scotum tantæ eruditionis theologum exstitisse testabitur, ut ejus ingenio sæculum illud censeri possit indignum. Adsit Antonius Possevinus, fatebitur profecto in Aristotelis philosophia ita Scotum præstitisse, ut cæteris omnibus disputando palmam præriperet; ita sanam ejus omnem doctrinam fuisse, ut hanc usque ætatem per annos amplius trecentos, ejus sine ullo erroris nævo libri permanserint inviolati. Evocetur Guillelmus Worillon : « Non, inquit, quemquam in terris puto tuas, o Scote, laudes dignis celebrare sermonibus posse, quem mater Universitatum, Parisiensis, suo in flore tot inter doctorum turmas, « subtilis » nomine insignivit et cui Coloniam adventanti universus obviam clerus processit. Tua dicta communem transcendunt facultatem, tu inquisitor maximus veritatis, tu redargutor falsitatis, tu veri arca, tu legum summa, tu rerum comperta sanctio. »

« *Alios innumeros nihil attinet citare, qui omnes uno ore proclamabunt illustratam a Scoto subtiliter philosophiam esse, et theologiam feliciter auctam. Dicent etiam et testatum toti orbi esse volunt, eruditionis humanæ non miraculum tantum, sed terminum etiam, Scotum exstitisse. O quot, o quanti, o quam admirandi ab hoc magistro discipuli prodierunt!* etc.

« Quibus eloquentissimi viri aureis dictis addantur sequentia aliorum scriptorum in Scotum elogia. Volateranus (*Anthropol.*, lib. XXI) Universitatem Parisiorum *a Scoto fuisse magnopere illustratam* affirmat. Joan. Major (4, dist. 38, quæst. 10) *humillimum, apostolicum, pauperrimum, summo tamen pontificatu dignum* prædicat. Bergomius (*Supplement.*, l. XIII) *theologorum subtilissimum, et alterum Apollinem* appellat. Episcopus Rossensis (lib. VII *Hist. Scot.*) *nihil tam difficile, quod Scoti ingenium penitus inspicere, et clare aperire non potuerit*, testatur. P. Jac. Granard, Soc. Jesu (tract. *De Immac. Concept.*, disp. 3, c. 14) *primum inter scholasticos doctorem, propugnatorem, et propagatorem Immaculatæ Conceptionis* vocat. D. Petrus Besseus doctor Sorbon. et regius orator, *Serm. fer.* 3 *Hebd. sanctæ : Joannes Scotus Doctor subtilis nuncupatus, celebris hujus Sorbonæ surculus et propago, Fransciscanorum columen, orbis denique honor et gloria.*

« Pater Salazar, Soc. Jesu (*De Immaculat. Concept.*, c. 13 et 42) *omnibus theologis Immaculatæ Conceptionis auctorem, maximumque vindicem exstitisse, et Parisienses in hanc sententiam traxisse* asseverat. P. Joan. Pined., Soc. Jesu (*Advert. ad privil. reg. Arag.*) *ingenio acutissimum, Virgini devotissimum, ejusque miraculosum defensorem* proclamat. P. Ojeda, Soc. Jesu, auctorem decreti Parisiensis pro Conceptione, ait (*Informat. pro defens. Immac. Concept.*) esse *magnum Scotum, quem gloriam Seraphicæ religionis*, appellat. Bernard. Busti (Offic. Concept. lect. 4 diei) *ab ipso Christo Parisios ad Mariæ propugnationem, destinatum* ait. Rioche (lib. IV, c. 84) *in omni scientia profunde peritum*, dicit. Pitzeus (*De script. Angl.*) *non tam hominem acie mentis stupendum, quam inter philosophos quemdam deum*, nuncupat. Episcopus Senogal. (lib. III *Hist. seraph.*) *in nullo unquam, vel tantillo errore reprehensum*, asserit. Scaliger (Exerc. 324) *limam veritatis* nominat. Cardanus (lib. XVI *De subtilit.*) quis subtilior, *an Aristoteles, an Euclides, vel Scotus*, dubitat. Card. Sernanus (*Epist. ante Ant. And.*) *Scotum inter theologos, solem inter astra, qui coævos, priores, et posteriores subtilitate superavit*, pronuntiat.

« Ant. Andreas (*Metaph.*, quæst. 12 fin.) *totum mundum sancta profundaque doctrina replevisse*, tradit. Bargius (*in* I *Sent.*) *sanctæ, profundæ, et infallibilis doctrinæ*, doctorem nuncupat. Joan. Ragus., Dominicanus (apud Canis., *Lect. antiq.*, t. III, p. 2) *præ altitudine doctrinæ antonomastice Doctorem subtilem recte vocari*, docet. Jacobus Breullus (*Antiq. Paris.*, p. 704) *æternæ memoriæ ob eruditionem hæreticorum impietati retundendæ, tam opportunam*, agnoscit. And. Thevet (*De vir. illust.*, lib. III) *uter plus auctorisatus, Thomas an Scotus*, indecisum fatetur, et ingeniosum quemque communiter, *Scotum vocari*, ait. Sebast. Veron. præpos. Friburg. (*Chron.*, ad an. 1295) *philosophorum, et theologorum omnium acutissimum*, nominat. Herwartus (*Syllab. error. Bzovii in Germania*, ad an. 1294) *nulli philosophorum, aut theologorum, subtilitate vel pietate secundum; primum Immaculatæ Conceptionis in gymnasiis propugnatorem, et academiæ Coloniensis inceptorem*, constituit. Greg. de Pomo Aureo (*Epist. ad illust. card de Monte Elpano*) : *Scoti ingenium* (inquit) *sine exemplo maximum, et ingeniorum fontem appello, in quo id præcipuum, quod nec ante illum, quem imitaretur, nec post illum, qui eum imitari posset, invenit.* Ockam nominalium magister, et Scoti summus impugnator (1, dist. 2, quæst. 7), *alios omnes in subtilitate judicii excelluisse*, scribit. Picus Mirand., postquam dixisset in unaquaque familia aliquid esse insigne, non commune cum cæteris, descendit ad præclarorum doctorum insignia, quorum omnium primum constituit Scotum : *Ut a nostris* (inquit) *ad quos postremo philosophia pervenit, nunc exordiar, est in Joanne Scoto vegetum atque discussum; in Thoma solidum et æquale*, et postea ponit, Mayronium, Albertum, Henricum. Ubi etiam adducit (*Apol. pro quæst.* 1) quosdam art. Parisienses, contra certas opiniones D. Thomæ, refertque quasdam contradictiones, vel retractationes ejusdem. Andreas de Vega (*De justificat.*, quæst. 12) *ingenium felicissimum, et doctrinam catholicam, singularem, et præcellentem judicat.* Gillius Lusitanus (lib. I *Theol.*, *epist. ad lectorem*) eum acutissimum vocat, et in ordine cæteris doctoribus præponit.

« P. Leonardus Lessius pietate et doctrina

præclarus : *Nemo est* (inquit in *Censura Oper. Scoti*, apud Kerberg. Antuerp.), *qui nesciat Scotum esse cotem ingeniorum et limam subtilioris theologiæ ac philosophiæ, quæ semper in scholis et eruditis disputationibus maxime triumphare consuevit*. Stephanus Fermon professor Parisiensis in Præfat. *Metaph.*, impress. an. 1520 : *Beatissimum puto Joannem Duns Scotum omnium consensu subtilissimum*, etc., *cujus viri quo disciplina est acutior eo* (*tanta est ingenii dexteritas*), *fecundior, commodior, magis succulenta*. Jodocus Hond. in *Atl. Merca.*, p 58 : *Quantum ad scholasticas de rebus sacris disputationes, nullus Scoto acutior, exactior, perfectior invenitur*. P. Bernard. de Soria, in *Report. impr. Paris.* anno 1517, apud Graimon, sic de Scoto canebat :

Scotus adest fidei lampas, Christique Sibylla,
Interpresque Dei, castrum insuperabile veri,
Scriba Jovis, mundique oculus, conviva Tonantis.
Non illum secreta Jovis, non alta deorum
Consilia, extremique poli, non signifer orbis,
Non natura parens, non angulus ullus Olympi,
Non lex ulla Dei, non pagina sacra, nec ullæ
Cœlorum ambages latuere; sed omnia rimans
Ingenii claro penetravit acumine cuncta.

« Eximius D. Dominus Andreas du Val urbis Parisiensis lumen et Universitatis columen, celeberrimus doctor ac professor regius in tract. quem nunc in schola Sorbonica dictat *De Immaculata Conceptione ; Scotus*, inquit, *hujus Immaculatæ Conceptionis acerrimus fuit vindex et propugnator, tantamque huic sententiæ fidem comparavit quantam nullus alius*. Ibique refert eumdem a sacra facultate accersitum *ut coram doctoribus suæ sententiæ rationem redderet :* ubi ducentis argumentis contra Immaculatam Conceptionem adductis *tanta sententiarum ubertate satisfecit ut omnes in suam sententiam traxerit et per totam Academiam victor proclamatus fuerit, et theologiæ Facultas edixerit ne opposita doceretur, et post aliquot annos mandaverit, ne ullus lauream doctoralem capesseret nisi prius jurejurando se Immaculatam Conceptionem pro viribus propugnaturum promitteret : quod et nunc inviolabiliter observatur*. Et citat Pelbartum, lib. II *Stellarii*, p. I, art 3; idem habent etiam P. Joan. de Pineda, P. Ojeda, citati cap. 5 *Vitæ Scoti*, et Bernard. Busti in Officio Conceptionis, per Sixtum IV approbato; Manganellus et Joannes ab Incarn., statim referendi.

« Thomas Bosius Scoto ut principali auctori tribuit institutionem aut potius restitutionem festi Conceptionis Immaculatæ. Idem habet Manganellus in *Vita Scoti* ante expos. *in Cant.* qui etiam testatur per plateas et parietes conscribi de Scoto et publica voce proclamari encomia hæc : *Scotus devotus Virginis, et defensor Immaculatæ Conceptionis*. Nec incassum operam hanc navavit Scotus et vitam in obsequio beatissimæ Virginis impendit, quæ servum hunc suum in terris illustravit tanto honore, ut caput suum sacratissimum supra choros angelorum exaltatum, Scoto in terris inclinare dignaretur, cum ante ejus imaginem Parisiis flexis genibus et fusis precibus sese disputationi accingeret pro Virginis puritate, ut testantur cum episcopo Osmensi, P. Pineda, Joanne Bapt. Lozana, et Gregor. Roiz, cit. cap. 3 *Vitæ Scoti;* Christophorus Morenus *De puritat. Virginis*, cap. 4; Don Pedro de Quintanadveñas nobilis Hispanus eques aur., in suo libro *Suppl. ad illustriss. princ. de Nivers. pro ord. Milit. Immacul. Concept.;* Ludovicus de Manganellis, cit. In cœlis etiam coronatum diademate beatorum, et aureola doctorum insignitum, singulari benevolentia amplexatur eumdem suum defensorem B. Virgo, ut in sua *Apocalypsi* testatur B. Amadeus, cui hæc angelus revelavit. Hanc autem beatitatis coronam Scoto jam in terris degenti pollicitus fuit humilium et pauperum dives præmiator Christus Dominus, cum in forma pueri Scoto Incarnationis arcanum mysterium contemplanti apparuerit, ut habent Morenus et Manganellus cit. cum Joanne ab Incarnatione, in *Vita Scoti*, ante suum I *Sent.*, et Anton. Cucarus, episc. Acernens., in *Lucidario Virg.*, p. II.

« P. Ludovicus de Manganellis Neapol. et theol. professor, in *Vita Scoti* præfixa discursibus *in Cant.* inter alia multa et egregia encomia Scoti ait : *Cum speculatione sanctitas atque beatitudo manifesta conjuncta erat, non quod canonizatus fuerit, sed in quantum nobis suæ sanctitatis homines, et angeli, et opera ejus testimonium perhibere videntur. Non desunt homines plurimi qui eum sanctum vocent*, etc. *Angelus etiam sic testatus est nobis in* Apocalypsi *B. Amadei fratris ejusdem ordinis, quando erudiens ipsum Amadeum de sacramento altaris, monuit ut in ejus difficultatibus cum Scoti doctrina consuleret, dicens : « Sentias de ipso secundum modum quem scripsit unus doctor ordinis tui qui est plenus sanctitate, quia primus* (332) *gladium suum exemit pro Conceptione Immaculatæ Virginis matris ac reginæ nostræ; et ostendebat angelus Joannem Scotum,* » etc. *In ipsa etiam* Apocalypsi *de ejusdem etiam sacramenti difficultatibus loquens idem angelus ostendit Scotum, cum diademate beatorum in capite, et aureola doctorum. Ibi etiam idem angelus loquens de Scoto dicit : « Amicus noster, quem Regina nostra multum diligit, quia eam publice defensavit.* »

« Hæc ille. Beatus autem Amadeus quem hic citat, fuit filius comitis Portalegranensis, Sixto IV a confessionibus, portentum sanctitatis et austeritatis vitæ, ut videre est apud Rodulphum lib. II et III *Hist. seraph.* et Marcum Ulissiponensem in *Chron. Minor.*, scripsit *Apocalypsin* ingens volumen suarum revelationum, quod servatur in celeberrima bibliotheca regis Hispaniæ apud Sanctum Laurentium del Escurial.

« Sed quid istis immoror? Si omnia Scoti elogia scribere vellem, integrum libellum edere

(332) « Primus scilicet in restaurando principium et defendendo piam et antiquam opinionem. »

necesse esset. Ex adductis clarissimorum scriptorum testimoniis liquido apparet, quam juste vindex Scoti coarguerit Bzovium, quod prætermissis omnibus auctoribus de Scoto præclara loquentibus, quos ubique obvios habere potuit, unicum Jovium suspectæ fidei scriptorem, in eum debacchantem, secutus fuerit. Ut finiam loco conclusionis subjungo ex eloquentissimo Vernulæo a quo exordium sumpsi, pag. 45 : *Quid convicia et calumnias tractant? sua ipsi falsitate jacent. Quanquam ne arenam rursus meditemur, ubi victoriæ certitudo jam triumphum adornavit; jacet etsi frendet invidia. Ceciderunt calumniæ, rejecta sunt ingeniosa et invidiosa commenta, et jam ex operosis operibus, ex portentosis voluminibus, et ingloriis illis libris, quidquid in Scotum invidia excogitavit, quidquid calumnia evomuit, quidquid armatus livore calamus consignavit, delendum est, exterminandum, et æternæ oblivioni tradendum est. Ita veritas ipsa, comprobavit, voluit, præcepit. Adeo jam orbis universus tibi, Scote, libera voce, et manu applaudit, tibi, inquam, invidiæ victori, sapientiæ regi, theologiæ principi tropæum æternæ memoriæ, et immortalis famæ libenter erigit.* Si tot clarissimorum virorum encomia non compescent prurientes in calumnias calamos, plura non desunt, quibus adversarius Scoti persuaderi poterit, plus forte prodesse livorem suum, quam aliis a se nocere. »

Examen capitis 12, tractans ea quæ concernunt Raymundum Lullum.

« Vindex Scoti coarguit Bzovium quod minus pie Raymundum Lullum, quem ut sanctum martyrem a Balearibus populis, Majoricæ et Minoricæ incolis, coli non ignoravit, *perditæ memoriæ hominem* appellaverit. Esto in aliquibus forte humana fragilitate erraverit; cum sanguinem pro Christo effuderit, pie censendum est labem illam diluisse. Sic Augustinus, epist. 48, longe ante finem, affirmat sanctum Cyprianum erroris, de rebaptizandis iis qui ab hæreticis baptizantur, nævum ubere charitatis cooperuisse: *Et si quid in eo erat purgandum, falce passionis purgasse.*

« Bzovista hic se exercet in Lullum : et in primis reprehendit quod intulit vindex Scoti, secundum Bzovii computum, Lullum fuisse centum annorum quando ivit ad Saracenos prædicatum fidem.

« Non est mihi animus hic multum inhærere. In urbe intelligo esse, Lullianæ causæ procuratores, qui tuas injurias repellent; neque est quod eos præveniam, breviter tamen paucula dicam. Jactas quod inconcusse probaveris Lullum fuisse centum annorum, et amplius, quando ad prædicandam fidem se contulit ad Saracenos : sed nihil probasti, præter improbam acerbitatem qua ais interpretem, neque arithmeticam callere, neque historiæ intelligendæ, vel conciliandæ studuisse; quod statim videbis tibi verius quadrare. Affers quidem qui cum Bzovio dicunt Lullum vixisse anno 1311. Item qui dicunt errores sub nomine ipsius damnatos anno 1260. Sed non probas cum Bzovio fuisse 40 annorum, et amplius, antequam Parisiis grammaticam addiscere incepisset. Ex hoc enim Bzovii asserto, conjuncto cum illo, quo asserit Lullum vixisse anno 1311, intulit interpres centum fuisse annorum, cum ad Saracenos penetrasset, quod videtur parum credibile. Subtrahe ad mentem Bzovii ex annis mille ducentis sexaginta, 40 vel amplius annos, quos habuit Lullus antequam inciperet grammaticæ studere; item tempora studiis impensa antequam erroneos libros edere posset : tempora etiam transacta antequam errores detegerentur, examinarentur, ad Pontificem deferrentur, et ab ipso mature discussi condemnarentur anno præfato 1260; et reperies juxta Bzovii computum, natum Lullum circa annum 1200, atque adeo fuisse annorum centum duodecim, vel eo amplius, quando ad Saracenos perrexit prædicaturus fidem : quod merito absurdum judicavit interpres. Tu vero probas quia aliqui dicunt eum scripsisse anno 1260 et etiam ann. 1311, ex quo non magis infertur fuisse centum, quam mille annorum, quando ad Saracenos profectus est.

« At probas ex Zuyngero in suo *Theatro* qui ait eum *multa opuscula scripsisse ann.* 1333 *et*, 80 *post annis*, *Epistolam ad Robertum Anglorum regem*. Arguis interpretem quod non studuerit intelligendæ historiæ: ego rectius te arguo quod non studueris examinandæ historiæ. Si ita Zuyngerus habeat, qui ei credet, levis est corde. Jungendo hoc cum dictis Bzovii, scripsisset Lullus, dum esset ducentorum tredecim annorum. Tu magnus historiæ judex, non judicas hoc esse commentum, quia tuo intento deservire judicas. Nullus fuit rex Angliæ nomine Robertus, cui Lullus coævus esse posset, sed neque ullum reperio inter reges Anglorum hujus nominis; de quo videri possunt, Parisius, Walsingam, Hoveden, Nubricensis Cambdenus Locum Zuyngeri non citas; forte ne examinetur.

« Asseruit interpres ex Gonzaga, P. Daza, P. Lope Paes, et constitutionibus Tertiariorum, contra Bzovium, Lullum fuisse tertii ordinis Sancti Francisci, non merum laicum. Contra hoc arguit Bzovista, quia vocatur a nonnullis eremita, et Eymericus vocat eum mercatorem. Respondeo. Lullistæ, ut scis, vocant Eymericum, falsificatorem. Eremitam fuisse compatitur cum statu tertii ordinis, qui similis est eremitico; et ideo per bullam Pauli V (habetur in privilegiis FF. de Pœnitentia, editis Lugduni anno 1614 in fine) datam anno 1613 : Nemo in Francia potest habitu eremitico indui, vel uti, sine prælatorum tertii ordinis licentia.

« Sed interpres non asseruit Lullum simpliciter, et absolute religiosum esse, cum quo stat personam fuisse ecclesiasticam, non laicam. Ita de tertiariis Sancti Francisci, licet tria vota non emiserint, tenet Joannes Capistranus, tract. *De examin.*; Petrus de Waldis, *De canonica episcoporum*, citans Baldum et Angelum; Aufrerius *De potest. sæcul.*, reg. 2, n. 29; Sylv. expresse, v. *Ecclesia*, 1, in

fine, id ait de tertiariis Sancti Francisci, et Sancti Dominici etiam conjugatis. Late Rodriguez, quæst 65, art. 5. Eremitas etiam esse personas ecclesiasticas, tenet Sylv. et Aufrerius, citat.; Rodriguez q. 63, et alii. Lege tu Ovidii *Metamorph.* et Virgilii lib. *Æneidos*, et ex his docebis nos quid circa hoc habeant sacri canones. Ægre fers quod tertii ord. S. Francisci religiosi dicantur qui vota essentialia non emittunt, vel regulam approbatam, quæ religiosos simpliciter facit, non profitentur : *Et hi quoque* (inquis) *annalibus vestris inserantur*. Cave ne videaris ex invidia loqui. S. Franciscus ordinem illum instituit, Ecclesia approbavit, quare ergo ejus professores in *Annalibus Franciscanorum* non insererentur? Nonne in *Annalibus Prædicatorum* mentio fit de tertiariis Dominicanis? qui dicunt sanctam Catharinam Senensem nullam regulam omissis essentialibus votis professam, nonne tuo argumento, vestris annalibus, vestroque Ordini, eam eriperent? an id æquo animo patereris? sed audi quid modo circa hoc occurrat.

« S. Antoninus, III part. tit. 23, cap. 14, § 2, referens quomodo S. Catharina Senensis intravit collegium sororum tertiarii ordinis S. Dominici, subjungit talem vivendi modum, a sancto Dominico in partibus Tolosanis institutum ; ejus personæ gladio expugnabant hæreticos, quos sanctus patriarcha verbo expugnare non poterat. Expugnatis autem hæreticis, *remanserunt* (inquit) *in illo modo partim religioso, cum uxoribus suis* (*nota*), *quæ mortuis viris continenter degebant, et aliæ utriusque sexus virgines, et viduæ, illis adhæserunt, vocati fratres, seu sorores de pœnitentia B. Dominici, quorum regulam approbavit Innocentius VI*. Hunc pium vivendi modum dicunt (et videtur colligi expresse ex sancto Antonino) professam sanctam Catharinam Senensis, qui simpliciter non facit religiosos. Neque apparet tertiarias S. Dominici factas vere religiosas, usque ad bullam Julii II, directam ad cardinalem Cajetanum anno 1509, qua ei conceditur, ut tertiariæ hujusmodi collegialiter viventes, in manus ipsius, vel deputatorum ab ipso, emittere possint tria vota : sed Patres Dominicani adhuc dubitabant an essent vere religiosæ, et ideo supplicarunt, pro remedio, Paulo III, a quo obtinuerunt per bullam an. 1542 datam, suas tertiarias, præmisso probationis anno, emittentes tria vota fieri vere religiosas, et ad matrimonia inhabiles. Allegabant Sixtum IV similem concessionem fecisse pro tertiariis S. Francisci, ann. 1480; de quibus vide doctissimum Rodriguez tom. III, quæst. 72, art. 2, ubi ponit horum Pontificum concessiones, quarum defectu ait tertiarias Augustinianorum et Carmelitarum nullo modo esse vere religiosas.

« Si hæc ita sunt, quæso, Bzovista, ne ægre feras nobis ascribi nostrisque annalibus inseri qui tertiariam regulam S. Francisci professi sunt (quorum multos in album sanctorum relatos nosti), esto in rigore vere religiosi non fuerint, et ad matrimonium inhabiles, vel sanctam Catharinam Senensem, omnesque alias tertiarias S. Dominici usque ad Paulum III, tuo ordini eripe, tuisque annalibus expunge.

« Spatiaris longe latequeper currens errores Raymundi Lulli, et multos contra ipsum congerens auctores, sed suspectos fere omnes, quia Eimeryci confratres. Jam dixi alios argumentum hoc latius tractaturos, quibus ego id relinquo. Sufficientem tamen modo reddo responsionem per modum provisionis. Nullum adducis auctorem, nisi tuo Eimeryco (qui Lullum bulla falsa damnasse convictus videtur) recentiorem, ex quo mediate vel immediate omnia contra Lullum desumpta sunt. Eimeryco autem de falsitate damnato, corruunt testimonia ipsum sequentium.

« Adduxit interpres in favorem Lulli P. Vasquez, part. I, dist. 133, c. 4, ubi multa habet pro defensione doctrinæ Lullianæ, et condemnatione Eimeryci, quod per falsam bullam agit in ipsum, quæ ob brevitatem omitto.

« Pater Antonius, Daza magnus antiquitatum scrutator, nunc in curia Romana dignissimus commissarius ordinis Minorum part. IV, *Chronic. Minorum*, ad longum ponit processum, cum omnibus circumstantiis, quo definitive damnatus est Eimerycus, per Rever. dominum Bernardum, episcopum Castelli, ex commissione cardinalis Alamani, in regno Aragoniæ legati, quod bullam illam, qua Lullum damnavit, confinxerat. Item adducit Bellarminum testantem quod viderit librum secundo editum de præfata sententia, aliaque multa continentem pro defensione Lulli; et Ecclesiam, nihil adhuc in hac causa egisse, sed tam dictum librum, quam Eimeryci directorium, ubi agitur contra Lullum, libere adhuc legi. Adducit etiam Patrem Pinedam Societatis Jesu dicentem magnam esse spem obtinendi in favorem Lulli, supremi judicis Vicarii Christi, sententiam.

« In libro Statutorum tertiarii ordinis Sancti Francisci Italice edito a R. P. Antonio a Sillis qui postea fuit tertiarii ordinis generalis, Romæ impresso, habetur Raymundus Lullus inter beatos tertiarii ordinis; et ibi ponitur ejus effigies; et P. Loppes Paes eum ponit inter viros illustres tertiarii ordinis. P. Hugo Carbonellus prædicator generalis, epistola præmissa arti memoriæ artificialis Lulli : *B. Raymundus Lullus*, inquit, *ex tertiario ordine S. Francisci, quæ gratis a Deo susceperat, gratis posteris reliquit*. Mox : *Ejus opera quidam spreverunt, quidam e medio penitus deturbare conati sunt, quorum malignos et temerarios ausus*, etc. Adjunxit insuper suspectum fuisse Bzovii calamum in Lullum propter duo : unum, quod Lullus Franciscanus, Eimerycus ejus adversarius, Dominicanus : quodque hic damnaretur si ille non denigraretur; alterum, quod librum lepidissimum pro Immaculata Conceptione scripserit Lullus.

« Ad hæc fere nihil Bzovista respondet; sed ad sententiam in Eimerycum latam :

Verum enimvero, inquit, *non licuit Bernardo, nec legato ipsi, privata sua auctoritate, Eimerycum de falsitate damnare; sed res tanti momenti ad Pontificium tribunal agitanda erat.* Quis sanæ mentis non præsumat, potius te temere judicare, quam legatum apostolicum, præfatum reverendissimum episcopum, cæterosque magni nominis viros, qui astiterunt (processus enim habitus est cum maxima solemnitate, convenientibus Aragoniæ proceribus), sine sufficienti auctoritate sententiam in Eimerycum protulisse? cur non appellavit Eimerycus, si non agnovit auctoritatem? eo non appellante, transivit sententia in rem judicatam, c. *Cum inter*, De sent. et re. judic.; et tamen Bzovius, et tua sinceritas, Lullum sic sententialiter liberatum, damnatum proclamatis, et perditæ memoriæ hominem, damnatæque doctrinæ reum facitis; neque semel mentionem hujus sententiæ, in ipsius favorem latæ, neque scriptorum qui eum propugnant, sponte vel leviter attingitis, ut lector, si rem alias ignorat, deceptus, nihil pro Lullo afferri posse arbitretur.

« Sed ut clarius constet quam parum curetis veritatem ubi affectus distrahit, et quam liberare adversariis imponatis, et vestris parcitis ubi id e re vestra futurum judicatis, pro justa Lulli defensione, subjungam sequentem corruptelam a Bzovio contra ipsum factam, qua viginti quatuor pestilentissimas hæreses Raymundi Neophyti Dominicani, in Raymundum nostrum sub æquivoca nominis usurpatione magis callida transfert. Quod vero Neophytus ille Dominicanus fuerit, patet ex Registro Gregorii II, anni primi, fol. 225, et probat Pegna part. II *Direct.*, com. 52, satis fuse. Bzovius tamen pro suo candore, ad ann. 1372, n. 14, non tantum institutum subticuit (quod etiam eodem candore ante fecit Eimerycus part. II *Direct.*, quæst. 27), sed etiam omnes errores sui confratris Raymundi Neophyti, ascribit nostro Raymundo, licet apud Eimerycum, ex quo eos desumpsit part. II, quæst. 10, ascriptos suo Neophyto viderit; relatis enim erroribus, quos Eimerycus tribuit Lullo part. II *Direct.*, quæst. 9, et posita bulla condemnationis eorum subjungit :

« *Hæc Pontifex Gregorius post annos 4, de libris Lullianis sanciebat, cum hoc anno, omnibus inquisitoribus datis litteris*, p. 131, *ut illos alios jam examinatos damnatosque exurerent, præcepisset; necnon ipse eo ipso anno, Raymundi Neophyti* (tacet statum) *libros hæreticales reprobasset*, pag. 197, *in minori volumine an.* 2 Secretorum. Quasi furtive hujus sui Raymundi mentionem facit, eoque tantum fine, et subdola intentione, ut si urgeretur de impostura, posset dicere aliquo modo se intendisse loqui de neophyto, quod tamen manifeste falsum est, ut intuenti patet. Statim enim relatis erroribus Lulli, et eorum condemnatione, incipit, sic a linea : *Scripsit Raymundus librum* De invocatione dæmonum. Hunc tribuit ipse Lullo ad an. 1260, quem tamen Penna supra probat esse Raymundi Dominicani. Et ad marginem ponit majusculis : *Hæreses in opusculis Lulli contentæ.* Translatis sic in Lullum, sui confratris perniciosissimis hæresibus, subdit : *Præter istos articulos non deerant sectatores Lulli, qui alios quoque errores his temporibus assererent; et sunt infra scripti.* Et in margine majusculis : *Alii Lullistarum errores numerantur.* Et in indice nullam facit sui Raymundi mentionem, sed omnes errores in nostrum Raymundum jactat.

« Hoccine est agere historicum Ecclesiæ; falsitatem manifestam pro veritate obtrudere; infamem corruptelam pro historia scribere; annales Ecclesiæ, qui nihil nisi solidum et constans continere debent, hujusmodi imposturis, quasi lepræ cujusdam (ut de Cajetano Catharinus dixit) admistione fœdare? Columna veritatis abhorret falsitatem; et odit Deus omnes qui operantur iniquitatem, et perdet omnes qui loquuntur mendacium. (*Psal.* v, 7.) Remitto lectorem ad loca citata in Bzovio et Eimeryco, ut videat ad oculum infames imposturas, quibus visis, obstupescet, quod tam fœdæ corruptiones, annalibus titulo *Historiæ ecclesiasticæ* ornatis, inseri permittantur.

« *Cum Bzovio, et te ipso, quia utrumque graviter læsisti, visis hisce scholiis in amicitiam redi, palinodiam cane tot conviciorum, et tunc, si jubes, taceo.* In amicitiam redeat qui ejus leges violavit, et palinodiam canat, qui falsa scripsisse et convicia evomuisse convincitur; æquus lector visa hac tui refutatione, non Scoti justum vindicem, sed Bzovium injustum aggressorem, teque ejus asseclam, ad utrumque damnabit. Amicitiam cum Patribus Prædicatoribus illæsam servamus, quibus tuos Bzovianosque excessus minime imputamus; quod non dubitemus quin eis, sicut et omnibus bonis, displiceant: vobiscum etiam quam violastis, restaurare cupimus, si prius, ut justitia exigit, illata nobis damna resarcire curetis.

« *Ad lectorem.* — Dedi in initio hujus responsionis, benevole lector, rationem scriptionis meæ; dixi in ejus decursu pro magistri mei P. Cavelli, sed præcipue pro Joannis Duns Scoti, totius ordinis, cujus sum membrum, licet indignum, doctoris, justa defensione, quæ occurrerunt, jure naturæ, quo magistros revereri ac tueri tenemur, id suadente; si asperius adversarii excessus aliquando rejeci, et verbis minus politis, refutavi, rogo æqui consule, et imputa ei qui imperitum, et politioris litteraturæ ignarum, ad scribendum lacessivit; hac ratione sibi veniam deberi contendit Rufinus contra Hieronymum paulo post princ. : *Quia*, inquit, *non alios accusamus, sed nosmetipsos a maledictis purgare contendimus; et ideo studemus ut non tantum sermo, quantum veritas luceat. Eloquentiæ copia*, ut cum eodem loquar, *requiratur ab eo qui ad culpandum vel vituperandum cucurrit; qui vero objectas a se depellere maculas cupit, necessitate sibi responsionis imposita, non quam eleganter et ornate,*

sed quam vere respondeat, cogitabit. Rudioris styli, et incomptæ orationis reum ipse me pronuntio; an autem dictionis ruditati conjunxerim veritatem, et incompta oratione solidas adduxerim rationes, judicem te constituo. Non offendaris, quæso, hac nostra contentione; angeli Persarum et Judæorum contendisse leguntur (*Dan.* x, 13); Petrus et Paulus suas habuere lites (*Galat.* II, 11 seq.); Paulus et Barnabas dissensionibus non caruerunt (*Act.* xv, 39); Hieronymus et Augustinus contra se mutuo dimicarunt (S. Aug., epist. 19; S. Hieron., epist. 89, 93, 97); Chrysostomus et Epiphanius quæstionibus et dissidiis se exercuerunt (apud Surium, t. I, fol. 687). Alteram partem vel forte utramque litigationis nostræ, ignorantia subinde excusat, quamvis in multis adversariam inexcusabilem esse ostenderimus. Ego de me protestari possum si offendi, ex malitia minime offendisse, indignus ergo venia non sum, si peccavi. Tradidi quæ hic scripsi, viris intelligentibus, et Deum timentibus revidenda et examinanda, quos rogavi si quid offenderent contra Dei legem, vel animæ meæ salutem, inculpatæ tutelæ limites transiliendo, libere expungerent. Diffidebam enim in causa propria, meo judicio. A convitiis, ni fallor, abstinui, et injuriis; nisi talia vocentur, adversarii contumelias, convitia, falsitates, et corruptelas detexisse et refellisse. Necessitas nos tuendi imposita est invitis: rei sumus, non actores; defensores, non aggressores. Scotum a Bzovio defendit Pater Cavellus, ego ipsum, a Jansenio. Omni jure nobis favendum, donec altera pars suam probet intentionem; probabit autem ad Kalendas Græcas. Belli finem, pacem, cum adversario prædicatore, alias confratre dilecto, avide optamus; quia tamen *justitia et pax osculatæ sunt* (*Psal.* LXXXIV, 11), damna honoris injuste nostris illata, juste resarciri petimus. Si autem calamo iterum nos impetere velint, non transeant perfunctorie, neque dissimulent quæ pro nobis adduximus, sed singula refutent, si possunt, eamdem mensuram a nobis accepturi, quam et in hac responsione observare curavimus. Tu interim, benevole lector, utriusque partis rationes æqua lance pondera, et pro meritis causæ juste judica. Vale in Christo Jesu.»

Refutatio additionum, quibus P. Nicolaus Jansenius suum libellum contra *Apologiam pro Scoto*, ejusque auctorem, auxit in secunda editione, qua eum ut Appendicem adjunxit tertio tomo *Annalium Bzovii.*

« Postquam præmissa jam ad prelum parassem, accepi notulas quibus Bzovista suum libellum auxit secunda editione, novo adjecto titulo Appendicis ad Bzovium, quibus breviter hac appendicula respondere operæ pretium duxi

« Bzovius, cap. 1: *Cunctanter*, inquit, *et trepide posuit* (Scotus) *sententiam de Immaculata Conceptione, ita ut nihil asserat.* Ostendi oppositum supra cap. 1, ubi demonstratum est mala fide te locum Scoti citasse vel potius corrupisse; quod si Medina oppositum de Scoto asseruit, ex verbis ejus supra adductis, errasse convincitur. Verum tamen ut clarius innotescat uter amborum divus Thomasne an Scotus fluctuaverit et trepidaverit in sententia de Immaculata Conceptione, audi testem illis sæculis viciniorem, Carolum Fernan. in suis Comment. super *Carm.* Gaguini de eadem Immaculata Conceptione, fol. 2: *Thomas*, inquit ille, *Aquinas, quem et scientia et moribus mirum in modum excelluisse non negamus, eo tempore viguit quo Ecclesiis non paucis Virgineæ Conceptionis celebrandæ consuetudo probatissima fuit; quod cum virum doctum sanctumque minime lateret, eadem qua prisci viri quos supra memoravimus, dubitatione fluctuavit; adeo ut in variis locis, varia imo contraria sensisse negari non possit. Quique aliter atque nos dicimus, rem sese habere credunt, ejus viri scripta non satis studiose legisse videntur. Interim tamen non defuere qui clarissimam Virginem omni semper caruisse macula citra dubitationem omnem liberius asseverarent. Fuit in hac sententia Joannes Scotus, ejusque imitator Thomas de Argentina, aliique plures quorum recensere nomina nihil attinet.* Hæc Carolus, quem tibi nisi iterum hic lacesseres, non ostenderem; tria enim inter alia palato tuo injucunda et amarissima pocula tibi propinat, primum testatur, ut vides, D. Thomam in hac quæstione dubitabundum fluctuare ac contraria sibi docere; Scotum autem citra omnem dubitationem in sua sententia stabilem perseverare. Secundum, tuum Vincentium de Castronovo cum complicibus male tortum ibidem videbis, ipsum enim asserit Gaguinus indomitum et ferum hostem, dirum ostentum, e Stygio lacu genitum, vultu quidem ovem, introrsum autem sævam viperam, hæresis notissimum auctorem, ac propterea dignum quem cum suis libris dira fulgura feriant. Hæc repetit et approbat Carolus, addens Vincentium prædicatorculum petulantissimæ linguæ, garrulum fuisse et immanem belluam. Tertium, ibi videbis utra pars litigantium de Conceptionis mysterio constantius et utra pertinacius procedere censenda sit? Quod testimonium (quia tibi parci non permittis, toties negotium facessens, ut quod semel aut iterum in honorem tuum tacitum est, vel ab invito produci provocas) in medium proferre lubet: *Præter solos*, ait ille, *prædicatores qui nescio qua ducti pertinacia, in contraria persistere sententia malueruut, vix inventus est quisquam qui gloriosissimæ Virginis Conceptionem originali macula fuisse fœdatam, contendere vellet.* Præter hæc, plura reperies apud hunc auctorem quorum te pudebit. Ego ea prætereo, quippe qui neque hæc ipsa, nisi invitus, tibi ostendi.

« Ibidem improbas quod Scoti vindex universitatem Coloniensem Scoto coexstitisse, magnoque honore ipsum affecisse asseruerit cum multis annis, postea ipsa instituta fuerit. Respondeo scholam Coloniensem tunc exstitisse et per Scotum magna ex parte ad

eam perfectionem promotam, ut universitatis titulo decoraretur. Sic intelligendi auctores per ipsum ibi adducti, cum dicunt fundamenta illius universitatis per Scotum jacta primum fuisse. Hi sunt Rodulphus, lib. III *Hist. seraph.*, Henricus Willot in suis *Athenis*, Gulielmus Worillon in epilogo 4 *Sent.*, Paulinus Bertinianus, Augustinianus in *Epist.* Scoti Operibus præmissa, Joan. Pitsæus, decanus Liverdunensis, in Lotaringia, *De scriptor. Angliæ*, Hervuartus cancellarius Bavariæ in *Syllabo errorum Bzovii*, ad an. 1294, et alii.

« Bzovius, cap. 3: *Legatur Gerson* (tom. IV, lec. 1, consid. 5, littera C), *et constabit utrum in Scoto sit densa et spissa obscuritas.* Legi illam consid. 5, et reperi Gersonem magna cum laude de Scoto et Scotistis ibi loqui : valde ei displicet et reprehendit quod *formalizantes erigunt aciem intellectus ad rerum quidditates intuendas, denudantes res materiales suis accidentibus, ut sunt locus, figura, tempus et similia, quatenus his abstractis velut veste remaneat nuda quidditas, et sic se mentis oculo repræsentet.* In hoc non magis reprehendit Scotum quam D. Thomam, ejusque sequaces et omnes logicos et metaphysicos (præter nominales), qui hoc modo considerant naturam a suis singularibus abstractam. Vide D. Thomam in multis locis suorum Operum, denudantem naturam a suis conditionibus individuantibus, et palpabis eadem reprehensione, quantum ad istud cum Scoto involvi.

« Reprehendit etiam Gerson ibi eos qui in pertinaci unius doctoris defensione vel impugnatione hærent, et positiones aliorum de facili judicant repugnantes, nec laborant pro earum concordia. Et hac occasione laudat devotum Bonaventuram qui sic non faciebat, sed varias positiones purgabat et uniebat. Et consid. 2, reprehendit quod theologi, maxime regulares, his vel illis magistris ita se addicant ut ægre ferant si quis dicat hunc vel illum doctorem non bene sensisse. In his meo quidem judicio plus ferit thomistas quam ullos alios, quia omnium ægerrime ferunt, si suo magistro contradicatur, adeo ut clament taliter contradicentes *semper esse de veritate suspectos;* jurant etiam solemniter in verba sui magistri quod Scotistæ non faciunt.

« Sub dicta consid. 5 (Scotus, 1, dist. 2, quæst. 1, et ult.), *potest vocari hæc distinctio virtualis, quia non habet rem et rem, sed quasi virtualiter duas realitates et* (dist. 3, lib. III, quæst. 1) *si arguas : Maria in primo instanti est justa; dico quod non : sed neque intelligitur injusta, et abstrahentium non est mendacium*, etc. Nec aliud circa hoc dicit, nisi quod brevius dixisset Scotus non esse ibi distinctionem formalem. Secundum locum de Maria, et obscurius multo, et longe aliter quam apud Scotum est adducit; ibi enim clare et pulchre explicat doctor, quomodo licet prius natura competat Mariæ carentia gratiæ, quam gratia; nunquam tamen fuit actu privata gratia : similem pulchram doctrinam habet 2, dist. 1, quæst. 1, explicans qualiter creaturæ prius natura conveniat non esse, quam esse; idque verum esset, licet haberet esse ab æterno. Homo in primo instanti naturæ non est risibilis nec irrisibilis, quia pro illo instanti neutrum horum ei convenit, sed pro secundo instanti naturæ Mariæ debebatur carentia justitiæ, et actu ea careret, essetque pro eodem instanti injusta, nisi daretur ei gratia, ut factum est. Et qui hujusmodi instantia, signa, et prioritates tollit e medio, scholasticam theologiam simul destruit, et viam explicandi varia fidei mysteria.

« Sed adhuc audi quam alienus sit Gerson a tuo de Scoto judicio : *Placuit*, inquit, *hujus doctoris* (Scoti) *inter cæteros meminisse, quoniam ipse non singularitate contentiosa vincendi* (nota Bzovista), *sed humilitate uti, mihi visus est; et si doctoris istius mentio repellatur ab altero, ipse viderit quam vere et sobrie id faciet. Ego nec scio, neque præsumo, aliter dicere quam quod resolutio Scoti, et suorum, stet cum pietate fidei, et essentiæ divinæ unitate.* Adduxisti, Janseni, hunc auctorem recte in caput tuum; præsumptuose asservisti voluisse eum Scoti laudibus detrahere, qui *nec scit nec præsumit aliter dicere*, quam quod conformiter ad fidei veritatem Scotus sit locutus. Ipse eum laudat, et extollit, et alios reprehendit : *Quot ibi*, inquit, *prioritates, instantia, signa, quot medietates, et rationes, aliqui ultra Scotum confingunt?*

« Ut autem scias, quanta fuerit scholæ Scotistarum æstimatio, et supra suos æmulos præeminentia, si Gersoni contra Scotum a te adducto, credas, audi quod subjungit : *Vereor ne curiositatem increpans, in eamdem me demergam cum studeo eos, quos Scotistas vocamus, ad concordiam cum aliis doctoribus adducere, quorum certe numerus longe major est, et multitudine, et auctoritate.* Vides tempore Gersonis ipsius judicio, Scotistas doctoribus adversariis, numero et auctoritate fuisse superiores; quinam sint, quique tunc fuerint doctores Scotistis adversarii, quos multitudine et auctoritate judicavit ipse iis inferiores, tibi et omnibus sat notum est.

« Cap. 8, ais Trithemium, Mayolum, Senensem, et Joannem Baleum asserere Doctorem subtilem Scotum esse natione, *quod Baleus*, inquis, *cum Anglus sit minime asseruisset, si pro certo non haberet.* Duo horum tibi favent : alios duos solita mala fide, et corruptela tecum rapis. Mayolus enim ait esse Britannum, Baleus cent. 4, fol. 215, natum asserit in villa Emyldun in comitatu Northumbriæ in Anglia; et non erubescis, hos citare testes contra tuam conscientiam, ut lectori ignaro per fas vel nefas, imponas, et in tuam sententiam trahas? qui de hujusmodi imposturis non erubescit, *nonne frons mulieris meretricis facta est illi, quia noluit erubescere?* (*Jer.* III, 3.)

« Ibidem citat Myræum in quadam epistola ad ipsum data dicentem, Doctorem subtilem Scotum natione : magni facienda est eruditissimi Myræi antiquitatis, indaga-

toris solertissimi, censura; sed quis id eum scripsisse credet? an quia Bzovista toties de imposturis convictus id asserit? Facilius Myræi epistolæ imponere potuit (cujus autographum videre non possum) quam Baleo et Mayolo, quos tamen contra expressa eorum verba citare non erubuit, ut jam ostendi. Sed demus quod ipse ex eruditissimo Myræo adducit : is tantum ait *Doctorem subtilem Scotum esse, si Scotis eruditis credendum sit.* Et ego dico Hibernum eum fuisse si Hibernis eruditis credendum, et Anglum, si Anglis : et idem mecum Myræus attestabitur; nihil ergo contra nos adduxi ex ipso potest, licet ejus esse concedamus, quæ tu ejus nomine nobis produxisti.

« Cap. 10. *Conradus parochus Magdeburgensis respondens libris Ockam multa ad Carolum IV, auctorem scelerum et hæresiarcham eum vocat, ac depravatorem philosophiæ, et theologiæ.*

« Hoc habes magistri tui Bzovii, cui maximæ curæ fuit, si quid a quoquam acerbius in Minores dictum reperiret, suæ id historiæ inserere, nihilque in oppositum adducere : quod perinde est ac dictum approbare. Si hæresiarcha est Ockam, ubi ejus secta? quas hæreses docuit edissere nobis? in quo concilio, vel pontificio decreto damnatus est, palam tandem fiat? Quænam porro scelera illa, quorum auctor fuit? doce si potes. Quod pro ordinis sui statu Pontifici se opposuerit, ex zelo fecit, licet non secundum scientiam; in quo neque ego ipsum excusaverim, licet minus culpandum existimem, quod honorem tantum ordinis se tueri velle profiteretur. Quod autem minus humiliter, minusve modeste in suis scriptis in Pontificem locutus fuerit, tecum accuso; quamvis Pontificem injuste contra suorum prædecessorum decreta, ordinem Minorum vexasse non dubitem. Propter hæc, auctorem eum scelerum facere tua est calumnia. Philosophiæ vero et theologiæ depravator fuit? Nempe hoc non obscure indicat schola nominalium Ockami doctrinæ astruendæ erecta; et scriptorum ejusdem propugnator et illustrator celebris Gabriel Biel, qui hunc venerabilem inceptorem (sic enim appellatur) non parum de re litteraria meritum ostendit. Profecto si depravatorem eum deprehendisset, non suum ingenium ejus operibus explanandis depravasset. Ignotus ille pastor, ignotos sibi fuisse celebres philosophos et theologos ostendit, dum hunc philosophum, et theologum profundissimum ab eorum numero segregandum censuit; neque enim depravatorem philosophiæ philosophum dicimus. Perpende ex his Bzovista quam cæcum, et præceps Conradi tui de Ockamo judicium adduxisti.

« Incipit alias Scoti opiniones gravi nota indigitare Bzovista, neque erubescit principem theologorum taxare, grammaticus quidem ipse, qui vix theologiam gustavit, taxari se a Nazianzeno non advertens, qui de hæreticis asseruit orat. 33, quod cum sua minime stabilire possunt, *quemadmodum muscæ vulneribus, ita nostris calamitatibus, aut si mavis erratis, imminent.* Sed in Scoto errata non reperiet, et nos ipsius censuras erraticas ostendemus, et livore plenas. *Scotus ait*, inquit, *primum hominem non esse in gratia creatum, idque parum esse tutum Molina docet, et conciliis, et Patribus adductis a Bellarmino*, De grat. prim. hom., c. 3, *non quadrat, præcipue Tridentino.*

« Respondeo. Tua ignorantia hanc sententiam censurandam judicat. Si theologus esses non ita judicasses. Eam tenent Hugo de Sancto Victore, 1, *De sac.*, p. 6, c. 17; Alensis, part. II, quæst. 91, m. 1; D. Bonaventura, 2, dist. 29, art. 1, quæst. 2; Richardus, ibi art. 1, quæst. 1; Marsilianus, 2, quæst. 16, art. 16; Ægidius, ibid., part. I, quæst. 2; Paludius, 4, dist. 27, quæst. 4, art. 4, conc. 2; et Bannes tuus, part. I, quæst. 95, art. 1, probabilem asserit, neque ullus præter inscitam loquacitatem, eam censuravit; neque absque temeritate censurari potuit sine expressa Ecclesiæ definitione, quod tot præclari doctores sustinent. Patres apud Bellarminum oppositum non astruunt; tu Patres non intelligis, et minus Tridentinum, in quo, sess. 5, legitur primum hominem *perdidisse sibi, et posteris gratiam, in qua constitutus fuit.* Ex quo tantum elicitur ante lapsum habuisse gratiam, sive in primo instanti eam habuerit sive non : *Asserunt etiam plurimæ sanctorum auctoritates*, inquit D. Thomas, part. I, quæst. 95, art. 1, *primum hominem ante lapsum gratiam habuisse; et quod fuerit conditus in gratia ut alii dicunt, videtur requirere ipsa rectitudo.* Modeste sanctus Doctor tenendo alteram ut veriorem, sed quasi dubitative per ly, *ut videtur*, Vasquez, part. I, dist. 227, c. 7, solum ait illam partem esse probabiliorem, et idem docet hujus temporis theologorum maximus Franciscus Suarez, lib. V, c. 4, *De angelis*, et lib. VII, *De gratia*, c. 23, qui tenent angelos non esse in gratia creatos; a fortiori, teste Suarez, lib. III *De opere sex dierum*, c. 17, idem tenent de Adamo, quia plura sacræ Scripturæ loca de angelo partem affirmativam suadent, Hugo, sup. part. V, c. 29, et in *Summa sent.*, tract. 2, c. 2; Rupertus, *in Gen.*, c. 14; Magister, 2, dist. 4, art. 1, quæst. 2, ubi Richardus, Bassolius, Ægidius, Gabriel, 4, dist. 5, quæst. 1, art. 2; Alensis, part. II, quæst. 19, membr. 2, consentire videtur. Augustinus, I *De Gen. ad lit.*, c. 3 et 17; lib. II, c. 18, et alias sæpe, ubi per id, *creavit Deus cœlum et terram* (*Gen.* I, 1), intelligit angelos creatos informes, et per id *fiat lux* (*ibid.*, 3), eosdem gratia formatos, et de utroque idem insinuat lib. *De correpl. et gratia*, c. 10 : *Credimus Deum*, etc., *sic ordinasse angelorum et hominum vitam, ut in ea prius ostenderet quid posset eorum liberum arbitrium; deinde quid posset suæ gratiæ beneficium.* Consulo, Bzovista, ut theologiam prius exacte discas, quam theologicas opiniones, et maxime gravissimorum auctorum, censurare præsumas. Sed quare non citas locum ubi Scotus primum hominem in gratia creatum negat? frustra quæro quia nunquam eum legisti.

« Hæc dicta sunt, ac si Scotus illam sententiam tenuisset, quam non tenuit, sed tu more solito ei imponis, nec locum citas : citatur forte ab aliquo pro illa parte, 2, dist. 29, quæst. unic. Sed ibi nihil ad rem; ad quartum ait : *Non oportet quod justitia originalis sit principium merendi, sed se habet ad gratiam sicut excedens ad excessum.* Ex quo non habetur primum hominem non esse creatum in gratia : legatur a dist. 18, secundi usque ad dist. 34, ubi agit de statu innocentiæ, justitia, et peccato originali; et nihil pro illa parte dixisse constabit. Sed neque negavit angelos in gratia creatos (idem de eis et primo homine judicium), imo oppositum insinuat 2, dist. 5, quæst. 1, ad. 2, et § 1, *sed ad inquirendum*, et quæst. 2, ad. 2, *dubium est*, inquit, *utrum boni*, angeli, *fuerint in primo instanti, in gratia.*

« *Molina*, inquis, *part.* I, *quæst.* 42, *art.* 3, *disp.* 1, *censurat hanc opinionem Scoti, non tutam.* Infamis impostura : neque dicit esse Scoti, neque censurat, neque loco a te citato de hac re agit, sed quæst. 62, art 3, ubi ait Scotum ancipitem esse an angeli creati fuerint in gratia, et idem judicium est de primo homine ex Suarez supra. Censurat quidem aliam sententiam non Scoti, sed tui Paludani : *Ex dictis*, inquit, *constat, non esse tutam post Tridentinam sententiam; Palud.* IV, *dist.* 24, *quæst.* 4, *art.* 4; *et Marsilianus*, II, *quæst.* 16, *art.* 6, *dicentium Adam ante lapsum, non habuisse gratiam.*

« Recollige te parumper, Bzovista, et agnosces in prima tua, inter additas, in Scotum, censura, tria tibi crassa excidisse errata : primum, quod sententiam probabilem tot classicorum doctorum, a nullo notatam, damnare præsumpseris; secundum, quod eam Scoto falso attribueris; tertium, quod a Molina, Scoto tributam et censuratam, mala fide scripseris. Appendix hujusmodi mendaciis referta, mirum est si impune annalibus ecclesiasticis annecti permittatur. Sed Bzovianis additur : dignum patella operculum.

« Ibidem ait Gersonem t. IV, sect. 1 : *Pœnitemini*, consid. prima, graviter reprehendere minores, quod omisso Bonaventura Scotum imitentur. *Nec mirari*, inquit, *sufficio qualiter Patres et fratres Minores, omisso tanto doctore* (*qualem nescio si unquam studium Parisiense habuit*) *converterint se, ad nescio quos novellos.* Ne ægre feras, judicio Gersonis, quo nos impetis, D. Bonaventuram D. Thomæ prælatum, hic et epistola a te citata in additione ad c. 3.

« Demus tibi Gersonem prætulisse Bonaventuram Scoto, ideone reprehendendus et rejiciendus Scotus? Prætulit eumdem D. Thomæ et omnibus doctoribus, locis citatis, neque ideo tu admittes quidquam honori D. Thomæ detractum, sed Gersonem deceptum errasse proclamabis. Ego non sic, sed probabiliter locutum faterer, si hujusmodi comparationem fecisset. Sed eam, non fecit, neque incidit ei Scoti mentio. Neque inter illos novellos eum comprehendisse potuit. Obiit D. Bonaventura an. 1274, et Scotus secundum tuum Bzovium, viginti post annis, et secundum veritatem, non multum ultra, mors ejus dilata est; non potuit igitur comparatione D. Bonaventuræ novellus dici, qui 20 circiter annis eo junior fuit. De aliis ergo, Scoto recentioribus, forte Ockam, Aureolo, Mayronio et formalistis, loqui censendus est Gerson. Tu, mi Janseni, qui Scotum inter illos novellos doctores collocas, in examinandis auctorum dictis, nimis es novellus.

«Ibidem, *ex Bellarmino, lib.* III De Euchar., *c.* 22, *Scotus asseruit ante Lateranen. transsubstantiationem non esse dogma fidei, quod est contra Trident., sess.* 13, *c.* 4. Id habet fateor Bellarminus et addit, *ideo eum hoc dixisse, quia non vidit concil. Rom. sub Greg. VII, neque consensum Patrum, quem*, inquit, *supra adduximus :* Tridentinum a te adducitur ut Scotum damnes.

« Respondeo. Scotum, 4, dist. 13, quæst. 3, quem Cameracensis ibidem et omnes Scotistæ sequuntur, tenet quod sacra Scriptura evidenter non convinceret transsubstantiationem, nisi adjuncta Ecclesiæ declaratione; Ecclesiam tamen hoc declarasse Spiritus sancti instinctu. *Id*, inquit Bellarminus, *non est omnino improbabile, quia etsi Scriptura quam supra adduximus, nobis videatur ita clara, ut possit cogere non protervum; tamen an ita sit, merito dubitari potest, cum homines doctissimi et acutissimi, qualis imprimis Scotus fuit, contrarium sentiant.* Hoc tantum asseruit Scotus; et explicat contra D. Thomam, quomodo illa propositio, *hoc est corpus meum*, esset vera etiamsi panis maneret, vel ex intentione proferentis, vel ratione principalis contenti sub speciebus; neque ad veritatem ejus requiritur nihil sub speciebus contineri præter Christi corpus. Non dixit Scotus transsubstantiationem non fuisse dogma fidei ante concilium Lateranense et Bellarminus salva pace tanti viri in eo deceptus est, quod hoc Scoto inadvertenter tribuerit, qui dixit § *Quantum ergo ad istum*, hoc esse definitum, cap. *Firmiter.* De sum. trin. ex Lateran., at non negavit antea fuisse definitum. Quod dicit Bellarminus eum de hoc non vidisse Patres, nec concilium Romanum, sub Gregorio VII, etiam inadvertenter dictum est, quia adducit Scotus duas auctoritates satis expressas Ambrosii, remittitque se ad alias multas quæ habentur de consecratione, dist. 2, et apud Magistrum dist. 10 et 11, quas vidit, et legit; illa autem auctoritas concilii Romani habetur *De consecratione* dist. 2, cap. *Ego Berengarius*, ubi tamen non agitur ex professo de transsubstantiatione, seu de panis et vini desitione, sed de vera et reali Christi sub speciebus panis et vini præsentia, quam Berengarius negabat. Si Scotum adiisses hæc videre potuisses, et scholium ejus, quem impugnas, hoc te errore liberasset, si illud inspicere dignatus fuisses. Concilium Tridentinum a te adductum, nihil contra præmissa habet; tu melius intelligis Ovidium, quam concilium, et tamen censorem gravissimorum theologorum agis, a solo temetipso hac dignitate donatus. Disserit

quidem concilium : *Quia Christus dixit quod offerebat, esse suum corpus, Ecclesiam persuasam fuisse non mansisse panem;* id est, licet illa verba possent habere alium verum sensum, Ecclesia a Spiritu sancto edocta, hunc elicuit, quem alii assistentiam Spiritus sancti non habentes, possent non elicere. Sic Ecclesia per eamdem Spiritus sancti assistentiam in Trid., s. 13, c. 7, intellexit illud : *Probet autem seipsum homo*, etc. (*I Cor* XI, 28), de probatione per confessionem post mortale; quam tamen non requiri, quia illam assistentiam non habuit, asseruit tuus Cajetanus part. III, quæst. 80, art. 4, et in *Summ*, verb. *Communio*; de quo Suarez, t. III, part. III, quæst. 54, 66, sect. 3, cujus sententiam erroneam asserunt tui patres; Canus, *Relec. de pœnit.*, p. 5; CATHARIN. lib. V *Contra Cajet.*, et Sixt. Senensis, lib. VI *Biblioth.*, annot. 261. Suadeo tibi, amice, ne in theologicis magistrum te facias, vel censorem, donec quæ sunt discipuli prius, exacte præstiteris.

« Ibidem : *Scotus docet Christum absolute potuisse peccare : contra quam sententiam ait Capreolus ex Valentino* (*tom.* IV, *dist.* 1, *quæst.* 15, *part.* II, *non argumentis, sed flammis agendum.*

« Respondeo. Scotus, 3, dist. 12, quæst. unica, art. 2, docet Christum impeccabilem esse, et idem ait dist. 2, quæst. 1, n. 12, quia Deus de potentia ordinaria non potest non dare summam charitatem, gratiam, et fruitionem naturæ assumptæ, quibus excluditur omne peccatum. Vides oppositum tui asserti ex diametro, a Scoto doceri, sed docet hanc impeccabilitatem non competere Christo præcise ratione unionis hypostaticæ; neque Patres vel concilia loquuntur cum ista præcisione: sequuntur Scotum Bassol. *ibid.*, quæst 1; Durand., quæst. 2; Rubion., quæst. 1 et 2; Gabriel, dist. 1, quæst., 2, art. 2; Marsil., III, quæst. 9, art. 2; Ovando, *ibid.* p. 339; *Rhada*, part. III, centr. 4, art. 3; Faber., III, dist. 17, et ommes Scotistæ. Et consentit Henric., quodlib. 6, quæst. 6, si tuus Capreolus dicat contra hanc sententiam, flammis agendum esse; responsum dedit is quem impugnas, scholio ad locum citatum Scoti : *censuram caprinam nihil faciendam esse.* Valentia quem adducis ut citatorem flammæ Capreoli, non approbat ejus flammas : *Alia sententia*, inquit, *melior est.* Non ardet immodestæ et invidiæ flamma

« Ibidem : *Scoti sententiam negantis lumen gloriæ pro visione beata, Cajetanus et alii dicunt esse damnatam in concilio Viennensi, ut citat. Molina, part.* I, *quæst.* 12, *art.* 5, *dist.* 1, *et Vasquez, ibid., dist.* 42, *c.* 2.

« Respondeo falso imponi Scoto quod negaverit lumen gloriæ, vel aliquid illud supplens, ad visionem beatam eliciendam, qui habet in 1, dist. 17, quæst. 3 : *Nullus negat communiter habitum luminis gloriæ in intellectu;* et 3, dist. 14, quæst. 2, num. 4, ait *visionem Dei non posse inesse animæ Christi naturaliter vel ex causa naturali;* idem habet 4, dist. 49, quæst. 2, n. 9, et ad 3, et quæst. 1, Prolog., et 2, dist. 3, quæst. 9, n. 7; et quodlib. 14, quibus locis docet nullum intellectum creatum naturaliter posse videre divinam essentiam. Docet quidem si ponatur intellectum esse tantum passivum respectu visionis, non esse necessarium lumen, quia hoc ponitur ad efficiendum, non ad recipiendum; sed hanc sententiam non examinat, quam tenet Ockam, 2, dist. 1, quæst. 2 et 4; quæst. 15, art. 5, dub. 6; Gabriel, 3, dist. 14, quæst. 1; Marsil., 3, quæst. 10, et alii nominales.

« In concilio Viennensi, et habet Clemens *Ad nost.*, De hæret., non definitur dari habitum luminis gloriæ, sed tantum contra Beguardos et Beguinas visionem non posse elici ex naturalibus, ut fatentur Molina et Vasquez a te citati, qui improbant Cajetani censuram.

« In duobus circa hanc censuram lapsus es : 1° Scoto falsum imposuisti; 2° adduxisti Molinam et Vasquez ut testes censuræ Cajetani, et aliorum (supple tuorum) in Scotum; atque ut lectori imponeres, subticuisti quod ipsis ista censura displicuerit, quia contra tuos tenent non definiri habitum luminis gloriæ dari, sed tantum visionem ex naturalibus non elici : quod docet Scotus, ut jam ostendi.

« Ibid. *Scotus ait Christum esse Filium Dei, adoptivum, contra concil. Francford. et Adrian. I.*

« Respondeo tibi ex scholio ejus, quem impugnas 3, dist. 10, quæst. unic. Scotus docet oppositum, scilicet *Christum ut hominem non esse Filium Dei adoptivum, quia simul cum suo complemento substantiali habuit debitum congruitatis ad hæreditatem, quod non habuerunt angelus, primus homo, vel B. Virgo; et solvit argumenta suadentia ipsum esse Filium Dei adoptivum. Quia tamen objectionem contra rationem excludentem a Christo extraneitatem, allatam, non solvit, neque replicam contra solut. ad.* 3, *quæ alteri parti favet; insinuare videtur Christum dici posse Filium Dei adoptivum : et ita tenet Bassol.*, 3, *dist.* 10, *quæst*, 1, *art.* 2; *Tartar.*, *ibid. Leuketus ait eum esse problematicum. Rhada, ibid., controv.* 5, *art.* 2, *ait id esse probabile. Pitigianis ait habere catholicum sensum. Durand.*, 3, *dist.* 4, *quæst.* 1, *absolute ait Christum qua hominem, esse Filium Dei adoptivum. Richard., art.* 2, *quæst.* 1, *problematicus est, et Vasquez, part.* III, *dist.* 89, *ait eum idem cum Durando tenere. Gabriel., Major, et Almani ibi dicunt humanitatem Christi adoptatam.*

« *Neque hoc est contra concil. Francford., quia damnavit errorem Felicis et Elipandi qui coincidebat cum Nestoriano, ut constat ex epist. Adriani I, et ex epist. ipsius concilii, et tenet expresse Anton., part.* II *Hist., tit.* 14, *c.* 1, § 6; *Naucl., gen.* 27; *Fevarden. in addionibus ad Castr., Contra hæres.* 5; *Christus Sander, lib.* VII *Monarch., ann.* 772; *Suarez, citans hos, et alios part.* III, *tom.* 1, *dist.* 49, *sect.* 3. *Nestorius autem negabat Christum esse Deum, admittens tantum unionem secundum affectum inter naturam divinam et humanam.*

Hunc autem errorem citati theologi, ut omnes Christiani abhorrent confitentes Christum esse verum Dei Filium naturalem, atque simul Virginis Filium. Definitio concilii Francford. nihil facit contra eos, licet simul dicant eum, qua hominem, dici posse Filium Dei adoptivum. Præterea Irenæus lib. III, *c.* 21; *Marius Victor, lib.* I *contra Candidum Arrianum, tom. V Bibl. PP., et Hylar. citatus a D. Thoma part.* III, *quæst.* 23, *art.* 4, *tribuunt adoptionem Christo secundum humanitatem. Neque valet si dicatur quod improprie loquuntur, tum quia sic dici posset de citatis DD. ne opinio censuraretur; tum quia improprie non videntur locuti: 1° quia Christus qua homo non producitur a Deo naturaliter, sed libere; 2° non producitur actione potentiæ generativæ plus quam Spiritus sanctus; 3° non producitur ejusdem naturæ genericæ vel specificæ cum generante: at opposita horum trium conveniunt generationi naturali proprie dictæ; ergo 4° et patet ex dictis, definitio generationis naturalis, quam omnes admittunt, scilicet, quod sit productio viventis a vivente in similitudinem naturæ, non convenit generationi Christi qua homo respectu Dei. Omnia quæ adducuntur in contrarium probant non esse filium adoptivum tantum, seu eo modo quo nos sumus; quod de fide est, quia est Filius Dei naturalis.*

« Hæc ex scholio P. Cavelli; quibus visis noli de cætero censurare, vel reprehendere Scotum hic, cujus mentem non es assecutus. Valentiam citas contra hanc sententiam, part. III, dist. 1, quæst. 23, p. 1, sed ipse contra te est, et non advertisti; ideo ait Christum non esse Filium Dei adoptivum, quia connotaretur non esse Filium Dei naturalem. Qui ergo asserit et firmiter credit esse Filium Dei naturalem, minime hoc negat vel connotative, licet simul asserat eum qua hominem esse Filium Dei adoptivum.

« Optarem plures Scoti opiniones censurasses, ut occasionem haberem ostendendi quam male, ne dicam malitiose, quamque falso, a te et tui similibus traducatur; cum tamen ejus doctrinam sine ullo erroris periculo, inoffenso omnes pede decurrant, quantumvis invidia renitatur, et remurmuret. In prima tui libelli editione tres Scoti sententias censurasti, verum quam inscite, lector ex dictis intelliget: secunda hac editione, præmissa diligenti inquisitione, et lectione eorum, apud quos aliquid contra eum reperiri posse sperasti, alias quinque opiniones ejus condemnasti, sed inepte, indocte, et infideliter, ut ostendi clarissime. Gratum feceris, si plures Scoti opiniones, tertia tua editione notaveris, ut hac occasione Scoti doctrina illustrior et explicatior fiat. » — *Voy.* les art. QUODLIBETA, DIEU, PHYSIQUE, etc. — *Voy.* aussi les notes additionnelles à la fin du vol.

SUBSTANCE ET ACCIDENT (principalement *des accidents eucharistiques*). — Le terme d'*accident*, fort employé par les théologiens et les philosophes du moyen âge en logique, en physique et dans la question capitale de la sainte Eucharistie, est un de ceux qui ont servi de champ de bataille aux discussions des écoles pendant plus de six cents ans. A quoi bon toutes ces discussions? dira-t-on peut-être. Où pouvaient-elles mener? Ne conduisaient-elles pas fatalement les esprits à ces fausses subtilités dont le XVIIe siècle s'est raillé avec tant d'esprit (333), et débarrassé avec tant de bonheur? Et le récit de ces controverses ou plutôt de ces arguties justement oubliées a-t-il un autre intérêt qu'un intérêt d'archéologie? Voilà ce que disent les préjugés qui n'ont pas encore disparu; on jugera de leur valeur par les faits.

En logique, le mot d'*accident* désignait, d'après le langage convenu des écoles, le cinquième des *universaux*. Les universaux étaient définis tout ce qui est connu comme capable de se rapporter à plusieurs réalités : *Universale est unum aptum inesse multis*. On remarquait que l'on pouvait ranger sous cette dénomination commune : 1° l'*espèce*, ou ce qui exprime l'essence totale de l'être : *Quidquid est in re aliqua vel exprimit totam essentiam;* 2° le *genre* ou ce qui dans l'essence d'un être est commun à des êtres d'espèces différentes; *Genus exprimit solum id quod talis essentia commune habet cum aliis;* 3° la *différence* ou l'élément en vertu duquel l'essence d'un être se distingue des autres essences appartenant au même genre :

(333) Voyez l'admirable scène du *Mariage forcé* où Sganarelle vient consulter le péripatéticien Pancrace. Pancrace s'imagine qu'il s'agit d'une difficulté philosophique à résoudre, et il demande au bonhomme étonné qui l'interroge : « Vous voulez peut-être savoir si la substance et l'accident sont termes synonymes ou équivoques à l'égard de l'être? » On remarquera que toutes les difficultés que Pancrace propose à Sganarelle ne sont nullement des fictions arbitraires de la part du poëte; ce sont celles qui s'agitaient dans les écoles, notamment entre les Franciscains et les Dominicains. C'est ainsi que Pancrace s'imagine que le bon Sganarelle veut lui demander : « *Si la logique est un « art ou une science? — Si l'essence du bien est mise « dans l'appétibilité ou dans la convenance? — Si la « fin nous peut émouvoir par son être réel ou son « être intentionnel?* » — Cette dernière question, entre autres, n'est rien de moins que la question, si justement fameuse, de la prédétermination physique. Molière était plus qu'on ne croit au courant des controverses qui, de son temps, partageaient les écoles et les cercles philosophiques. Il poursuit, au moyen des théâtres, la même idée que Descartes au moyen de ses livres qui ne sourient jamais. Il y aurait sous ce rapport toute une étude à faire de ses œuvres dramatiques. Le XVIIe siècle, après tout, avait quelques droits d'être passionné et injuste dans ses préventions : il avait pour mission d'introduire définitivement dans la philosophie certaines idées que le moyen âge a préparées, mais qu'il n'a pas formulées. Nous comprenons donc parfaitement que les Descartes, les Bossuet, les Fénelon, les Malebranche, les Arnaud, aient dédaigné, abandonné ou raillé la scolastique. Mais nous serions inexorables, nous au XIXe siècle, si nous n'avions pas plus d'impartialité et plus de sympathie pour une des plus grandes époques de l'esprit humain, celle qui, croyons-nous, a préparé de loin tous les progrès qu'il a accomplis depuis, quoiqu'il ne les ait accomplis qu'à travers une grande révolution intellectuelle.

Differentia exprimit id in quo talis essentia differt ab aliis rebus ; 4° le *propre* ou ce qui est dans l'être la suite naturelle de son essence (334) : *Aliquid consequens inseparabiliter essentiam;* 5° enfin l'accident, ou ce qui vient, d'une manière contingente, s'ajouter à l'essence : *Quod contingenter advenit essentiæ.*

L'*accident*, considéré ainsi comme le cinquième universel, recevait, dans les écoles, trois définitions, différentes par la forme, mais au fond complétement identiques, et qui se trouvaient déjà dans l'*Introduction* de Porphyre, ce grand manuel de la logique du moyen âge. On disait donc : 1° que l'accident est ce qui peut être présent ou absent dans le sujet sans qu'il perde son essence (accidens est quod adest et abest sine corruptione subjecti); 2° que l'accident est ce que l'on conçoit comme susceptible d'appartenir ou de ne pas appartenir à un être, *quod contingit eidem inesse et non inesse ;* 3° que l'accident est cet universel qui n'est ni l'*espèce*, ni le genre, ni la différence, ni le propre.

Nous trouvons enfin dans un commentateur de saint Thomas une autre définition qui s'accorde encore pour le fond avec les trois précédentes, et qu'il sera plus facile de comprendre dans le latin énergiquement barbare sous lequel elle se présente à nous que dans une traduction nécessairement incomplète :

« Accidens definitur : unum aptum inesse multis et prædicari de illis in quale (335) contingenter, id est non solum per modum prædicati pure adventitii, sed etiam separabilis ab essentia : sic morbus et sanitas sunt accidentia animalis, curvitas et rectitudo sunt accidentia rami, » etc.

Nous venons de parler de l'accident tel que l'étudie la logique. L'accident physique était défini : *Ens in alio subsistens.* Par exemple, la beauté, la blancheur, la maladie, sont des accidents physiques, parce qu'elles résident dans les êtres qu'elles qualifient.

Nos lecteurs nous excuseront, sans doute, si nous les avons conduits à travers le long labyrinthe des distinctions et des définitions scolastiques. Il était nécessaire de les résumer pour que l'on comprît la haute signification des débats séculaires que suscita la théorie de l'accident. L'antiquité et le moyen âge étudiaient l'être, et par conséquent la philosophie tout entière, non pas au point de vue de l'être intérieur ou de l'âme, comme le fait la métaphysique moderne qui réalise ainsi à son insu, peut-être, une des plus profondes idées de saint Augustin, mais au point de vue de la réalité, visible et extérieure, et par conséquent au point de vue de la logique et des nécessités du langage. (*Voy.* la Préface et l'Introduction.) Ces distinctions, en apparence toutes verbales, qui scandalisaient le XVIIe siècle, et qui nous étonnent encore, étaient donc non-seulement nécessaires, mais encore très-favorables au développement de l'esprit humain, car elles recélaient en elles-mêmes les plus vastes ou les plus profonds systèmes de métaphysique. Et si l'on veut savoir quelle route a suivie la pensée humaine au moyen âge, si elle a rétrogradé, ou si elle s'est servilement attachée au dogme d'Aristote, ou si, au contraire, le prenant pour point de départ, elle l'a puissamment modifié au conctact du dogme catholique, et en a fait sortir les principes généraux des sciences modernes, il faut avoir le courage de s'habituer à cette terminologie devenue bizarre et à ces controverses en apparence exclusivement et stérilement logiques. La philosophie, qu'on ne l'oublie pas, la philosophie, aidée par la révélation, s'est ouvert sa voie à travers la dialectique dont l'antiquité lui léguait le génie et les sévères habitudes ; et les origines de nos idées, de nos principes, de nos sciences, de notre civilisation en un mot, nous resteront à jamais inconnues, si nous n'apprenons pas à les poursuivre dans ces définitions, et dans ces disputes presque grammaticales, qui ont plus d'intérêt qu'il ne semble au premier abord, car elles nous ont fait ce que nous sommes.

C'est une grave question que de savoir comment les accidents sensibles peuvent persister après la transsubstantiation. Aujourd'hui que la pensée humaine se porte moins sur les idées que nous fournissent nos divers moyens de connaître que sur ces moyens de connaître pris en eux-mêmes ; aujourd'hui qu'on s'inquiète des principes fondamentaux de la science et de la philosophie plus que de leur organisation et de l'accord de leurs diverses données, cette question a été laissée dans l'ombre. Cependant, au point de vue historique, il est impossible de n'y pas revenir, car elle a exercé, comme il est facile de le concevoir et comme les faits le démontrent, une influence énorme sur les destinées de l'esprit humain et sur les origines de la raison moderne. Qui sait même, si à un autre point de vue elle ne reviendra pas un jour prendre sa place dans nos discussions philosophiques ?

(334) On donnait ordinairement comme exemple de cet universel la faculté de rire (*risibilitas*) que l'on prétendait être le *propre* de l'homme. (*Voy.* Scot. *Com. sur le liv. des Prédicaments*, quæst. 5, et 1, dist. 12, quæst. 2. Voyez aussi Tataret, De proprio.

(335) Cette expression *in quale* pourra embarrasser quelques lecteurs qui seront peu au courant de la langue scolastique ; voici ce qu'elle signifie ; nous empruntons l'explication à un logicien thomiste :

« Prædicari *in quid* est prædicari per modum prædicati essentialis et substantivi ut cum dico : Petrus est homo, *homo* substantive et essentialiter prædicatur de Petro : prædicari *in quale*, est prædicari per modum adventitii et accidentalis, ideoque adjective expressi, ut, dum dico : Petrus est doctus, *doctus* est prædicatum adventitium et accidentale de Petro, et exprimitur per nomen adjectivum. Prædicari vero *in quale quid* ex utroque temperatur ; est enim prædicari quidem per modum alicujus essentialis, tamen adjective expressi, ut, dum dico : Angelus est spiritualis, homo est rationalis, *spiritualis* et *rationalis* sunt quidem de essentia angeli et hominis, attamen enuntiantur per nomina adjectiva. »

Il importe donc de savoir ce que soutenaient les diverses écoles qui l'ont abordée pendant le moyen âge. Il importe de savoir comment les débats qui s'agitaient entre elles ont modifié la théorie logique et métaphysique de l'accident.

Nous avons déjà vu que le dogme de l'Eucharistie amenait nécessairement à sa suite une réforme nécessaire dans la théorie d'Aristote à cet égard ; cette réforme devait se continuer et aboutir à une théorie toute nouvelle sous l'impulsion des controverses scolastiques et de la métaphysique cachée dans la foi qu'elles eurent pour effet nécessaire de dégager.

Sur cette question particulière, comme sur une foule d'autres, c'est la lutte entre les théologiens de l'école Dominicaine et ceux de l'école Franciscaine, entre les thomistes et les scotistes, qui a opéré ce dégagement et fait jaillir l'étincelle.

Saint Thomas, comme on le sait, et comme nous le montrerons plus tard en détail, avait appliqué toutes les forces de son génie si admirablement organisateur à mettre d'accord la théorie péripatéticienne du sujet et de l'accident avec l'orthodoxie la plus sévère sur la transsubstantiation et la permanence des accidents. La partie purement théologique de sa doctrine est restée et restera un véritable miracle de clarté, de méthode, de vérité. Devant de pareilles œuvres le fidèle cesse de discuter, il s'incline. Quant à la partie purement philosophique, elle ne pouvait atteindre à un degré aussi éminent de perfection : elle fut modifiée par les thomistes eux-mêmes et notamment par Ægidio Colonna (336). Après Ægidio Colonna, Cajétan (*Comment. in Thom.*, 4, dist. 12, quæst. 1) essaya d'éclaircir la pensée de saint Thomas, par des commentaires qui sont, pour nous du moins, assez obscurs et dont il avait, d'après Hiquæus (*Comment. in Duns Scot.*, 4, dist. 12, quæst. 1), emprunté le principe au platonicien du moyen âge, Henri de Gand; d'un autre côté, Suarez et Vasquez présentèrent aux théologiens une explication un peu différente ou qui restreignait du moins dans certaines limites celle de Henri de Gand. Enfin, il paraît qu'au XVIe siècle, obscurci plutôt qu'éclairé par tant d'interprétations, le système de saint Thomas (bien entendu, nous ne parlons que de son système métaphysique) fut assez généralement abandonné; car non-seulement nous voyons que les scotistes l'attaquent sur un point, et les nominalistes sur un autre, mais encore Bellarmin, dans son traité *De l'Eucharistie*, lib. III, c. 24, qui est un des monuments les plus remarquables de la lutte intellectuelle des catholiques contre les protestants se range du côté des Franciscains. Bien plus, on trouve dans leur camp, sur cette question, jusqu'à certains commentateurs de saint Thomas. (CORNEXUS, *in D. Thomam*, t. II, tract. 4, dist. unic. *De accidentibus separatis.*)

Quel était donc le point en litige entre les deux écoles ?

Saint Thomas était resté, autant qu'il l'avait pu sans compromettre l'orthodoxie, fidèle aux principes d'Aristote sur le sujet et l'accident, ou, pour parler d'une manière plus générale, sur la forme. La forme donnant à l'être toute son actualité d'après le système péripatéticien, l'accident n'avait d'être que par elle, c'est-à-dire pour le sujet dont elle est un élément nécessaire. Sans doute saint Thomas déclarait bien haut que l'accident n'en était pas moins séparable de la substance; autrement le dogme de l'Eucharistie, dogme fondamental, nous avons dit presque avec un philosophe chrétien de notre temps, dogme générateur dans la foi catholique, renferme une contradiction manifeste, une radicale impossibilité. Mais néanmoins fidèle à Aristote et à la notion première de son système, le Docteur angélique déclare expressément que l'accident ne peut exister indépendamment du sujet, même par la vertu surnaturelle de Dieu, sans qu'un *être* nouveau ne lui soit donné. Il est vrai que cet *être* ajouté à l'accident et par lequel l'accident subsiste n'est en aucune manière l'être ou la substance que la transsubstantiation a fait disparaître, autrement l'orthodoxie serait évidemment compromise. C'est une *réalité* qui n'a d'autre rôle que de soutenir les phénomènes visibles et tangibles qui restent après les paroles sacramentelles et sur la nature de laquelle saint Thomas ne s'est nulle part expliqué. Nous citons du reste ses propres expressions :

« Ad quartum dicendum quod accidentia hujusmodi (scilicet remanentia in sacramento) manente substantia panis et vini non habebant ipsa esse, sicut nec alia accidentia, sed subjecta eorum habebant hujusmodi esse per ea; sicut nix est alba per albedinem; sed post consecrationem ipsa accidentia quæ remanent *habent esse*, unde sunt composita ex esse et quod est (sicut in prima parte de angelis dictum est) et cum hoc habent compositionem partium quantitativarum (337). »

Il résulte évidemment de ce texte, alors même que l'on n'aurait pas pour lui donner plus de valeur encore un passage analogue et plus explicite, s'il se peut, d'un autre ouvrage (338), il résulte, dis-je, que, suivant saint Thomas, les accidents eucharistiques ne persistent pas seulement après les paroles de

(336) Il est vrai que Colonna la modifia, mais il faut ajouter que ce fut pour l'exagérer en la rendant encore plus péripatéticienne.

(337) *Sum.*, IIIe part., quæst. 77, art. 1. — Dans son *Commentaire sur les Sentences* (4, dist. 12, quæst. 1, art. 2), saint Thomas appelle cette réalité particulière non pas *substantia*, mais *subsistentia*; Vasquez explique cette expression de saint Thomas par cette remarque que l'être ajoute aux accidents eucharistiques, après les paroles sacramentelles, n'est pas en soi et par soi (*non habet perseitatem*). — Cajétan, dans cette question comme dans presque toutes les autres, se range purement et simplement à l'avis de saint Thomas.

(338) C'est le texte du *Commentaire sur les Sentences*, dont il est question dans la précédente note.

la consécration par l'effet de la puissance divine dont la vertu suppléerait celle de la substance annihilée, mais que de plus, il est nécessaire, pour rendre compte de leur permanence, d'admettre qu'un certain *être*, lequel n'existait pas quand ils étaient attachés à cette substance, vient, créé et appliqué par Dieu, les remplacer en quelque manière et leur servir de *substratum*. (339)

On comprend facilement que les théologiens thomistes se soient livrés à de nombreux commentaires pour déterminer la nature de cette entité mystérieuse qui devait prêter aux accidents du pain et du vin sa réalité invisible et sa force inconnue. On comprend facilement aussi que ce nouveau mystère philosophique, ajouté aux mystères sacrés que la foi nous révèle dans la sainte Eucharistie ait fait condamner le système qui l'impliquait soit par les théologiens de l'école franciscaine, soit par les théologiens qui n'avaient pas de parti pris, comme Cornexus et Bellarmin. Mais l'on serait singulièrement injuste envers le Docteur angélique si l'on s'imaginait qu'il n'avait pas été poussé à ce système, plus tard abandonné, par les plus fortes raisons et par les nécessités impérieuses de la métaphysique alors en vigueur. Nous avons déjà dit, et nous répéterons ailleurs avec plus de détail (*Voy.* les articles FORME, MATIÈRE, PHYSIQUE), que le système de la philosophie antique sur l'Être ou la substance, système fondamental et qui est la clef de toutes ses doctrines particulières, se ramène à ce principe que dans l'être il y a deux éléments : 1° la *matière* radicalement indéterminée et inerte, matrice commune de toutes les qualités, apte à les recevoir toutes, impuissante à en produire aucune ; 2° la forme qui est conçue dès lors comme la base de toute spécification et de toute actualité. Fidèle à ce principe (qui explique, on ne le répétera jamais assez, toutes les conceptions de la sagesse antique), l'école péripatéticienne déclarait que la forme donne à la matière elle-même son être réel, son *actuelle* existence. A plus forte raison, *l'accident* n'avait-il d'actualité que par le même élément de la substance. Dans un composé unique, il n'y avait et il ne pouvait y avoir qu'une actualité, ou un être unique, parce qu'il n'y a qu'une forme substantielle ou actualisante : *Unius compositi est unum esse.* Donc l'accident était conçu comme n'ayant de réalité que par le sujet et n'étant rien par lui-même. Dès lors si la substance qui formait son *substratum* ou son sujet s'évanouissait par un acte quelconque de la toute-puissance divine, il fallait qu'elle fût immédiatement remplacée par un autre *être* et en quelque façon par un *sujet* nouveau. De là la théorie qui était loin d'éclaircir le mystère eucharistique, mais qui était imposée par la logique de l'antologie péripatéticienne,

Toutefois si le Docteur angélique était conduit à son hypothèse par de graves considérations, ce n'est pas que cette hypothèse, prise en elle-même, n'introduisît dans la théologie des complications extrêmes et de graves difficultés.

D'abord, comme le fait remarquer Hiquæus, bien que la philosophie ne doive jamais avoir la prétention contradictoire et absurde de lever le voile des mystères, du moins elle ne doit pas ajouter des ombres factices à celles qui résultent de la profondeur de la sagesse divine et des limites de la sagesse humaine : *Non sunt obscuranda mysteria sine necessitate, neque addenda sunt superflua.* (HIQUÆUS, *Comment. in Dist. Scot.*, 4, dist. 13, quæst. 1.) Car n'est-il pas visible que la théorie de ce nouvel *être*, créé spécialement pour soutenir les accidents du pain et du vin après les paroles sacramentelles, ne fait qu'embarrasser d'une difficulté nouvelle le dogme proposé à notre foi : *Superaddit novam difficultatem mysterio credibili.* (*Ibid.*)

En second lieu, l'hypothèse thomiste ne tendrait-elle pas à faire croire qu'à l'égard de la puissance de ces accidents, il n'y a miracle que pendant un instant, à savoir pendant la durée indivisible où l'être nouveau est créé et qu'ensuite il suffit pour expliquer les phénomènes eucharistiques de l'influence toute naturelle de cet être ?

« Item licet aliqua virtus supernaturalis detur alicui, tamen postquam inest, naturale est habenti eam habere vel posse habere illud ad quod est illa virtus : sicut cœcus licet supernaturaliter illuminetur, tamen illuminatus naturaliter videt : ergo licet esset miraculum in primo instanti conservationis istorum accidentium sine subjecto, quia tunc confertur ista virtus, tamen postea per istam virtutem erit naturaliter sine subjecto. (SCOT. *Comment in Sent.*, 4, dist. 12, quæst. 1.)

En troisième lieu, quelle est la nature de l'acte divin qui produit cet *être* surajouté ? Nous avons employé jusqu'ici le mot de *création* pour donner une idée de cet acte. Cependant une création véritable, dans les circonstances où l'on est placé, serait difficile à admettre (340), et de plus l'Eglise n'en parle en aucune manière. Faudra-t-il

(339) D'après le marginiste de Scot, l'opinion de saint Thomas, à cet égard, était celle aussi de ses prédécesseurs, et notamment d'Alexandre de Hales et de Varron, ce célèbre et puissant docteur d'Oxford, dont les Œuvres malheureusement ne nous sont pas parvenues.

(340) On remarquera que, dans le passage que nous citons, il n'est pas même question de l'hypothèse qui expliquerait par un fait de création l'apparition de l'*être nouveau* dans les accidents eucharistiques. C'est que cette hypothèse paraissait à Duns Scot n'avoir pas besoin de réfutation. Les thomistes ne pensaient pas que l'être pur et indéterminé pût jamais avoir de l'actualité ; en effet, dans leur doctrine métaphysique, l'actualité, nous l'avons déjà dit, avait toujours et nécessairement sa source dans la *forme*, c'est-à-dire dans le principe de la détermination. Ainsi, pour être conséquents avec eux-mêmes, s'ils avaient voulu s'expliquer sur l'origine de l'entité mystérieuse qu'ils

voir dans cet acte mystérieux une transformation (*transmutationem*) dans le sens rigoureux que la logique péripatéticienne attachait à cette expression ? D'autres embarras inextricables surgissent à l'instant : car une transformation de cette nature demanderait un sujet préexistant, et l'accident eucharistique ne peut évidemment remplir ce rôle.

« Item si accidens quando separatur, habet novum esse, oportet ibi ponere aliquam transmutationem a carentia illius *esse ad* istud *esse ;* sed hoc est impossibile : 1° quia non potest poni quæ sit ista mutatio ; non enim est generatio, quia accidens non est subjectum generationis ; nec est augmentatio, nec alteratio, quia non acquiritur quantitas, nec qualitas per istam mutationem : quia tunc vel quantitas esset subjectum augmentationis vel alterationis cujus esse acquiritur, vel esset qualitas et quantitas, et sic de isto posset argui ad infinitum. » (Scot., 4, dist. 1, quæst. 1.)

Enfin, prise en elle-même, comment concevoir cette réalité dont on réclame l'intervention pour soutenir les accidents ? Est-ce une substance ? mais comment une substance qui leur est étrangère et qui en est indépendante serait-elle capable de remplir ce rôle ? Un accident ? mais alors la difficulté que soulève le thomisme sur la prétendue impossibilité de l'accident à persister par lui-même n'est pas résolue, elle n'est que reculée.

« Item *esse* illud novum, quia non est *esse* divinum, aut est proprie substantia, vel accidens, vel neutrum : si in genere substantiæ, erit independens et per consequens non erit formaliter *esse* alicujus accidentis, quia nullum accidens potest esse formaliter independens, vel per se esse : si in genere accidentis, quomodocunque nec per reductionem erit æque dependens cum forma cujus est, et per consequens per illud *esse* formaliter, non erit illud cujus est ens independens (341). »

Tels étaient les arguments que l'école franciscaine (Duns Scot et ses disciples) développait contre l'hypothèse de *l'être* surajouté par Dieu aux accidents eucharistiques, et ces arguments étaient péremptoires pour ceux qui se préoccupaient avant tout des nécessités logiques du dogme religieux. Non sans doute que la doctrine de saint Thomas ne fût correcte et admissible au point de vue de l'orthodoxie la plus sévère ; mais si elle ne blessait pas l'orthodoxie en elle-même, elle la rendait infiniment plus difficile à défendre ; elle ajoutait aux mystères de la foi ses propres mystères plus impénétrables encore ; et l'on comprend dès lors qu'elle n'était pas en accord avec le génie de la philosophie catholique. Le protestantisme, en contraignant les défenseurs du dogme à se débarrasser de certaines entraves suscitées par l'esprit péripatéticien, le protestantisme hâta la chute de la théorie thomiste ; et, comme nous l'avons déjà dit, Bellarmin la condamne. Cette condamnation est un fait significatif.

La réponse du Docteur à la seconde objection est plus plausible. Il est vrai, dit-il, que toute substance première est individuelle ou une hypostase ; mais qu'est-ce qu'une hypostase, ou, si l'on veut, qu'est-ce que la substance individuelle des péripatéticiens? Au fond, une pure et simple essence, considérée en elle-même, et abstraction faite de tout rapport avec les êtres divers qui l'entourent : « *Substantia* in definitione personæ ponitur pro substantia prima, quæ est hypostasis, neque tamen superflue additur *individua* quia nomine hypostasis vel substantiæ primæ excluditur ratio universalis et partis. Non enim dicimus, quod homo communis sit hypostasis, neque etiam manus, cum sit pars. Sed per hoc quod additur *individua*, excluditur a persona ratio assumptibilis. Humana enim natura in Christo non est persona, qua est assumpta a digniori. » (Quæst. 29, art. 1 ad 2.)

Ainsi, la substance première dans le système péripatéticien n'est pas un *universel*, elle n'est pas *commune à plusieurs*. Rien de plus. L'idée de *singularité* qu'on lui applique ne renferme pas d'autre notion. Remarquons encore ici, pour le dire en passant, que le dogme de l'*Incarnation* se joignait à celui de la *Trinité* pour porter le regard humain sur le principe personnel. La notion indécise que les anciens avaient de ce principe était obligée de se déterminer par cette considération que la nature humaine du Christ — substance première, dans le langage aristotélique — n'est cependant pas une *personne*. Les esprits nourris dans l'ontologie ancienne avaient sous ce rapport monté de toutes parts à l'assaut du dogme révélé. L'Eglise l'avait maintenu contre toutes les tentatives avec une fermeté où il est difficile, ce me semble, à la raison la plus incrédule de ne pas reconnaître manifestement le doigt de Dieu, car il n'y en avait pas une seule qui ne sortît des entrailles mêmes de la philosophie la plus intime, la plus universelle, la plus dominante du temps, mais enfin le dogme était là, précis, net, défini contre Sergius, contre Macaire, contre Nestorius : une seule personne, une seule hypostase, un seul *suppôt*, et cependant deux natures, deux volontés, deux opérations. L'idée de l'essence ou de la substance première hypostase, en tant que substance première, s'évanouissait ou du moins était fort difficile à soutenir, vis-à-vis des nécessités logiques de l'*Incarnation*, ainsi entendue. Saint Thomas espère soutenir la vertu métaphysique d'Aristote, en face de toutes les difficultés, mais, comme il entend admirablement le dogme, il les entend aussi avec une grande netteté d'intelligence, il les énumère, et il les fait comprendre avec sa clarté un peu lente mais limpide, comme un rayon de lumière qui s'attarderait à se condenser en prisme de cristal... C'était peut-être le grand point.

Boëce a donc bien fait, suivant saint Thomas, d'ajouter le mot d'*individua* à celui de *substantia* dans sa définition de la personne. Il nous semblerait difficile de le contester; mais peut-être faudrait-il ajouter que, par ce terme ajouté on posait plutôt le problème capital de l'*individuation* qu'on ne le résolvait; et c'est ce que saint Thomas ne semble pas voir, mais patience! La fécondité du dogme ne s'épuise pas davantage dans son système qu'elle ne s'était épuisée dans celui de Boëce : le XIVe et le XVe siècle viendront.... et nous serons près d'une grande rénovation qui elle-même ne sera pas la dernière, Dieu merci!

La notion de *personne* ne se dégage donc pas avec une précision complète dans l'élaboration métaphysique de saint Thomas: il le sent bien, et après l'article que nous venons d'analyser, il en consacre un second à l'examen de cette question : *Utrum persona sit idem, quod hypostasis, subsistentia et essentia.* Voici sa solution : «.. Secundum Philosophum (in v *Metaph.*, test. 15), substantia dicitur dupliciter, uno modo dicitur substantia quidditas rei, quam significat definitio, secundum quod dicimus quod definitio significat substantiam rei; quam quidem substantiam Græci οὐσίαν vocant, quod nos essentiam dicere possumus. Alio modo dicitur substantia subjectum vel suppositum, quod subsistet in genere substantiæ. Et hoc quidem communiter accipiendo nominari potest nomine significante intentionem, et sic dicitur suppositum. Nominatur etiam tribus nominibus significantibus rem; quæ quidem sunt *res naturæ substantia* et *hypostasis;* secundum triplicem considerationem substantiæ sic dictæ. Secundum enim quod se exsistit, et non in alio, vocatur *substantia:* illa enim subsistere dicimus quæ non in alio, sed in se exsistunt. Secundum vero quod supponitur alicui naturæ communi, sic dicitur res naturæ, sicut hic homo est res naturæ humanæ; secundum vero quod supponitur accidentibus dicitur *hypostasis* vel *substantia.* Quod autem hæc tria nomina significant communiter in toto genere substantiarum, hoc nomen *persona* significat in genere rationalium substantiarum.» (Quæst. 29, art. 2.)

Nous ne commenterons pas ce passage; car nous n'aurions qu'à répéter ce que nous avons déjà dit plus haut, nous observerons seulement que la métaphysique péripatéticienne était tellement un obstacle perpétuel à la coordination du dogme trinitaire, que nous retrouvons encore indiquée ici l'objection que nous avons souvent trouvée sous nos pas et qui semblait naître, comme d'elle-même, de cette métaphysique : « Præterea Boetius dicit in *Comment. prædicamentorum* quod οὐσία (quod est idem quod essentia) significat compositum ex materia et forma. Id autem quod est compositum ex materia et forma, est individuum substantiæ: quod et *hypostasis* et *persona* dicitur. Ergo omnia prædicta nomina idem significare videntur.»

En d'autres termes, il n'y a en métaphysique que deux entités, *matière* et *forme*, *acte* et *puissance;* tout s'explique avec elle; la chose est individuelle, quand elle est le composé de ces deux éléments, individuelle, c'est-à-dire substance première; quand elle n'est constituée que par la *forme*, à moins que ce ne soit la *forme* pure, elle est un universel ou une substance seconde qui n'existe qu'idéalement; que si l'on ne considère que la matière; ce n'est pas un être réel ou actuel qu'on a sous les yeux, c'est un *prope nihil*, un demi-néant qu'attend la *forme* pour jaillir dans l'existence actuelle. L'hypostase, à ce point de vue, c'est le composé lui-même ou le suppôt ou si l'on veut la substance première.

La plupart des objections contre les termes orthodoxes qui expriment, dans l'Eglise, le dogme trinitaire, sont faites à ce point de vue, et voilà pourquoi ces termes eux-mêmes ont eu tant de pouvoir pour dissoudre la théorie antique de l'être.

Si la *personne* a été bien définie par Boëce, peut-on introduire cette définition et ce terme dans la science de Dieu : *Utrum nomen personæ sit ponendum in divinis.* (Quæst. 29, art. 3.)

Saint Thomas répond simplement que le mot de *personne*, désignant ce qu'il y a de plus parfait dans l'univers, doit s'appliquer à Dieu. Un Père, saint Jérôme, si je ne m'abuse, avait dit, dans les premiers siècles de l'Eglise, que l'expression d'hypostase est un poison déguisé sous du miel. En effet, c'est par le double sens métaphysique présenté par elle qu'une multitude d'erreurs et d'hérésies essayèrent de s'introduire dans le monde chrétien. L'hypostase, c'est ce qui existe sous les accidents : *quod supponitur accidentibus*, dit saint Thomas lui-même (quæst. 29, art. 2) d'après le livre v de la *Métaphysique* d'Aristote; mais ce qui existe sous les accidents c'est le suppôt ou le composé, c'est-à-dire la *substance première*, qui est quelque chose de *singulier*, en ce sens qu'elle ne s'affirme pas de plusieurs. Rien de plus simple quand on ne considère que la métaphysique antique et les nécessités religieuses ou scientifiques, nées d'ailleurs d'elle-même, auxquelles elle correspondait. Lors même que le néo-platonisme alexandrin fut survenu, le mot d'hypostase, réservé plus particulièrement à l'unité et aux deux entités qui la suivent dans la hiérarchie, ne changea pas de valeur métaphysique; il signifia toujours substance, seulement il s'agissait de la substance qui est presque au-dessus de toute substance. Au contraire, quand le dogme trinitaire chrétien fut survenu, l'hypostase dut être quelque chose de plus que la simple substance conçue comme étant sous les accidents; elle désigna donc quelque chose de distinct à un titre ou à un autre de la simple substance ou de l'essence, ce que nous appelons une *personne*. Ainsi cette expression eut deux acceptions diverses et assez flottantes, l'une tournée vers l'ancienne métaphysique, l'autre en rapport plus intime avec le dogme de la religion nouvelle. Les

esprits, qui cherchaient volontairement ou involontairement à faire entrer les idées fondamentales de cette religion dans le cadre de l'ancienne doctrine, durent donc se livrer à un usage considérable du mot équivoque qui se prêtait à la vérité comme à l'erreur. De là le peu de faveur dont il jouissait auprès de saint Jérôme. Tous ces faits sont une preuve nouvelle à l'appui de la thèse que nous soutenons.

Nous laissons de côté ce que saint Thomas ajoute sur les détails même de la doctrine trinitaire. Ce qu'il enseigne sur le Père et le Fils rentre plutôt dans la théologie positive que dans la théologie scolastique, sauf pourtant quelques démonstrations particulières à notre Docteur, mais dont les principes sont empruntés aux considérations que nous venons d'analyser. Mais nous avons un point particulier à remarquer sur la doctrine du Saint-Esprit.

On connaît la grande hérésie sur la double procession du Saint-Esprit. Cette double procession est un des points marquants par lesquels l'ancienne pensée et la foi chrétienne se séparent de la manière la plus éclatante.

Nous avons déjà expliqué que dans la conception antique on place entre le Dieu suprême, l'*unité* et l'homme ou le monde qui l'entoure une hiérarchie ou plutôt une cascade d'existences dont la *supérieure* est *exclusivement* en rapport avec celle qui lui est *immédiatement inférieure*. Le polythéisme, comme l'ancienne métaphysique et la cosmogonie ancienne, se rattache à cette conception. Les alexandrins y avaient aussi attaché leur doctrine des trois hypostases : au fond une seule d'elles est vraiment le Dieu absolu (car elles sont inégales); elle engendre une seconde hypostase, sans toucher à la troisième, et la troisième sortant exclusivement de la seconde produit la première *pluralité*, laquelle engendre à son tour la seconde, jusqu'à ce qu'on arrive à ce bas monde.

Dans la conception chrétienne rien de pareil : trois personnes *égales* et liées par une série de relations qui ne permettent pas de dresser, comme le dit énergiquement saint Bernard, des séries de degrés ou des échelles au sein de l'Etre divin. Puis ces trois personnes immédiatement en rapport avec les êtres finis et tous ces êtres quels qu'ils soient. Ce n'est même pas la troisième qui s'incarne et vient *converser* avec les hommes, c'est la seconde : toute l'économie de la synthèse antique est renversée.

Les Grecs adoptent, pour ainsi dire, un système intermédiaire. Tandis que dans la conception antique la pluralité commence en dehors des hypothèses divines, ils l'introduisent au sein de Dieu et déclarent que du Père procèdent et le Fils et le Saint-Esprit, puis au-dessous de cette dualité s'échelonnent les créatures plus multiples encore. Le dogme de la procession unique est donc une manière indirecte de conserver la vieille synthèse religieuse, philosophique et scientifique, arrangée avec la terminologie de la foi chrétienne. Ce phénomène intellectuel qui se produisit dans la Grèce, se rattache peut-être à une foule d'autres, et il en a produit lui-même de très-nombreux et de très-importants. Nous ne les analyserons pas ici. Nous nous bornerons à remarquer que le dogme du Saint-Esprit est un de ceux qui ont le plus passé par les discussions et les analyses à partir de saint Augustin jusqu'à la veille de la réforme : et ces discussions et ces analyses n'ont pas été peines perdues pour l'humanité.

Quelle est la raison qu'allègue saint Thomas en faveur du *Filioque?* Elle est toute péripatéticienne et nous devons ajouter que sa valeur a été fort contestée par les théologiens subséquents.

Suivant saint Thomas, le Fils et le Saint-Esprit se confondraient en une seule personne, si le Saint-Esprit ne procédait du Fils. En effet, dit-il, les personnes divines ne peuvent se fonder que sur des *relations* (principe, pour le dire en passant, qui n'était pas accordé, dans le sens absolu où il se prend par tous les théologiens). Mais de quelles relations s'agit-il ici ? De relations d'origine. Donc une personne ne se distingue d'une autre, au sein de l'Etre divin, qu'autant que ces deux personnes ont deux relations d'origine *opposées*. Il ne suffit pas de deux relations *différentes :* autrement le Père qui soutient vis-à-vis du Fils une relation de génération et vis-à-vis de l'Esprit-Saint une relation de procession serait une *double* personne : elle n'est simple que par les deux relations qu'elle a avec les deux autres personnes de la sainte Trinité qui ne s'opposent pas l'une à l'autre. Donc si le Fils et le Saint-Esprit ne s'opposaient pas tous les deux deux relations contraires de *procession* positive d'une part, active de l'autre, ils constitueraient une personne unique. (*Summ.*, part. I, quæst. 36, art. 2.)

Voilà, certes, une argumentation subtile. Le moyen âge les aimait et la nature de ses discussions ne pouvait guère s'en passer. Scot et les Franciscains moins attachés à la théorie des *relations* et plus portés à laisser à la doctrine trinitaire un caractère *positif* et purement révélé, craignaient que la subtilité dominicaine ne fût ici excessive et même un peu périlleuse, et qu'en s'y abandonnant on arrivât à croire que le Saint-Esprit procède du Fils uniquement en ce sens que le Père le *procède* par le Fils. Saint Thomas dit en effet : *Cum Filius a Patre habeat quod ab eo Spiritus sanctus procedat, Pater per ipsum Filium spirasse Spiritum sanctum dicitur.* (Quæst. 36, art. 3.) Je crois que cette formule est parfaitement correcte, et saint Hilaire avait déjà dit : ... *Spiritum sanctum qui est per Unigenitum tuum.* (*De Trinitate*, lib. V.) De plus le Père et le Fils, comme le déclare expressément saint Augustin, ne constituent pas deux principes, mais un seul principe de l'Esprit-Saint. Mais la manière dont saint Thomas établit scolastiquement la formule dont il s'agit a peut-

être donné prise à la critique des théologiens Franciscains. En effet il semble que le Père n'atteigne le Saint-Esprit qu'à travers le Verbe, de telle sorte que la procession du Saint-Esprit vis-à-vis du Père cesserait d'être immédiate, et d'autre part que la même procession vis-à-vis du Fils paraîtrait simplement instrumentale. Saint Thomas lui-même s'adresse l'objection suivante :

« Quod procedit ab aliquo per aliquem, non procedit ab eo immediate. Si igitur Spiritus sanctus procedit a Patre per Filium, non procedit a Patre immediate. Quod videtur inconveniens. » (*Loc. cit.*)

Et voici comment il résout la difficulté :

« .... In qualibet actione est duo considerare : scilicet suppositum agens, et virtutem qua agit, sicut ignis calefacit calore. Si igitur in Patre et Filio consideretur virtus qua spirant Spiritum sanctum, non cadit ibi aliquod medium : quia hæc virtus est una et eadem. Si autem considerentur ipsæ personæ spirantes, sic cum Spiritus sanctus communiter procedat a Patre et Filio, invenitur Spiritus sanctus immediate a Patre procedere, in quantum est ab eo, et mediate in quantum est a Filio; et sic dicitur procedere a Patre per Filium : sicut etiam Abel processit immediate ab Adam, in quantum Adam fuit pater ejus; et mediate in quantum Eva fuit mater ejus, quæ processit ab Adam... »

De même saint Thomas ajoute un peu plus loin :

« Licet aliquando dicatur principaliter vel proprie procedere (Spiritum sanctum) de Patre, propter hoc quod Filius habet hanc virtutem (spirativam) a Patre. »

Tels sont les textes qui donnèrent lieu aux discussions des théologiens qui suivirent saint Thomas. Il faudrait avoir pour les juger une profondeur de science théologique et une lumière d'intelligence générale des choses que je ne puis en conscience, me flatter d'avoir jamais. Je me contente donc de poser la question et les faits. Peut-être même ces grandes thèses sur le Saint-Esprit ne sont-elles pas encore arrivées à ce point de maturité où les plus savants peuvent discourir avec fruit : contentons-nous des simples formules de la foi, sans vouloir trop, je ne dis pas expliquer, mais même exposer et coordonner ces grands mystères !

Nous nous contentons de remarquer que saint Thomas dans sa doctrine de l'Esprit-Saint comme dans toutes les autres parties de son traité sur la divine Trinité, tout en respectant le dogme, tente de le concilier avec la métaphysique ancienne, sans, Dieu merci, y réussir toujours. C'est ainsi que par cette sorte de procession du Saint-Esprit, devenue sous un certain rapport médiate vis-à-vis du Père, une sorte de série — mais toutefois de série qui n'introduit pas de degrés — semble apparaître au sein des personnes divines. Le Père d'abord, puis le Fils, puis le Saint-Esprit procédant du Père par le Fils. Il est vrai qu'à côté de cela, le docteur du XIIIe siècle établit une autre thèse, car il reconnaît avec toute l'Eglise que la *vertu spirative* est la même dans le Père et le Fils qui sont un seul principe vis-à-vis du Saint-Esprit. Cette vertu commune est donc admise par lui, parce qu'il est bon théologien, mais elle n'est pas dégagée avec une philosophie suffisante, parce qu'il est bon péripatéticien. Or, dans le péripatétisme, toute vertu vient d'un principe unique, car elle n'est que la manifestation logique d'une essence : l'*opération* est la suite de la *forme*. Lors donc que deux choses opèrent, l'une opère toujours par l'autre, c'est-à-dire qu'il n'y a qu'une vertu, comme il n'y a qu'une essence, qui se communique d'une certaine façon au second agent lequel agit instrumentalement. C'est ce que saint Thomas désigne clairement par l'exemple qu'il emprunte à la naissance d'Abel. On remarquera qu'il en est tout autrement dans les conceptions modernes : le *mouvement* est quelque chose d'universel, l'*opération* n'est point la simple résultante logique d'une essence. Lorsqu'un mouvement se produit dans un corps, il n'y a donc pas nécessité qu'il soit la manifestation de l'essence de l'un à travers l'autre; la même vertu a son foyer dans tous les deux, voilà tout. Le cardinal de Cusa le savait bien, et voilà pourquoi il insistait si fortement sur le dogme du Saint-Esprit et sur le *nexus* du Père et du Fils. Sans aucun doute ce vaillant esprit était un théologien moins sage et moins autorisé que saint Thomas, mais à cet égard il seconda un des points de vue que la foi ouvre à la raison. L'universalité des lois du mouvement commença à lui apparaître et il voyait une preuve de cette nouvelle dans le *nexus divin* (357). C'est un fait intellec-

(357) Voici en quels termes Suarez rend compte des débats des thomistes et des scotistes sur la troisième personne de la sainte Trinité.

« CAPUT II. — *An ex reali distinctione inter Filium, et Spiritum sanctum recte concludatur processio unius ab alio.*

« Hæc est una ex potissimis rationibus, qua nostri theologi contra Græcos utuntur; nam licet sit veluti a posteriori, tamen procedit a principio non solum in se certo, secundum fidem, sed etiam a Græcis concesso, qui veram Trinitatem personarum confitentur, quæ sine distinctione reali non est. Ergo si recte ostendimus, non posse consistere distinctionem inter quascunque duas personas, sine processione unius ab alia, recte etiam concludemus, Filium producere Spiritum sanctum, cum per se notum sit, non produci ab illo. Propter hanc ergo causam graviores theologi solliciti fuerunt de illa quæstione hypothetica : *Si Spiritus sanctus non procederet a Filio, an distingueretur ab illo*, quia licet ex hypothesi impossibili procedat, tamen virtute continet categoricam quæstionem, an adæquata radix illius distinctionis sit processio, ita ut sine illa subsistere non potuerit. Utrumque igitur simul tractandum est.

« Prima ergo sententia absolute affirmat Spiritum sanctum et Filium fore distinctas personas etiam si una ab altera non procederet, et consequenter negat, ex distinctione personali sufficienter colligi processionem, ex vi rationis. Hæc fuit opinio Henrici quodlib. 5, quæst. 9, quam secutus est Scotus in 1, dist. 12, quæst. 2, ubi etiam citari solent Gregorius, et Gabriel, sed illi aliis modis

tuel que nous constatons, un simple fait et nous ne le donnons que comme tel, sans dire même en quoi le savant et aventureux cardinal avait tort ou raison. Mais nous prions

opinantur, ut infra dicam. Fundamentum hujus sententiæ est, quia filiatio, et processio ex propriis, et intrinsecis rationibus, tales relationes sunt, ut secum necessario afferant realem distinctionem; sed si Spiritus sanctus procederet a Patre, et non a Filio in Filio maneret vera filiatio, et in Spiritu sancto vera processio; hoc enim est, quod in hypothesi supponitur, alias vana est quæstio : ergo, etc. Major videtur in primis esse expressa sententia Anselmi lib. *De processione Spiritus sancti*, cap. 1, et seq., ubi inter alia dicit : *Quia Filius exsistit de Deo nascendo, Spiritus sanctus procedendo, ipsa diversitate nativitatis et professionis, referuntur ad invicem, ut alii ab invicem.* Ubi non dicit distingui propter relationem originis, sed potius referri inter se relatione distinctionis, propter diversas origines, quas habent independenter ab hoc, quod unus ab alio procedat, necne.

« Unde probatur secundo ratione, ab Anselmo insinuata, quia processio Filii ex intrinseca ratione est generatio, processio Spiritus sancti non est generatio; ergo ex propriis et intrinsecis rationibus postulant terminos realiter distinctos, quia non potest unus et idem terminus generari, et non generari. Sed has rationes retinerent illæ processiones etiam si Spiritus sanctus non procederet a Filio, ergo etiam tunc termini essent realiter distincti.

« Tertio, quia nunc de facto Spiritus sanctus distinguitur a Filio per suam relationem processionis, nihil enim aliud habet, per quod distingui possit, et similiter Filius distinguitur ab Spiritu sancto per suam filiationem, ut supra lib. VII, ostensum est. Sed licet Spiritus sanctus non procederet a Filio, Filius haberet filiationem, et Spiritus sanctus processionem, ergo haberent easdem proprietates distinguentes, ergo æque ac nunc distinguerentur. Confirmatur, quia impossibile est, res, quæ distinguuntur realiter per se ipsas, in eamdem rem omnino simplicem coalescere, sed filiatio et processio se ipsis distinguuntur realiter, ergo quacunque hypothesi data, impossibile est, quod maneant, quin retineant distinctionem.

« Quarto argumentor ex Scoto, quia nihil repugnat, ab eodem simplici principio prodire terminos, et processiones realiter distinctas; ergo quamvis solus Pater esset simplex principium ad intra, possent ab illo procedere distinctæ personæ, quia haberent eumdem intellectum, et voluntatem, et in modis operandi, seu producendi, per has facultates esset idem fundamentum distinguendi productiones substantiales ad intra, quæ consequenter requirunt terminos distinctos, quia non potest idem terminus his substantialiter produci, et maxime per productiones diversarum rationum.

« Contrariam sententiam docuit D. Thomas, quæst. 36, art. 2 (ubi Cajetanus et alii), idem IV, *Contra gentes*, c. 29 (ubi Ferrariensis); item, quæst. 10, *De potentia*, art. 4. Et hanc sententiam sequuntur frequenter scholastici in 1, dist. 11; Bonaventura, quæst. 2, art. 1; Durandus, quæst. 23; Ægidius, art. 3; Hervæus, et Capreolus, quæst. 1; Marsilius, quæst. 15; Aureolus, quæst. 2, art. 1. Idem sentiunt Gabriel et Gregorius; sed procedunt alia ratione longe diversa, destruendo hypothesim. Nam Gabriel ait : *Si Spiritus sanctus non procederet a Filio non esset futurum Filium, quia auferretur ab ipso spiratio activa, quæ idem est cum filiatione, et ideo consequenter tolleretur filiatio.* Sed hoc licet in re ostendat, esse impossibile, Filium non esse spiratorem, tamen per locum intrinsecum non infert bene, data illa hypothesi non posse esse filiationem ut sic. Quia filiatio secundum se est prior spiratione activa, et modo nostro concipiendi formali ratione ab ea distincta; ergo formaliter non involvitur contradictio in hoc, quod filiatio maneat in tali persona sine spiratione. Gregorius vero e contrario dicit, in eo casu Spiritum sanctum non fuisse futurum a Patre, quia per se est a Filio, et ideo si ab illo non esset, a neutro esset. Quod quidem aliquo modo habet veritatem, ut statim explicabimus, tamen simpliciter non satisfacit quæstioni, nam ut infra dicam, amor, seu Spiritus sanctus, ut sic, id est, quatenus terminus processionis per voluntatem, non postulat necessario duas personas, a quibus procedat. Denique hi auctores non respondent quæstioni, quæ de facto necessaria est, an processio per se sit necessaria ad distinctionem, sed supponunt potius unam illarum personarum producere aliam, et inde inferunt, non posse ambas manere, sine tali processione.

« Ratio præcipua pro hac sententia sumi solet ex illo principio : *In divinis omnia sunt unum, ubi non obviat relationis oppositio*, sed in prædicto casu non esset talis oppositio inter Spiritum sanctum, et Filium, ergo nec distinctivo, vel (aliter subsumendo) sed sine origine non stat oppositio, ergo nec distinctio. Major præcipue probari solet auctoritate Anselmi lib. *De processione Spiritus sancti*, c. 3; sed, ut objecimus, Anselmus potius videtur favere contrariæ sententiæ, et relationes disparatas, significat habere inter se oppositionem sufficientem ad distinctionem. Unde Scoti defensores fatentur, Filium et Spiritum sanctum relationibus distingui : non vero quatenus relative oppositæ sunt, sed quatenus sunt ita disparatæ, ut in unam coalescere non possint; sic enim verum est illud Boetii : *Sola relatio multiplicat Trinitatem.* Unde Damascenus lib. I, c. 10, et lib. III, c. 1, tres solas relationes, paternitatem, filiationem, et processionem numerat, ut sufficientes ad distinctionem personarum.

« Nihilominus principium illud intellectum etiam de relationibus aliquo modo relative oppositis, habet magnum fundamentum in sanctis Patribus. Nam Gregorius Nyssenus orat. *Tres Deos dicere non oportere*, circa finem, aperte dicit, personas non distingui, nisi quia una procedit ab alia. Quod est frequens apud Augustinum, lib. II *De Trinitate*, cap. 11, lib. V, fere per totum; idemque significatur sæpe in concilio Florentino, cujus verba et alia testimonia adduxi supra lib. IV, ubi principium illud tanquam omnino verum statui. Adhuc vero non videtur hinc sufficienter probati; quod intendimus. Tum quia responderi potest, ita quidem esse de facto, scilicet, distinctionem non esse, nisi ubi est processio, non tamen quia formaliter sint idem, nec quia una sit ratio alterius, sed solum, quia fides docet ita esse conjunctas. Tum maxime, quia illo modo non possumus ex distinctione colligere originem per viam rationis, prout intendimus contra Græcos, sed solum ex auctoritate, quam fortasse Græci non admitterent, cum in Scriptura expresse non habeatur.

« Propter quod multi Thomistæ addunt rationem hanc ac probandum illud principium, quia relatio non distinguit realiter, nisi a suo correlativo, cui opponitur, ergo filiatio ut sic, non distinguitur realiter a processione; ergo nunc de facto distinguitur ab illa per spirationem activam; ergo si Spiritus sanctus non procederet a Filio, non distingueretur, quia auferretur a Filio forma distinguens ipsum. Hæc vero ratio impugnata est a nobis ex professo supra lib. VII, ubi probavimus, relationem ut sic, posse distingui realiter ex vi sua ab alia disparata, etiam si non sint correlationes. Unde si in divinis specialiter hoc non potest inveniri, non

le lecteur de le méditer. En tout cas, on voit comment la théorie péripatéticienne tendait à exagérer la portée de la formule : *Pater spirat Spiritum per Filium*, et à lui donner

ex communi ratione relationis, sed aliunde probandum est. Et præterea supra ostendi, de facto personam Filii distingui per suam filiationem ab Spiritu sancto.

« Ut ergo verum sensum, et fundamentum hujus posterioris sententiæ, quam veram judico, declarem, præmittendum censeo, si Spiritus sanctus non procederet a Filio, per locum intrinsecum sequi, personam Spiritus sancti non fuisse futuram hanc numero, quæ nunc est, et consequenter nec Filium fuisse futurum eumdem numero, ac denique, quacunque hypothesi facta, impossibile esse, ut hæ duæ personæ intelligantur esse in rerum natura, eædem omnino, quæ nunc sunt, et non distingui realiter. Probo singulas partes. Primam quidem, quia hæc numero relatio processionis, quæ nunc est, per se respicit tanquam adæquatum terminum Patrem, et Filium, ut infra etiam ostendemus, ergo non potest hæc numero relatio esse, vel intelligi exsistens in rerum natura, quin respiciat utramque personam, tanquam adæquatum terminum suum; nam habitudo simplicissimæ relationis non potest tolli, vel minui, manente eadem numero relatione. Hoc etiam recte probat ratio a Gregorio insinuata, quia hæc numero processio per se est a Patre et Filio ita, ut utraque relatio sit necessaria conditio ex parte principii hujus personæ Spiritus sancti, ut a nobis etiam ostendetur, sed si Spiritus sanctus non procederet a Filio, jam filiatio non esset conditio necessaria; ergo nec processio terminaretur ad eamdem numero personam, ad quam nunc terminatur; ergo nec esset eadem numero processio.

« Et hinc facile probatur secunda pars, quia hæc filiatio, quæ nunc constituit hanc numero secundam personam, est sufficiens ratio terminandi habitudinem processionis ad ipsam, ut supra etiam lib. VII, ostensum est; sed posita illa hypothesi, filiatio non esset talis, ergo non esset eadem numero. Simile argumentum est, quia filiatio hæc talis est, ut voluntas divina illi conjuncta ut sic, fecunda sit, et habeat rationem spirativæ virtutis, seu conditionem requisitam in principio *quod*, ad spirandum, sed posita illa hypothesi, non esset filiatio talis, ergo non esset eadem numero. Unde tandem concluditur tertia pars, nam illa hypothesis intrinsece ac formaliter tollit habitudinem inter processionem et filiationem, quæ inter relationem et terminum formalem intercedit. At hæc habitudo est de intrinseco et formali conceptu harum numero relationum, ut explicatum est : ergo illa hypothesis per locum intrinsecum necessario destruit has relationes, ita ut non possint esse eædem numero.

« Ex quibus intelligitur, propositam quæstionem hypotheticam : *Si Spiritus sanctus non procederet a Filio, an distingueretur ab illo*, non posse stricte et limitate intelligi de his personis numero, quæ nunc sunt, sic enim hypothesis manifestam involvit contradictionem, ex qua utrumque inferri potest. Essent enim tales personæ necessario distinctæ, quia supponuntur esse eædem numero, quæ nunc sunt, quas sine dubio repugnat in eamdem simplicem coalescere : et non essent distinctæ, quia supponuntur non habere originem inter se, quam nunc habent. Et hoc ipsum destruit identitatem earum, ut dixi. Quare censeo, nec D. Thomam neque alios auctores secundæ sententiæ in hoc sensu fuisse locutos. Quin potius (ut hoc obiter advertam) idem dicendum esset respectu Patris, si comparatione illius quæstio similis proponeretur in eodem sensu. Nam etiam involvit intrinsecam repugnantiam, quod hæc persona Spiritus sancti a Patre immediate non procedat, et ideo posita illa hypothesi non posset servari distinctio, quia non posset talis persona esse; et nihilominus supponeretur distincta, si supponeretur esse. Proprius ergo sensus illius quæstionis esse debet, an loquendo præcise et abstracte nostro modo concipiendi de processione Verbi et Amoris, sive in his personis, sive in quacunque, quæ a nobis concipi aut fingi possit, tunc distingueretur Amor procedens a Verbo, si ab illo non procederet, sed a Patre tantum. Et hic sensus solus est utilis et accommodatus intentioni nostræ. Nam prior sensus supponit talem processionem unius personæ ab alia, et inde infert reliqua, quæ diximus; nos autem volumus ex distinctione inferre processionem.

« In hoc ergo sensu veram intelligo sententiam D. Thomæ, ut dixi. Ratio est, quia tunc nulla esset repugnantia, vel oppositio inter Verbum et Amorem, quo minus ipsa re identificari possent : ergo non distinguerentur in re. Consequentia probatur, quia in Deo omnia habent summam unitatem et simplicitatem, quæ illorum rationibus et proprietatibus non repugnant; pertinet enim hoc ad divinam perfectionem, ut in omnibus aliis attributis et perfectionibus Dei videre licet. Antecedens autem patet. Primo, quia intellectus et voluntas in Deo sunt idem realiter omnino, cujus identitatis ratio non potest esse alia, nisi quia licet nostro modo intelligendi videantur habere diversas rationes formales, tamen quia oppositionem non includunt, nec repugnantiam habent in reali identitate, ideo ad simplicitatem Dei pertinet ut illam habeant. Et eadem ratione actus intelligendi et amandi est omnino unus secundum rem. Ergo quantum est ex solis conditionibus intellectus, et voluntatis, terminus etiam productus per actum intelligendi et amandi, esset idem secundum rem, neque in hoc haberent repugnantiam, si non haberent oppositionem et originem. Sicut ergo tunc esset una tantum persona prius origine intelligens et amans, eadem omnino virtute, et eodem actu secundum rem, quia unite ac formaliter esset cognitio et dilectio, ita unum realem terminum adæquatum produceret, qui simul esset Verbum et Amor. Nec major ratio distinctionis cogitari tunc posset relationem producti Verbi et Amoris, quam inter relationem producentis per cognitionem et per amorem. Quia sicut relationes passivæ videntur habere rationes formales diversas, ita etiam activæ. Sicut ergo hæ nunc non distinguuntur, quia sola illa distinctio formalis non repugnat identitati reali, nisi interveniat oppositio originis, ita etiam tunc dicendum esset de illis.

« Secundo declaratur in hunc modum, quia vel Verbum procedit prius origine a Patre, quam Spiritus sanctus, vel solum prius ratione sine aliquo ordine naturæ. Si primum dicatur, hoc ipso necessario dicitur. Spiritum sanctum procedere a Filio quia prioritas originis nihil aliud est, nisi unum esse ab alio; non potest ergo Verbum procedere prius origine, quin sit principium Spiritus sancti. Et deinde est optima ratio, quia opera Trinitatis necessario sunt indivisa, ubicunque ordo originis non repugnat; at vero si Filius prius origine procedit a Patre, quam Spiritus sanctus, jam non repugnat ejus origini, quod ab illo simul cum Patre sit secunda processio; ergo necessario ita est. Si autem altera pars eligatur, prout revera, data illa hypothesi asserenda esset, tunc eadem ratione sequitur inter Verbum, et Amorem non fuisse tunc futuram nisi distinctionem rationis : quia non est major ratio de distinctione, quam de ordine, vel prioritate, ad quod applicari potest totus discursus jam factus.

« Atque hinc tandem intelligitur, quomodo ex distinctione reali inter Spiritum sanctum, et Filium

un sens absolu que saint Thomas n'ose trop ni accepter ni rejeter. On voit également comment la stricte orthodoxie sur cet article tendait à transformer les idées antiques sur

optime concludatur emanatio ab illo. Quia sola ratio Verbi, et Amoris producti non potest inferre hanc distinctionem, nisi inter illa duo interveniat origo : atque ita verum est illud principium : *In divinis omnia esse unum, ubi non obviat relationis, vel originis oppositio.* Quod non sola auctoritate, sed etiam ratione, et discursu facto mihi videtur sufficienter probari. Anselmus, lib. *De processione Spiritus sancti*, cap. 3 et seq., ubi ex unitate et simplicitate divinitatis probare conatur, non posse esse duas personas in Trinitate distinctas, quin aliqua earum ab altera procedat. Unde cum manifestum sit Filium non procedere a Spiritu sancto, inde concludit, necessarium esse, ut Spiritus sanctus procedat a Filio. Et idem videntur mihi intendere Patres Latini in concilio Florentino, sess. ult., cum dicunt : *Qui negant Spiritum sanctum procedere a Filio, necessario dividere substantiam Dei, et virtute asserere, non totam illam, sed portionem ejus communicari Filio a Patre.* Quia si tota communicaretur, etiam virtus spirandi communicaretur, cum hæc non repugnet origini Filii ; si Filius vere supponatur distinctus a Spiritu sancto. Unde etiam obiter sumi potest ratio ad confirmandam dictam resolutionem, et sententiam D. Thomæ. Nam si Spiritus sanctus non procederet a Filio, ideo esset, quia repugnaret Filio virtus spirandi, non posset autem repugnare, nisi quia in se haberet simul cum filiatione processionem passivam spirationi activæ oppositam : ergo in eo casu necessario essent idem Verbum et Amor.

« Tandem ex his facile est argumenta prioris sententiæ dissolvere, si contra sensum a nobis definitum fiant. Recte enim probant, quod primo loco supposuimus, de his personis Filii et Spiritus sancti in particulari; contra nostram vero resolutionem nihil urgent. Anselmi enim sensus, si recte expendatur, revera est idem omnino cum his, quæ diximus. Prius enim supponit, ex concessione Græcorum personas Filii et Spiritus sancti, esse distinctas, et ita statuit, illas non posse esse, quin distinctæ sint. Deinde vero ex professo probat, non potuisse esse distinctas, nisi cum emanatione unius ab alia. Prima etiam ratio admitti potest, si Verbum, et Amor supponantur talia esse, qualia nunc sunt, præcise autem loquendo de relationibus formalibus termini cognitionis et amoris, ut sic, negamus, includere distinctionem realem, nisi aliunde adjungatur processio inter illa. Idem respondetur ad secundum, nam filiatio nunc distinguit, quia est formalis ratio terminandi habitudinem processionis, tunc autem non ita esset, quia non esset origo. Ad tertium dicimus, tunc non fuisse futuras duas productiones substantiales, sed unum secundum rem, et duplicem secundum rationem ; nam licet extra Deum multiplicari possint processiones, sine ordine realis originis ipsarum inter se, non tamen intra Deum, propter divinam simplicitatem.

« Caput III. — *An Pater et Filius immediate et æque principaliter producant Spiritum sanctum in re ipsa.*

« In hoc capite incipimus explicare modum, quo Pater et Filius spirant, atque ita paulatim intelligetur ratio a priori quæ potest ex principiis fidei ostendi processio Spiritus sancti a Filio. Ut autem titulus quæstionis intelligatur, supponenda est illa vulgaris distinctio theologorum et philosophorum, quia dupliciter potest causa esse immediata, scilicet vel immediatione virtutis, vel immediatione suppositi. Hic enim solum inquirimus de immediatione suppositi, solumque oportet de Patre rem explicare, nam de Filio nulla potest esse difficultas, supposita veritate fidei in primo capite demonstrata.

« Nam si Filius producit Spiritum sanctum, necesse est, ut in se habeat virtutem producendi illum, nam sine virtute operati, seu producere non potest. Præsertim cum non producat, ut instrumentum, sed ut principalis spirator, ut mox dicemus. Et ita necesse est, ut producat immediate immediatione virtutis, cum in se habeat virtutem, quæ immediate attingit terminum productionis. Rursus, cum inter Filium et Spiritum sanctum non intercedat alia persona, sed proxime (ut sic dicam) inter se conjunganter, necesse est, ut Filius etiam producat immediate immediatione suppositi, quia non datur aliud suppositum, quo mediante producat. Pater enim non potest esse tale medium, tum quia est prior origine, quam Filius, tum etiam quia nihil a Filio recipit, ut ea ratione dici possit Filius per illum producere. Filius ergo immediate producit Spiritum sanctum, tam immediatione virtutis, quam suppositi.

« Rursus de Patre certum est etiam producere Spiritum sanctum immediate, saltem immediatione virtutis, quia contulit Filio virtutem spirandi, quæ immediate attingit productionem Spiritus sancti. Quanquam, si virtus illa spirandi præcise consideretur, prout est in Filio, et supponeretur, Spiritum sanctum immediate prodire a Filio, ut a principio *quod*, et non a Patre, nisi ut a dante Filio virtutem spirandi : Pater non posset dici immediate producere Spiritum sanctum, nisi per accidens, eo modo, quo avus est causa nepotis in humanis, hac solum exsistente differentia, quod ille ordo inter divinas personas esset magis intrinsecus, magisque necessarius. Hoc ergo solum nunc videndum superest, an Pater isto tantum modo producat Spiritum sanctum, vel etiam immediate immediatione suppositi, atque adeo omnino per se etiam immediatione virtutis.

« Ratio dubitandi in primis sumitur ex illa locutione Patrum Græcorum : *Spiritus sanctus procedit a Patre per Filium*, quam habent multi ex citatis in primo capite et alios refert Bessarion in dicto libro, cap. 6 ; et specialiter videri potest Cyrillus lib. II, *in Joan.*, cap. 1 ; et Athanasius in *Redargutione hypocrisis Meletii*, circa finem. Sensus enim illius locutionis solum esse posse videtur, Patrem dare Filio virtutem producendi Spiritum sanctum, ipsum autem Filium immediate producere, atque ita Patrem producere mediate tantum per Filium. Et ob eam causam videtur dixisse Damascenus lib. I *De fide*, cap. 18 : *Spiritum sanctum per Filium conjungi Patri.* Difficilius Gregorius Nyssenus Orat. : *Quod tres Deos dicere non oporteat*, dicit, *Filium continenter, et sine medio ex prima persona esse, Spiritum sanctum vero per id, quod immediate, et ex continenti est.* Unde concludit, *tres personas distingui ut causam, ex causa, et ex eo, quod ex causa est.* Addi etiam hic potest, quod ad distinctionem realem Patris a Spiritu sancto, non est necessaria immediata emanatio, sed sufficit mediata per Filium. Item hæc sufficit ad verificandas omnes locutiones Scripturæ, sicut omnes homines dicuntur procedere ab Adamo, licet non omnes immediate procedant, nec est alia ratio, quæ cogat ad hanc immediatam productionem asserendam, ergo.

« Nihilominus dicendum est, Spiritum sanctum immediate procedere a Patre et a Filio. Quæ est veritas fidei : et quia posterior pars est per se nota ut dixi, his suppositis, quæ in primo capite dicta sunt, prior probatur sufficienter ex illis verbis Christi, *Joan.* XV, 26 : *Spiritus, qui a Patre procedat*, nam hæc absoluta locutio significat processionem per se, quæ est immediata, et non tantum per accidens, qualis esset, si tantum esset mediata, sicut est processio nepotis ab avo. Hoc etiam tanquam manifestum supponunt omnes Patres. Imo

les rapports de l'*opération* et de l'*essence*. A cet égard la thèse que l'Esprit procède et du Père et du Fils, et procède de tous les deux immédiatement par une même vertu spira-

æterno Patri peculiariter attribuunt, quod proprie et principaliter producat. Ac denique concilium Lugdunense, et Florentinum hoc sensu definiunt, *Patrem et Filium esse unum principium*, quod una spiratione producit Spiritum sanctum. Et omnia, quæ de Filio adducta, sunt, cap. 1, hoc a fortiori probant, quia omnia, quæ eorum relationibus non repugnant, sunt illis communia.

« Ratione declaratur, quia Filius non potuit habere virtutem spirandi, nisi a Patre, quia nihil habet, quod a Patre non receperit. Pater autem non potuisset dare Filio spirandi virtutem, nisi illam in se prius origine haberet, tum quia nemo dat, quod non habet, tum etiam, quia illa virtus non est, nisi essentia, et voluntas; conditio autem requisita non minus est in Patre, quam in Filio. Quia ad illam conditionem non est necessaria filiatio præcise, quia filiatio est, quæ enim ratio hujus necessitatis potest assignari? Sed ad summum erit, quatenus est relatio antevertens origine productionem Spiritus sancti, ut infra etiam ostendam, hanc vero conditionem non minus, imo quodammodo magis habet paternitas, quam filiatio : habuit ergo Pater virtutem spirandi prius origine, quam illam communicaret Filio. At Pater dando Filio virtutem producendi Spiritum sanctum, non se illa privavit, sed in se etiam retinuit, quia retinuit essentiam, voluntatem, et paternitatem; ergo quidquid Filius per illam virtutem producit, Pater etiam necessario et immediate producit. Sicut quia Spiritus sanctus ita habet virtutem creandi a Patre et Filio, ut in ipsis etiam maneat, quidquid Spiritus sanctus immediate creat, immediate etiam Pater et Filius creant.

« Atque hinc obiter colligitur ratio a priori, ob quam necesse est, Filium per se producere Spiritum sanctum, atque adeo utramque personam, immediate illum producere, et esse spiratorem. Quia Filius recipit a Patre totam essentiam, et voluntatem ejus, et recipit illam adhuc fecundam, quia recipit illam per productionem intellectus, quæ de se est prior productione per voluntatem : ergo Filius per voluntatem fecundam necessario spirat simul cum Patre. Patet consequentia, quia illa est productio mere naturalis. Unde impossibile est, quod sit a voluntate divina, quin sit ab omni persona, in qua talis voluntas adhuc fecunda invenitur, id est, prius quam per illam aliquid ad intra emanasse intelligatur. Adde, quod etiam in actibus liberis impossibile est, postquam illa voluntas intelligitur esse in tribus personis, aliquid velle unam, quod non velit alia, propter indivisibilem voluntatem et actum volendi; ergo multo magis id erit necessarium in naturali productione per illum actum, quoad eas personas, in quibus talis voluntas invenitur ante talem productionem. Denique sicut de filiatione supra dicebamus, non esse conditionem necessariam ad spirandum ex eo præcise, quod filiatio est, eodem modo dicere possumus de paternitate, non esse talem conditionem ex eo præcise, quia paternitas est, sed solum quia est relatio non producta per spirationem; nam hoc est satis, ut voluntas, seu essentia illi conjuncta sit principium spirandi actualiter : nam hoc sufficit, ut illa sit fecunda, et quod relatio sit omnino improducta, vel per aliam productionem habita, ad virtutem spirandi impertinens est. Hæc ergo ratio probat optime a priori, productionem debere esse necessario ab utraque persona. Probat autem necessitatem ex parte ipsarum personarum, an vero sit etiam id necessarium ex parte termini, vel productionis dicemus, in sequentibus.

« Tandem eodem discursu concluditur, Patrem et Filium æque per se, ac principaliter producere Spiritum sanctum. Probatur, quia uterque producit per virtutem, quam in se habet quæ in utroque est æqualis, imo eadem omnino. Uterque etiam producit proxime et immediate, nec in hoc potest esse inæqualitas. Ergo uterque æque per se, et immediate producit, sicut omnes tres personæ æque per se et immediate creant, quia licet virtus creandi sit in eis cum ordine originis, tamen creatio supponit jam illum ordinem, quasi terminatum (ut sic dicam), id est, virtutem creandi jam exsistentem in omnibus personis, et ideo creatio æque per se, ac principaliter, atque adeo æque primo (quantum ad ipsam pertinet) est ab omnibus, ita vero se habent duæ primæ personæ quoad virtutem spirandi, et spirationem ipsam, ut declaratum est. Et ideo dixi, *per se*, nam habet hoc speciale Pater, quod præbet Filio virtutem spirandi, sed hoc est quasi providens ad productionem sequentem, et ideo non tollit, quo minus Filius æque per se producat. Neque aliud voluerunt Patres Græci, ut jam dicam.

« Ad rationem ergo dubitandi respondetur, ex illa locutione Patrum Græcorum solum colligendum esse, Patrem veluti duobus modis producere Spiritum sanctum, scilicet, immediate, quatenus ipsemet habet virtutem, et voluntatem, per quam amat, cum prioritate originis, et amando producit Spiritum sanctum. Et quodammodo mediate, quatenus Filio communicat eamdem virtutem, et voluntatem, qua ipse etiam Filius amando producit simul cum Patre. Utuntur autem Græci illo modo loquendi, ut declarent, totam hanc virtutem et processionem reduci ad Patrem, ut ad primum principium, et fontem, juxta modum loquendi Dionysii, cap. 1, *De divinis nominibus*. Sic Chrysostomus, hom. 4 *in Joan.*, circa verba illa, *Joan.* I, 3 : *Omnia per ipsum facta sunt*, dixit illam particulam solum significare Verbum non esse ingenitum, sed a Patre virtutem creandi accepisse, etiamsi in opere creatoris nihil minus habeat Verbum, quam Pater. Ita ergo in præsenti locuti sunt Patres Græci.

« Et ad hoc idem significandum dicit aliquando Augustinus *Spiritum sanctum principalem procedere a Patre*, ut *De Trinitate*, lib. XV, cap. 17. Quam locutionem aliqui scholastici extendunt dicentes *Spiritum sanctum principalius a Patre quam a Filio*, ut Bonaventura, Scotus et Durandus, in 1, distinct. 11, omnes quæst. 2; Gabriel, quæst. 3; Marsilius in 1, quæst. 15, art. 2. Sed locutionem comparativam vitandam censeo, quia potest inæqualitatem indicare. Ac propterea D. Thomas, dicta quæst. 36, art. 2, non admittit illum modum loquendi, sed explicat illud *principaliter*, id est, *a se*, *Filius vero a Patre*. Atque eodem modo explicandum putavit Torres ibi, quod nomine Hieronymi in expositione symboli ad Cyrillum (quæ est epistola 18, in tom. IX) dicitur, *Spiritum sanctum proprie procedere a Patre*, tamen paulo inferius in eadem epistola dicitur, *Spiritum sanctum proprie et vere de Patre Filioque procedere*. Ad confirmationem respondetur, in primis parum referre, quod productio immediata non fuerit Patri necessaria ad distinctionem realem a Spiritu sancto, nam per se necessaria est ex vi naturæ, et modo subsistendi talis personæ. Deinde dicitur, neque fuisse possibilem aliam personam Spiritus sancti præter eam, quæ nunc est, neque hanc potuisse esse sine immediata emanatione ab omnibus prioribus personis, et præsertim a prima, et ex hac parte fuisse necessariam illam immediatam productionem Patris ad distinctionem a tertia persona, vel potius ad multiplicationem trium personarum. Alia vero, quæ in illa confirmatione tanguntur, satis ex dictis expedita sunt.

« Tandem hinc solvenda est quæstio, quam atti-

tive, cette thèse révolutionnait toute l'ontologie de la science reçue.

Restons en là de la doctrine trinitaire de saint Thomas. Il y avait encore bien des

gît Rusticus cardinalis, in disputatione contra Acephalos, tom. IV *Bibliothecæ*, in qua dicit non satis sibi esse perspectum, an Spiritus sanctus eodem modo procedat a Filio, quo a Patre. Refert autem, quosdam dixisse, non procedere eodem modo, et ibi in margine citatur D. Thomas, quæst. 10 *De potentia*, art. 4, ad. 5; sed ibi solum ait D. Thomas, Spiritum sanctum non procedere a Filio eo modo, quo Filius a Patre, quia non per generationem, quod longe diversum est. Unde mihi absolute videtur dicendum, eodem modo procedere Spiritum sanctum a Patre, et Filio, quia immediate, per se, ac per modum amoris. Quamvis virtus producendi non eodem modo sit in Filio, quo in Patre. Sicut omnes tres personæ eodem modo creant, licet virtus creandi non eodem modo sit in ipsis quantum ad modum originis.

« Caput IV. — *An etiam secundum rationem Pater et Filius immediate producant Spiritum sanctum.*

« Hanc quæstionem moveo propter quamdam opinionem Ockami, et Gabrielis in 1, dist. 12, quam aliqui moderni multis argumentis suadere conantur. Aiunt enim, dari quoddam constitutum, immediate subsistens, et constans ex essentia, et relatione spirationis activæ, quod est prius origine, quam persona Spiritus sancti, et immediatum principium ejus. Est autem realiter commune Patri, et Filio per identitatem cum illis, cum distinctione rationis, et ideo Pater et Filius producunt Spiritum sanctum, quatenus sunt hoc constitutum. Unde fit, ut secundum rationem mediate producant Spiritum sanctum. Sicut tres personæ creant, quia sunt hic Deus, qui immediate creat.

« Fundamentum hujus sententiæ est, quia Pater, et Filius sunt unum principium Spiritus sancti, ergo sunt unus spirator, ergo datur unus spirator communis Patri et Filio, quia nisi detur unum quid singulare et individuum, pro quo hic spirator supponat, non apparet, quomodo Pater et Filius possint esse numero spirator. Ergo immediate ac per se primo hic spirator producit Spiritum sanctum, Pater autem et Filius solum quatenus sunt ille spirator communis. Secundo, quia spiratio activa est una communis Patri et Filio; ergo etiam hic spirator, est unum constitutum commune Patri, et Filio, ergo secundum rationem illud est immediatum principium Spiritus sancti, non Pater, et Filius, quatenus tales sunt. Antecedens supra probatum est. Consequentia vero multis modis probatur. Primo, quia abstractum et concretum in Deo sunt idem; secundo, quia spiratio illa subsistens est, tum quia includit essentiam, tum etiam, quia omnis proprietas in Deo exsistens, est subsistens; tertio a simili et a paritate rationis, quia omnes aliæ relationes divinæ habent sua concreta adæquata, quæ constituunt, et cum quibus convertuntur. Et alia similia argumenta multiplicantur, quæ destructo fundamento istorum facile per se ruunt.

« Hanc sententiam ego falsam existimo, et contra sanctum Thomam 1 part., quæst. 36, art. 3 et 4; clarius quæstion. 40, art. 4, quibus in locis aliqui etiam ex modernis Thomistis illam impugnant; et Gregorius in 1, dist. 12, qui maxime objicit, quia si daretur constitutum illud ex spiratione activa, et essentia immediate, illud esset persona, et daretur quaternitas in Deo. Hoc tamen non est efficax argumentum, ut constat ex dictis a nobis supra de hoc Deo essentialiter subsistente; nam eadem proportione philosophantur Gabriel, et alii auctores in præsenti. Illud enim constitutum non ponitur incommunicabile, sed commune Patri et Filio, et ideo negatur esse persona, nec ponitur in re distinctum ab ipsis : et ideo non auget numerum rerum, nec subsistentium, nec quaternitatem in Deo efficit.

« Ratio ergo esse debet, quia spiratio activa, ut sic, seu ut dicitur esse quarta relatio, non unitur immediate essentiæ, ut essentia est, sed Patri et Filio, quos secundum ordinem rationis supponit spirantes, ergo non potest Spiritus sanctus immediate procedere ab aliquo constituto ex illa spiratione et essentia. Consequentia evidens est. Antecedens autem probatur primo, ex differentia quam D. Thomas dicta quæst. 40, art. 4, constituit inter paternitatem, et spirationem activam, quod paternitas, ut proprietas constituens personam generantem, supponitur generationi, spiratio autem sub nulla ratione supponitur ad productionem Spiritus sancti, quia non est necessaria ad personam constituendam, quæ est principium Spiritus sancti. Et ratio differentiæ clara est, quia ante paternitatem non supponitur aliquod constitutum, quod possit esse principium productionis ad intra, ad spirationem autem activam jam supponitur. Sed instant, quia persona illa, ut constituta paternitatis proprietate, supponitur ut principium sufficiens productionis per intellectum; non vero, ut principium productivum per voluntatem : ergo supponi etiam debet constitutum per spirationem activam.

« Sed contra hoc objicio (et est potissima ratio, quæ in hac materia me movet) quia idem est sufficiens, et immediatum principium productionis per voluntatem, quod est principium productionis per intellectum; ergo sicut Pater, ut constitutus sua proprietate personali immediate generat, ita etiam immediate spirat; et e converso, sicut non potest dari constitutum commune immediate producens per intellectum, ita nec per voluntatem. Consequentia clara est. Antecedens patet, quia amor procedit ex cognitione, unde idem est amans, qui est intelligens; ergo idem etiam immediate producit amando, qui producit intelligendo. Quæ ratio in Patre convincit. Potest autem instari in Filio, quia ille non producit intelligendo. Verumtamen etiam ad Filium est cum proportione applicanda. Quia licet ille non sit principium productionis per intellectum, quia per illam accipit esse, tamen supponitur persona intelligens ante productionem per voluntatem, ergo jam constitutus sua proprietate, sicut immediate amat cum Patre, ita etiam immediate producit, quidquid per illum amorem naturaliter produci potest. Patet consequentia, quia jam habet voluntatem, et amorem cum prioritate originis ad processionem voluntatis : ergo habet cum tota fecunditate, et cum omnibus requisitis ad illam productionem. Non igitur constitutum aliquod commune, sed Pater et Filius immediate spirant.

« De primo fundamento contrariæ sententiæ dicam in capitibus sequentibus, nunc negatur consequentia : nam ad unitatem spiratoris non est necessarium illud constitutum, quod etiam facile constare potest ex dictis supra de unitate trium personarum in ratione hujus Dei. Alia item ratio multa petit, quæ in superioribus tractata sunt; et ideo breviter adverto, hoc nomen, *spirator*, dupliciter sumi posse : primo, prout est concretum originis tantum, sicut genitor; secundo, ut est formale relativum, sicut Pater : hic ergo non accipitur posteriori modo, et ideo argumenta, quæ sumuntur a relatione spirationis activæ, non faciunt ad rem præsentem. Sumitur ergo priori modo, quatenus ab ipsa virtute, et actu spirandi, denominatur, sic autem spirator non habet aliam subsistentiam, notionalem præter personales subsistentias Patris et Filii; nam illæ sunt veluti conditio sufficiens ad talem productionem, cujus formale principium est

questions du plus haut intérêt à parcourir et à poser, sinon à résoudre. Nous croyons du moins avoir donné au lecteur attentif la clef de cette étude. Nous croyons de plus avoir

voluntas. Hinc vero consequenter infertur, etiam relationem spirationis activæ non habere propriam, et peculiarem subsistentiam relativam, quia nostro modo intelligendi advenit personis subsistentibus incommunicabiliter, et illis quasi adhæret, solumque propter summam identitatem est substantialis relatio.

« Sed objicitur, quia sicut intelligere essentiale convenit prius ratione divinæ essentiæ, quam relativæ proprietates, ita etiam diligere essentiale est eodem modo prius, quam relationes, sed ad divinam naturam, ut habentem intelligere essentiale consequitur immediate relatio paternitatis, per quam completur principium *quod* generandi ad intra, et ipsa etiam divinitas completur quodammodo in ratione principii, *quo* ejusdem generationis : ergo etiam ad eamdem naturam divinam, ut essentialiter amantem consequitur immediate aliqua proprietas, vel quasi forma complens principium *quod* spirandi, et suo etiam modo voluntas divina completur in ratione principii, *quo* spirandi. Hæc autem forma non est, nisi relatio spirationis, neque alia intelligi potest : ergo sicut principium generandi completur immediate et divinitate, et relatione principii in illo genere processionis, ita principium spirandi immediate quasi constituitur ex eadem divinitate, et relatione principii in illa specie : ergo hoc constitutum est immediatum principium spirandi, et spirator, Pater autem et Filius in tantum spirant, in quantum sunt unus ille et communis spirator.

« Respondeo primo, totam hujus objectionis fabricam niti falsó fundamento, quia supra ostendi ex divinitate nullam relationem peculiarem resultare, ratione actus intelligendi, ut est veluti quidam actus ultimus, qui a nobis concipitur per modum operationis immanentis, quia ex tali actu non resultat personalitas aliqua, sed natura sic intelligens essentialiter, supponitur subsistens etiam essentialiter. Quod autem talis natura ex se absolute subsistens habeat etiam aliquam subsistentiam incommunicabilem, ex illa immediate quasi resultantem, non est propter actum intelligendi, vel amandi, sed ex se id habet, quia est natura substantialis, infinita, et fecundissima, ac realiter communicabilis. Unde ad formam argumenti respondetur, negando minorem in sensu, in quo assumitur. Addo præterea, etiamsi in bono sensu concedatur totus prior discursus, vel syllogismus, falsam esse secundum minorem subsumptam, et ideo nihil inferri. Nego igitur illam relationem, quæ consequitur immediate ad divinitatem, ut essentialiter diligentem, esse spirationem activam; nam hæc solum consequitur ad ipsam actualem spirationem, sed esse eamdemmet paternitatem, quæ Patrem constituit, non solum in ratione principii *quod* generandi, sed etiam spirandi. Non dico constituere ipsum in ratione jam spirantis, quasi actualiter, neque habere rationem formæ referentis illum ad Spiritum sanctum, sed solum complere principium, quod spirare potest, et esse conditionem sufficientem, ut divinitas illi conjuncta sit principium *quo* non solum generandi, sed etiam spirandi. Cum ordine tamen connaturali, cum quo tale principium necessario exit in actum generandi, prius ratione, quam in actum spirandi.

« Ex quo ordine sequitur duplex differentia inter illam proprietatem, ut complet principium generandi vel spirandi. Una est, quia principium generandi ita constituit, ut non admittat consortem (ut sic dicam) in illa ratione principii, quia illa est prima origo; et illa prima persona non admittit aliam æque primam in origine, id est, quæ sit ante omnem originem. Ut vero complet principium spirandi admittit consortem, quia illa prima persona sic constituta, generando dat genito, et voluntatem suam, et aliam relationem, quæ potest etiam complere principium *quod* spirandi, et esse sufficiens conditio, ut divinitas sit principium *quo*. Et ita licet proprietas prima constituat principium *quod* spirandi, non tamen sola, quia etiam secunda proprietas hoc potest complere, quatenus cum prima convenit in hoc, quod est ante originem per voluntatem. Altera differentia est, quod illa prima proprietas non solum constituit personam primam in ratione subsistentis sufficientis ad generandum, sed etiam refert illam ad genitum, quia ille est primarius terminus ejus; quamvis autem constituat eamdem personam in ratione subsistentis sufficientis ad spirandum, non tamen refert illam personam ad terminum processionis secundæ, per se ipsam formaliter, ut paternitas est, sed per novum respectum ratione distinctum, qui intelligitur resultare in tali persona et productione Spiritus sancti. Sicut etiam filiatio constituendo secundam personam sufficienter ad subsistendum incommunicabiliter, et ad operandum, et ad spirandum refert quidem illam ad Patrem, non tamen ad Spiritum sanctum, sed refertur ad illud per relationem quasi resultantem ex processione, quæ eadem omnino est cum spiratione Patris, ut supra visum est. Nulla est ergo unica relatio, quæ constituat personam spirantem, vel spiratorem communem subsistentem relative, sed sola est relatio referens Patrem, et Filium, ad Spiritum sanctum, quos supponit immediate producentes eumdem.

« Caput V. — *Sitne in Patre, et Filio una, et eadem spirandi virtus.*

« Unum ex præcipuis argumentis, quod Græci adversus Latinos semper objecerunt, est; quia si Spiritus sanctus a Filio et Patre procederet, duo haberet principia, quod et divinæ simplicitati et personarum consubstantialitati repugnare videtur, ut ergo Ecclesia Romana illis responderet ac satisfaceret, docuit tam in concilio Lugdunensi in capite unico *De summa Trinitate* in 6, quam in concilio Florentino, sess. 24, Spiritum sanctum procedere a Patre et Filio, tanquam ab uno principio. Quod dogma in hoc capite a nobis explicandum est. Tria autem puncta postulat : primum, an in Patre et Filio sit una, et eadem virtus spirandi, et quomodo necessaria sit; secundum, quomodo dualitas personarum concurrat, vel necessaria sit ad Spiritus sancti productionem; tertium, an cum hoc stet vera unitas spiratoris, seu principii Spiritus sancti.

« Circa primum igitur ratio dubitandi est, quia vel est sermo, de unitate reali, seu numerica, vel solum unitate rationis : hoc posterius dici non potest, alioqui Pater et Filius non essent re ipsa unum principium, sed plura. Primum autem non videtur possibile, quia virtus spirandi est quid notionale; nihil autem notionale unum, et idem secundum rem est commune Patri et Filio, ergo. Major clara est, quia illa virtus non est communis omnibus personis. Minor autem videtur affirmari a Basilio, epist. 43, dicente : *Filius nullam prorsus notionum communicationem secundum proprietatem suam, tam cum Patre, quam cum Spiritu habet.* Ratione etiam ostenditur, quia licet relatio spirationis activæ communis sit Patri et Filio, tamen illa est consequens actum spirandi, et consequenter supponit virtutem spirativam : ergo hæc virtus non includit illam relationem, ergo ratione illius non est virtus spirandi communis secundum rem Patri et Filio, ergo solum potest esse communis secundum rationem quantum ad illud notionale, quod includit.

« Nihilominus dicendum est, in Patre et Filio unam tantum esse virtutem spirandi, eamdem numero, et utrique realiter communem. Est res certa,

établi que le dogme trinitaire a rendu la raison à elle-même, et cela par ses parties, par ses formules qui sont le plus en dehors de cette raison et le plus appropriées à ce

et in ea conveniunt omnes theologi referendi, cap. 6 et 7, quia necessario sequitur ex prædicto dogmate tradito in dictis conciliis. Nam si Pater et Filius cum distinctione personali haberent etiam virtutes spirandi realiter distinctas, nihil superesset, propter quod dici possent unum principium vere, ac in re ipsa, prout dicta concilia loquuntur. Item, aut virtutes illæ essent partiales, aut totales. Primum dici non potest, alias quælibet earum imperfecta esset, et neutra persona esset simpliciter principium Spiritus sancti, sed ex utraque quasi per collectionem quamdam coalesceret integrum principium Spiritus sancti. At hæc sunt plane absurda, quæ Græci inferebant, et concilia propter illa vitanda, definiunt, utramque personam esse unum principium. Si vero dicatur secundum, scilicet illas virtutes esse totales, aperte sequitur, duas personas esse duos spiratores substantive; quia ad multiplicationem substantivi nihil amplius requiritur, quam quod personæ, et formæ multiplicentur. Præterea ex unitate actus, seu originis, et termini adæquati recte etiam colligitur una virtus tali actui proportionata, et adæquata. Denique ratio a priori est, quia hæc virtus non est aliud, quam voluntas, seu amor Patris, et Filii, ut in lib. I et II, dictum est; constat autem ex dictis in lib. IV, voluntatem et dilectionem esse eamdem numero in Patre, et Filio, ergo et virtus spirandi est una. Quæ rationes non solum probant, hanc virtutem in re esse unam, sed etiam ostendunt, talem unitatem hujus virtutis per se, et ex intrinseca ratione talis productionis esse necessariam, tum propter unitatem simplicissimam actus, et termini ejus, tum etiam quia intrinsece requirit infinitatem simpliciter, et ideo illa virtus multiplicabilis non est.

« Ad difficultatem autem in principio positam, quod attinet ad testimonium Basilii, jam dictum est, illum loqui de notionibus convenientibus personis secundum proprietates personales, ut constat ex illo Verbo *secundum proprietatem suam*. Quod vero pertinet ad rationem, aliqui convicti illo argumento dicunt spirationem activam, licet videatur consequi originem, quatenus exercet officium referendi, tamen secundum se, et prout est proprietas quædam, antecedere originem, et complere virtutem spirandi, quantum ad id notionale, quod includit. Quia alias virtus illa quantum ad id totum, quod includit, non esset realiter communis. Item, quia sine illa non potest intelligi notionalis amor, per quem Spiritus sanctus producitur.

« Hæc vero sententia est manifeste contra D. Thomam, quæst. 40, art. 4, et repugnat his, quæ diximus capite præcedenti. Unde et ex illis etiam impugnari potest, ob quæ illa relatio constituens principium producendi, necessaria sit ad virtutem spirandi, et præintelligi debeat ad actum spirandi. Quia vel est necessaria, ut formaliter complens virtutem spirandi, et hoc non, quia non complet formaliter virtutem amandi, et quia in lib. I, ostensum est, amorem notionalem non includere formaliter relationem; quod etiam de virtute productiva ad intra ostendimus lib. VII : vel est necessaria solum ut conditio requisita, et hoc etiam dici non potest, quia nec necessaria est ad constituendam personam Patris vel Filii; supponuntur enim constitutæ suis proprietatibus, neque etiam, ut se mutuo amant; nam ad hoc sufficit infinita voluntas, in qua subsistunt, nec denique, ut se amando producant; nam ad hoc etiam satis est, ut in eadem voluntate personaliter subsistant absque origine per eamdem voluntatem, nam quidquid ultra requiritur, sine causa, vel ratione dicitur.

« Dico ergo, virtutem spirandi de formali dicere absolutum, scilicet voluntatem, vel amorem (quod absolutum est per se, ac formale principium *quo*, talis productionis); connotare autem relationem, personalem tanquam conditionem necessariam in principio *quod*, productivo Spiritus sancti. Hæc ergo conditio non est una, et eadem secundum rem in Patre et in Filio; quia in Patre est paternitas, et in Filio, filiatio, utraque enim sufficit ad complendam virtutem spirandi, ut in superioribus fuse explicatum est, videlicet, quatenus inter se conveniunt in hoc, quod utraque est absque productione per voluntatem : hoc enim satis est, ut quælibet illarum personarum possit esse principium per voluntatem producens, imo unum ex altero necessario sequitur. Neque inde fit, ut virtus spirandi non sit una, et eadem realiter in utraque persona, quia virtus non dicit conditionem suppositi, sed formam, quæ est principium producendi, ut si unamet albedo esset in duobus subjectis, vel superficiebus, unicum esset formale principium, et una virtus disgregandi visum in utraque superficie, licet haberet duplicem extensionem, quæ est conditio necessaria ad disgregandum visum.

« CAPUT VI. — *An Pater, et Filius spirent, ut aut personæ ad spirandum per se requisitæ.*

« Multi theologi sentiunt, Spiritum sanctum procedere a Patre, et Filio, ut unum sunt, et pluralitatem illam personarum, licet ex parte naturæ divinæ sit per se, tamen ad productionem Spiritus sancti esse quasi per accidens, sicut ad productionem creaturarum est quasi per accidens personarum Trinitas. Ita sentit Scotus in 1. distinct. 12, quæst. 1; et in re idem sentiunt Gabriel, quæst. 1, art. 1 et 2; et Durandus, dist. 11, quæst. 3, licet in modo explicandi aliquo modo differant. Fundamentum est, quia tota virtus spirandi perfectissima est in qualibet persona, neque in duabus simul perfectior est, quam in singulis, ergo ad spirandum accidentarium illi est, quod sit in duabus personis, quia virtus æque perfecta æque operari potest, sive sit in uno, sive in multis suppositis. Et confirmatur primo, nam ob hanc causam ad creandum non requiruntur per se plura supposita, quia virtus creandi æque perfecta, est in singulis. Unde confirmatur secundo, nam si per impossibile Pater non produceret per intellectum, et haberet voluntatem fecundam, sicut nunc habet, posset producere amorem, qui esset Spiritus sanctus, ergo quod nunc non solus, sed cum Filio producat Spiritum sanctum, non ideo est, quia per se requiritur concomitantia alterius personæ ad illam productionem, sed quia alias ex fecunditate intellectus divini necessario supponitur simul cum Patre alia persona. Tandem confirmat Scotus, quia si propter aliquid essent necessariæ duæ personæ, maxime, quia Spiritus sanctus procedit, ut nexus et mutuus amor Patris et Filii, juxta Augustinum, lib. VI *De Trinitate*, cap. 5, at hoc non refert, quia illa locutio solum addit denominationem rationis, quæ nullam perfectionem addit, nec potest esse necessaria conditio ad spirandum. Unde sine illa posset integre et perfecte produci Spiritus sanctus.

« Contrariam sententiam tenent communiter discipuli D. Thomæ, quam bene tractat Cajetanus, part. I, quæst. 33, art. 4; ubi etiam Torres, et alii; Ferrarius, lib. IV *Contra gentes*, cap. 25; Capreolus, in 1, dist. 12, quæst. 1, conclus. 4; et idem sentit Marsilius, in 1, quæst. 15, art. 3; Henricus, part. I *Summæ*, art. 54, quæst. 6; favet D. Thomas, in 1, dist. 11, quæst. 1, art. 2, et art. 4, ad 2. Nam in hoc ponit aliquod discrimen inter emanationem Spiritus sancti a duabus personis, et creaturarum a tribus. Et part. I, quæst. 36, art. 4, ad 1, dicit :

qu'il y a d'intime et *sui generis* dans le catholicisme.

Beaucoup d'esprits éminents ont été frappés dans ces derniers temps du dogme tri-

Spiritum sanctum procedere a Patre et Filio quatenus plures personæ sunt, indicans illam pluralitatem aliquo modo per se requiri ad talem productionem.

« Hæc sententia suaderi potest, quia productio amoris per se supponit productionem per intellectum, et amor ipse per se procedit, et ab intelligente, et a Verbo concepto, ergo cum Spiritus sanctus procedat ut amor, ejus processio per se supponit processionem Verbi, et ipse Spiritus sanctus per se procedit a Patre, et Verbo, ut distincti sunt. Hæc vero ratio non convincit. Recte enim respondet Scotus ad priorem partem, licet amor supponat per se intelligentiam, tamen quod amor fecundus, seu productivus supponat etiam intelligentiam fecundam, non est per se, seu consequens per locum intrinsecum, ut aiunt. Nam si per impossibile fingamus voluntatem esse magis fecundam, quam intellectum, ut posset dari productio per voluntatem, satis esset supponere intelligentiam, quamvis sterilem (ut ita loquar) et tunc productio amoris esset ab uno, et non a duobus. Unde quod dicebatur de productione amoris a Verbo, tunc non haberet locum : quia non esset proprium Verbum productum, sed conceptus essentialis; et ideo non est formaliter dictum : quia amor vel productio amoris per se non supponit dicere, sed intelligere, quod per se loquendo esse potest in eo, qui non producit Verbum. Et prætcrea, in nobis juxta veriorem sententiam, verbum non est principium activum et productivum amoris, et in Trinitate divinum Verbum non est principium Spiritus sancti, ex eo præcise quod est Verbum productum, sed ex eo quod est Verbum intelligens, et consequenter est simul cum Patre amans.

« Sed additur secunda ratio, quia hoc ipsum est de intrinseca ratione et notione Spiritus sancti, scilicet, quod procedat a duabus personis invicem se amantibus. Tum quia est amor, non utcunque sed ut nexus duorum, ut ex Augustino referebam, et tradit etiam D. Thomas, part. I, quæst. 37, art. 1, et dicemus inferius. Tum etiam, quia Spiritus sanctus est amor perfectus, pertinet autem ad perfectionem amoris, ut sit per modum amicitiæ et concordiæ inter plures, ut late prosequitur Richardus de Sancto Victore, lib. III *De Trinitate*, cap. 7 et sequentibus. Verumtamen hæc ratio convincit quidem de facto, Spiritum sanctum procedere a duabus personis, quia de facto est nexus duorum; non vero probat, hoc per se convenire Spiritui sancto ex vi suæ proprietatis personalis. Quando enim Augustinus dixit : *Spiritum sanctum esse nexum*, non dicit, denominationem hanc illi convenire sub illa formalitate, seu perseitate, sed solum de facto ita esse. Neque etiam hoc formaliter pertinet ad rationem, vel perfectionem amoris : amor enim Patris, quatenus diligit seipsum, non minus perfectus est, quam sit amor Patris et Filii, quatenus se mutuo diligunt; ergo si esse posset Pater prima persona se ipsam diligens absque Filio, non minus esset productiva per amorem, quantum est ex perfectione amoris.

« Ego breviter in hac re sentio, aliud esse loqui formaliter ac præcise de productione amoris vel Spiritus sancti ut sic, aliud vero de productione hujus tertiæ personæ in individuo, quatenus per hanc proprietatem personalem constituitur ex vi suæ processionis. Primo ergo assero ad productionem amoris vel Spiritus sancti per se non esse necessariam pluralitatem personarum. Hoc videntur mihi convincere tam rationes factæ pro opinione Scoti, quam ex his, quæ dicta sunt circa rationes secundæ opinionis. Hoc etiam videntur mihi supponere sanctus Thomas, Scotus, et omnes, qui interrogant, si Spiritus sanctus non procederet a Filio, an distingueretur ab illo, supponunt enim in tali hypothesi processionem a solo Patre mente conceptam, ac subinde quod sit ab una tantum persona. Denique ex creaturis possumus argumentum sumere; nam in eis est processio amoris et verbi, et utraque est ab una persona tantum, propterea quod verbum productum a creatura imperfectum est, neque est persona amans, nec intelligens, quod ergo in Deo processio amoris sit a duabus personis, non est formaliter, ac præcise est perfectione amoris, sed ex eo quod Verbum productum est perfectum, ac personaliter subsistens, et eadem voluntate cum Patre amans.

« Secundo nihilominus assero, ad productionem Spiritus sancti in hac numero personali proprietate, quam nunc habet, conditionem necessariam fuisse ut virtus spirandi prius ratione, seu origine in duabus personis Patris et Filii personaliter subsisteret. Probatur ex principiis positis, quia Spiritus sanctus, prout nunc procedit ex vi suæ proprietatis, dicit habitudinem relativam ad Patrem et ad Filium : ergo per se respicit, et requirit utramque personam ad suam productionem. Antecedens constat ex supra dictis, quia Spiritus sanctus non procedit immediate ab aliquo subsistente communi Patri et Filio, sed ab ipso Patre et Filio, ut constitutis propriis relationibus. Et ideo recte dicit Cajetanus loco proxime citato, Spiritum sanctum procedere a Patre et Filio, quatenus Pater et Filius sunt, ita hoc intelligendo, ut illa particula, *quatenus*, reduplicet conditionem necessariam ad spirandum. Consequentia autem utraque probatur, quia terminus relationis passivæ originis est illud ipsum, quod est principium talis processionis, quatenus proxime constituitur aptum ad talem productionem. Item quia relatio per se recipit suum terminum adæquatum, neque secundum hanc habitudinem potest illi convenire aliquid per accidens, cum formalis ejus ratio, et veluti quidditativa in tali habitudine consistat : ergo idemmet terminus adæquatus talis relationis est per se principium ejus, sicut est per se terminus ejus. Unde sicut non potest esse talis relatio sine tali termino, ita etiam nec sine tali principio.

« Hoc tandem potest ex creaturis declarari, in quibus res absoluta, procedens ab aliqua causa, tanquam terminus actionis ejus intelligi potest, non procedere, ab illa, quin possit ab alia procedere, tamen ipsamet actio, quia formaliter constituitur per habitudinem ad talem causam, non potest eadem numero ab alia causa fluere. Sic ergo in Deo, quia persona procedens non constituitur proprietate absoluta, sed ipsamet relatione ad suum principium, ideo ab illis personis per se procedit, quas per se etiam relative respicit, ergo Spiritus sanctus, sicut sua proprietate immediate respicit Patrem, et Filium, quatenus tales sunt, ita ab illis per se procedit. Et in hoc est apertum discrimen inter processionem Spiritus sancti a duabus personis, et creaturarum a tribus; nam ad producendum Spiritum sanctum, non satis est hic Deus subsistens, sed necessaria conditio est, ut per proprietatem personalem incommunicabiliter subsistat, et ideo terminus processionis Spiritus sancti immediatus est persona ipsa, vel personæ, a quibus immediate procedit, et idem est principium per se ejus. Ad producendam autem creaturam, per se sufficit hic Deus subsistens essentialiter, qui per suam essentiam distinguitur a creaturis, unde ad illum, ut sic, per se terminatur relatio creaturæ, et ideo ad illam non ita per se requiritur personarum Trinitas.

« Una vero superest objectio, quam recte attigit

nitaire et de ses secrètes relations avec les lois de la vie et de la raison. Mais ils n'y ont guère vu qu'une sorte de consécration divine de certaines données de la psychologie

Cajetanus. Nam sequi videtur, nec Patrem, nec Filium sigillatim esse principium perfectum, et totale Spiritus sancti, prout est talis persona, sed solum Patrem, et Filium simul. Consequens videtur inconveniens, nam derogat perfectioni singularum personarum, et dicendum esset, unamquamque illarum per se tantum esse principium partiale, quod dici non potest. Respondeo, nonnullos theologos, et inter eos D. Thomam, ut statim referam, ita loqui, ut dicant principium Spiritus sancti esse Patrem et Filium simul, et non licere alterum eorum determinate designare per *principium Spiritus sancti*. Sed, quidquid sit de hoc modo loquendi (de quo statim) veritas in re ipsa est, totam virtutem spirandi esse in utraque persona simul, et in singulis, et hoc satis esse ut quælibet earum per se sit spirator, et principium Spiritus sancti perfectum et integrum, quia hæc perfectio maxime sumitur ex virtute et formali principio producendi, et quia relatio Spiritus sancti tota respicit singulas personas, et utramque simul.

« Nihilominus tamen verum etiam est, quod Cajetanus dixit, conditionem requisitam ad hanc productionem Spiritus sancti, prout in re est, non esse in singulis personis, sed in utraque simul, quia, ut ostendimus, utraque persona necessaria est ad talem productionem. Et declaratur in hunc modum : nam Spiritus sanctus per suam indivisibilem relationem respicit Patrem et Filium, et quamvis ab utroque habeat relationem illam, tamen non posset per illam respicere Filium, nisi ab illo procederet, etiamsi procederet a Patre, neque e converso; ergo, ut illa relatio habeat integram et adæquatam suam habitudinem, necessaria conditio ex parte principii producentis est duplex relatio, quæ constituat adæquatum terminum illius relationis. Neque hoc est ullum inconveniens, quia hæc conditio non addit perfectionem simpliciter, quæ in ipsa essentia eminenter non contineatur, sicut non est inconveniens, quod hic Deus, ut sic, non possit generare, sed conditio necessaria sit prima proprietas personalis.

« Caput VII. — *An Pater et Filius sint unus spirator unumque Spiritus sancti principium.*

« In hoc puncto, quod in hac materia unum ex præcipuis est, temere profecto loquuntur nonnulli scholastici. Nam Durandus in 1, dist. 29, quæst. 2; et Gregorius dist. 12, quæst. 1, dicunt, in rigore Patrem et Filium non esse unum principium, sed potius duo, licet propter periculum aliter Patres loquantur ad declarandam unitatem virtutis, quæ est in utraque persona, et unitatem termini et productionis : *Et ideo*, inquit Durandus, *non absolute dicunt concilia esse unum principium, sed Spiritum sanctum procedere ab illis, tanquam ab uno principio.* Gabriel vero, Occamus, et alii dicunt posse vocari unum, et duo principia, diversis respectibus.

« Dicendum vero est, Patrem, et Filium proprie, ac simpliciter esse unum Spiritus sancti principium, et non plura. Ita D. Thomas dicta quæst. 36, art. 4; et Bonaventura, Richardus, et fere alii, distinct. 12, ubi etiam consentit Scotus. Nam licet dicat quæstionem esse de modo loquendi, non tamen excludit quin sit fundata in re ipsa, nec putat esse parvi momenti, cum ex verbis inordinate prolatis incurratur hæresis, et ideo ita loquendum sit de mysteriis fidei sicut concilia loquuntur. Hæc autem sine dubio est mens conciliorum Lugdunensis et Florentini, quæ citavi, et illa particula, *tanquam*, non diminuit, sed explicat veritatem rei, sicut est illa *Joan.* 1, 14 : *Quasi unigeniti a Patre.* Alias concilia dicta nec satis explicassent fidem nec Græcis satisfecissent. Et ob eamdem causam non tantum definiunt, esse unum principium, sed etiam negant esse duo. Et eodem modo loquitur Augustinus, lib. v *De Trinitate*, cap. 13 et 14; Hilarius, lib. iv *De Trinitate;* Anselmus, lib. *De processione Spiritus sancti*, cap. 10. Ratio est supra late tractata, disputando de unitate personarum in Deitate, ubi ostendimus ad unitatem substantivi sufficere unitatem formæ etiam si supposita immediate multiplicentur, hic autem principium Spiritus sancti substantivum quid est, et ostendimus, formam seu virtutem ejus esse unam, ergo principium est unum, licet illa virtus sit in pluribus suppositis.

« Unde fit, idem dicendum esse de uno spiratore, licet D. Thomas, in 1, dist. 11, aliter de illo locutus fuerit, in quam partem etiam inclinat Durandus supra quæst. 3. Quia de nomine spiratoris tanquam de adjectivo indicant. Tamen D. Thomas sententiam retractavit in part. 1, quæst. 36, art. 4 ad 7. Et merito, quia juxta communem usum nomen *spirator* substantivum est, unde cum de formali unam dicat formam, ab illa sumit unitatem. Nec refert, quod illa forma sit actus spirandi, nam etiam *Creator* dicit de formali actum creandi, et tamen tres personæ sunt unus Creator. Secus vero est de nomine *spirantis*, nam hæc significat adjective, et ideo Pater, et Filius recte dici possunt duo spirantes. Quomodo exponendus est Hilarius cum lib. *De Trinit.* dixit *Patrem, et Filium esse auctores Spiritus sancti* ut D. Thomas supra notavit.

« Una tamen superest interrogatio, seu objectio vulgaris, pro quo supponat, vel qui designari possit sub illo *uno principio*, vel *spiratore*, qui de Patre et Filio prædicatur, quia nihil videtur designari posse. Nam sive Patrem, sive Filium designes, falsa erit locutio, quia neutra persona potest de utraque simul prædicari. Propter hoc multi putant necessarium esse dari subsistentem communem in activa spiratione qui sit hic *spirator*, et *unum principium*, quod de Patre et Filio prædicetur. Ita sentiunt Gabriel et alii citati cap. 4. Sed ibi ostensum est, illam sententiam esse falsam. Quod autem non sit necessaria ad veritatem illius locutionis explicandam supra libro iv declaratum est, et patebit ex dicendis.

« Alii ergo respondent, prædicatum illud habere vim termini collectivi, et ideo supponere pro Patre et Filio simul. Quod videtur docere D. Thomas dicta quæst. 36, art. 4, ad argumenta. Et fere in idem recidit, quod Cajetanus ibi et Capreolus in dist. 7 et 12, quæst. 1, dicunt prædicatum illud, supponere confuse et immobiliter, ratione illius particulæ, et, positæ ex parte subjecti sicut dialectici dicunt de hac propositione : *Parisiis, et Romæ venditur piper.* Sed prior responsio difficilis est, quia sequitur, Patrem solum et Filium solum non posse dici spiratorem vel principium Spiritus sancti, quia terminus collectivus non potest de singulis personis prædicari. Consequens autem falsum est, ut constat. Posterior etiam responsio in termino singulari locum non habet, Pater autem et Filius sunt hic spirator, seu unum principium singulare, imo idem principium, ergo aliquid sub illo termino posito ex parte prædicati designare licebit. Item de Patre et Filio sigillatim prædicatur spirator, ergo tunc nulla est suppositio confusa vel immobilis, at idem spirator est, qui de Patre, et Filio simul, et de quolibet eorum sigillatim prædicatur, ergo idem sub illo termino designare licebit.

« Dico ergo spiratorem immediate ac determinate supponere pro subsistente in hac virtute spirandi, ita ut ex parte virtutis dicat singularitatem : ex parte vero subsistentiæ, communiter et confuse dicat subsistens in illa virtute cum conditione sufficienti ad spirandum. Et ideo potest de Patre et

humaine : la puissance, l'intelligence, l'amour, distingués au sein de Dieu et cependant compris dans son unité, leur ont paru un enseignement grave et fécond de ce qui était ou en nous-mêmes ou dans le monde. Le lecteur peut se rappeler à cet égard soit l'*Esquisse d'une philosophie* de M. de Lamennais, soit certaines expositions du livre de l'*Humanité*, soit enfin les très-curieuses et très-belles discussions qui viennent de s'agiter dans un recueil très-savant entre MM. Lambert-Bey, Charles Lemonnier et Brothier. Mais ces penseurs d'élite ont mal vu, néanmoins, la véritable efficacité, l'efficacité *impulsive* et *progressive* du dogme trinitaire, parce qu'ils l'ont, autant que possible, *rationalisé* et découronné de sa partie la plus mystérieuse et surnaturelle.

C'est une loi que nous avons fait remarquer dans la Préface de cet ouvrage — grande loi historique et d'une application incessamment féconde — que le christianisme agit et par ceux de ses dogmes qui appartiennent au domaine de la raison et par ceux qui appartiennent à l'ordre surnaturel. Mais tandis que les premiers (comme, du reste, les formes pures de la raison) agissent surtout d'une façon *conservatrice*, maintenant l'esprit humain dans ses limites naturelles et sensées, les autres, le poussant toujours en avant, l'empêchant de s'arrêter dans les théories qui accommodent d'abord le sens commun, agissent d'une façon *transformatrice* et *spirituellement révolutionnaire*.

Nous trouvons encore ici la vérification de ce principe qui déjà s'est si souvent vérifié sous nos yeux. A la vérité, même la simple considération de la puissance, de la

Filio tam simul, quam sigillatim prædicari, quamvis de Patre et Filio simul nulla persona determinate, ut talis est, possit prædicari. Quod non obstat, quia spirator, ut sic, vel *principium Spiritus sancti* neutram personam hoc modo significat, sed abstracte ex parte suppositi, id est, personam habentem talem virtutem seu spirationem. Nisi fortasse spirator sumatur pro illo principio, quod includit non solum totam virtutem, sed etiam omnem conditionem adæquate necessariam in principio Spiritus sancti, sic enim procederet, quod D. Thomas dixit, supponere tunc pro Patre et Filio simul, propter ea, quæ in capite præcedenti dicta sunt.

« Alia objectio fieri potest. Quia si Pater et Filius sunt unum principium propter unam virtutem. Pater erit duo principia, scilicet Filii et Spiritus sancti propter duplicem virtutem et processionem. Aliqui respondent non dici duo principia ne distinctio realis significari videatur, secundum rationem vero dici posse, sicut sunt duæ virtutes. D. Thomas autem part. 1, quæst. 36, art. 4, negat simpliciter Patrem esse duo principia. Et idem absolute negant tam Latini quam Græci in concilio Florentino, sess. ult., et ita mihi sentiendum, et loquendum videtur. Unde neganda est illatio quia licet ad unitatem substantivi sufficiat unitas formæ, ad pluralitatem non sufficit pluralitas, nisi etiam multiplicentur supposita. Quia quoties numerantur concreta in plurali etiam supposita numerantur, ut ex communi modo loquendi constat. Et ratio est, quia unio talium formarum in uno supposito sufficit ad unitatem, in communi denominatione sumpta a talibus formis sicut est unus artifex, qui plures artes habet, de qua re latius supra, et in materia de incarnatione dictum est. Dices ergo saltem Pater, ut est principium Filii, et Filius, ut est principium Spiritus sancti, erunt duo principia, quia et sunt duo supposita, et per virtutes producendi formaliter diversas producunt, et ita ibi et suppositum, et forma multiplicantur, quod satis est ad pluralitatem substantivi. Consequens autem non admittit Anselmus, lib. *De processione Spiritus sancti*, cap. 10 : *Nec tamen*, ait, *duo confitemur principia, unum Patrem ad Filium, alterum Patrem, et Filium ad Spiritum sanctum. Sicut non credimus alium Deum, de quo est Filius, et alium Deum Patrem, et Filium, de quo est Spiritus sanctus, quamvis de eodem Deo, sive de eodem principio suo quisque modo sit.* Respondeo, illa non posse dici duo principia actu in re ipsa, tamen virtute esse duo et ita ratione etiam posse considerari, et distingui, ut duo. Probo simul hæc omnia ex illa regula, quod substantiva non multiplicantur, nisi multiplicatis suppositis, et formis, supponoque *principium* substantivum esse, ut est per se clarum. In præsenti ergo, licet in re multiplicentur supposita Patris et Filii, tamen virtus generandi et spirandi, in re non sunt plures, quia in re non distinguuntur actualiter, nec Filius, ut spirator distinguitur in re a Patre, ut Pater est, quia est idem spirator cum illo, et spiratio non distinguitur in re a paternitate. Unde Pater ut Pater non distinguitur in re a Filio, ut spiratore, quia non opponitur illi ut sic, et in divinis omnia sunt unum, ubi non obviat relationis oppositio. Ergo Pater et Filius in re non sunt duo principia, etiam respectu distinctorum terminorum. Ex his vero, eisdemque principiis constat esse duo virtute, et secundum rationem, nam ex parte suppositorum est major distinctio, quam necessaria sit ad hanc pluralitatem, et ex parte formæ, vel virtutis est saltem pluralitas virtualis et rationis.

« Instabis, hoc satis esse, ut absolute dicantur duo principia. Nam supposita distinctione suppositorum, in cæteris videtur esse eadem ratio de concretis, quæ est de abstractis, sed paternitas et spiratio dicuntur simpliciter duæ relationes, quamvis in re solum virtute, et per rationem distinguantur, ergo similiter concreta illarum relationum etiam substantive sumpta multiplicabuntur simpliciter, saltem respectu distinctarum personarum Patris et Filii. Respondeo, instantiam hanc solum esse de modo loquendi, de quo dicimus, receptum esse illum modum loquendi in abstractis relationum, non vero in concretis, et ideo non esse simpliciter usurpandum sine declaratione. Addo præterea, nomen principii (sicut nomen causæ) uno modo non dicere de formali relationem secundum esse, sed virtutem agendi, seu principium *quo* producendi : et hoc esse absolutum in divinis personis quoad formale, et ideo licet connotet relationem, sequi conditionem termini absoluti, qui non multiplicatur simpliciter, nisi multiplicata in re forma absoluta. Et hic videtur usus illius vocis *principium* cum Patre et Filio attribuitur. Et ita Anselmus ex unitate formæ absolutæ probat unitatem principii. Quod si principium sumatur, ut formaliter denominatur a relatione, fortasse in bono sensu possent dici duo principia, sicut duo relata. Tamen propter ambiguitatem et periculum cavenda est talis locutio sine illo addito, quod sunt duo secundum rationem quoad relationem.

« Atque hinc tandem intelligitur, supervacaneam esse quæstionem huc remissam an principium dicatur univoce, de Patre et Filio in divinis. Quia ubi non est pluralitas sub communi termino, neque analogia, neque univocatio proprie locum habet, sed unitas, eo tamen modo, quo sunt plura secundum rationem univoce sunt principium, ut ex dictis satis constat, et de persona, et relatione dictum est supra. »

sagesse et de l'amour réunis au sein de Dieu, dans son infinie simplicité, a grandement profité à la pensée humaine; et les assertions des écrivains que nous avons cités ne sont point dénuées de tout fondement, bien qu'elles se mêlent souvent dans leur système à des vues très-chimériques. Mais, en définitive, le dogme trinitaire a surtout travaillé et transformé les intimités de la pensée humaine par ce qui le constitue dans son entité de dogme enveloppé de mystère. Nous ne le disons pas *a priori*, mais en vertu des faits intellectuels, — faits complétement historiques, — que nous venons de constater.

Le dogme trinitaire a agi moins par le spectacle de la *multiplicité : puissance, intelligence* et *amour*, au sein de l'*unité* divine, que par l'opposition de la *multiplicité de personnes* dans l'*unité* de *substance* ou d'*essence*. Il agissait par là dans le même sens que le dogme de l'*Incarnation*, qui sépare aussi les deux idées de *nature* ou d'*essence* et de *personne*. L'ontologie antique, tout absorbée dans l'idée d'*essence*, a dû être dissoute et a été effectivement dissoute par ces deux dogmes solidaires.

Que si nous considérons maintenant l'économie générale des personnes divines, d'après le dogme orthodoxe, nous trouvons que son idée ruine celle de cette série d'existences échelonnées les unes au-dessous des autres, que l'antiquité plaçait soit dans le monde absolu, soit dans le monde relatif, et dans laquelle chaque être n'agit que sur l'être immédiatement inférieur. Par là tombent à la fois la théologie et la cosmogonie générale des anciens.

Enfin, étudions-nous chaque personne, nous trouvons, 1° que placer la Puissance ou le Père comme première personne de la Trinité (les alexandrins mettaient l'unité), c'était considérer l'Etre absolu, dans son absolu même, comme une énergie active et efficace, comme un *possest*, ainsi que dirait un disciple du cardinal de Cusa, et par là même introduire l'idée d'*infini* dans la pensée humaine et même dans la science; 2° qu'admettre la consubstantialité du Fils avec le Père, par l'éternelle génération du premier par le second, c'était introduire à côté de la thèse péripatéticienne de la génération une théorie toute nouvelle : nouvelle en ce qu'elle prenait pour type l'ordre psychologique, au lieu de prendre pour type l'ordre physique et mécanique; nouvelle aussi en ce qu'elle admettait des germes actifs se développant par intussusception, et non plus seulement des éléments se juxtaposant par l'application, au gré d'une force sidérique, d'une *forme substantielle* qui les organise suivant sa nature propre; 3° qu'admettre la double et immédiate procession de l'Esprit-Saint, c'était admettre que la vertu, l'opération, le mouvement, ne sont pas un simple résultat logique, un développement nécessaire de telle forme ou essence donnée, mais un principe ayant une certaine indépendance et une certaine universalité, bien que se rapportant à d'autres principes.

Ainsi le seul dogme trinitaire, envisagé en lui-même, dans son économie générale et dans le détail de chacune des trois théories qu'il embrasse, s'attaquait à tous les éléments de la métaphysique ancienne, et penchait l'esprit humain vers tous les horizons internes, où il devait trouver la métaphysique moderne encore à ses débuts.

Encore une fois, saint Thomas n'a pas vu et ne pouvait voir tout cela; mais il a décrit en détail toutes les conditions logiques et ontologiques du problème avec une précision merveilleuse. Que ce soit là sa gloire dans l'ordre scientifique!

CHAPITRE VI. — *La création; ou des rapports généraux de Dieu et du monde.* (*Summ.*, part. I, quæst. 44-50.)

Il semblerait au premier abord que le traité de la création, de la distribution et de la conservation ou du gouvernement du monde dût être placé avant celui de la Trinité. Mais encore une fois saint Thomas a plutôt cherché un ordre didactique d'enseignement qu'une véritable et rigoureuse méthode philosophique. Toute la *Somme* en est la preuve irrécusable.

Dieu créateur et créateur immédiat de toute chose! Jamais l'antiquité n'a admis cette proposition et surtout le second terme de cette proposition.

Ce n'est pas que la raison répugne à croire sinon à la création proprement dite, du moins à la production universelle des choses, par Dieu. Une fois Dieu admis, quel philosophe moderne se refuserait à poser cette production comme nécessaire? Mais il y a raison et raison. Celle des anciens était loin de procéder comme la nôtre. Ce ne sont pas seulement les résultats qui ont changé, c'est la logique elle-même et la plus secrète logique de l'esprit.

Il y avait surtout une bien grande difficulté à arranger le dogme de la création dans le cadre péripatéticien. Suivant Aristote les deux éléments dont se compose chaque être ne peuvent être qu'éternels : car qu'est ce que la matière? C'est la *possibilité d'être* réalisée. Or comment concevoir le *possible* sinon comme éternel en tant que possible? Et qu'est-ce que la forme? Le principe de la hiérarchie spécifique, c'est-à-dire, en soi, un rapport idéal dans les éléments des choses visibles. Or, encore ici, ce rapport idéal, représenté par une idée nécessaire, ne peut être pris que comme dominant la série des temps; quant au rapprochement de la *matière* et des *formes* diverses qui la déterminent, c'est-à-dire, quant à la *génération*, Aristote y voit l'effet du premier ciel, qui distribue celles-ci à celle-là dans son éternelle évolution. Ainsi au-dessous de Dieu, un ciel ou un premier moteur-mobile éternel, puisqu'il a un mouvement qui peut l'être, et que la nature du mouvement indique celle des choses; et au-dessous de ce ciel éternel et composé d'un élément où la matière et la forme coïncident complétement et constituent dès

lors des touts ingénérables et incorruptibles, le monde terrestre, plein de générations et de corruptions, mais dont les principes, *matière* et *forme*, rapprochés ou désunis tour à tour au gré des astres, sont eux-mêmes éternels. Voilà l'ensemble de la cosmogonie péripatéticienne, tout s'y tient, théologie, astronomie, physique, physiologie indissolublement liées par les chaînes de fer de la métaphysique.

Mais tout cela est-il animé? La réponse des anciens était à peu près unanimement affirmative; et il ne pouvait en être autrement. Car, d'une part, les astres étant considérés comme les universels générateurs ou la source de la vie universelle, il semblait étrange d'en faire purement et simplement de la matière brute, ou même (car l'idée de la matière brute est étrangère aux anciens) de la matière sans âme. De plus, l'ordre des formes ou des âmes et celui des matières proprement dites sont, chez eux, en harmonie parfaite, et c'est une suite rigoureuse de leur conception générale; donc la seule grandeur et la primauté même des astres est un signe de l'âme supérieure qui les dirige (362). A ces raisons Aristote en ajoute deux autres : les astres ayant un mouvement naturel ont un principe moteur interne; or le moteur des astres est intelligent, car il n'est pas mû par une force supérieure. Donc les astres sont animés (363). D'ailleurs les astres se meuvent eux-mêmes, or se mouvoir soi-même est le propre de l'âme : donc encore nécessité logique de placer une âme en leur sein. (ARISTOTEL., *Physic.*, lib. VIII.)

Nous avons assez expliqué la nature intime du polythéisme pour que l'on suppose *a priori* que l'animation des astres parut suspecte aux Pères de l'Eglise. Cependant elle était tellement dans le génie intime de l'antiquité, que plusieurs hésitèrent et cherchèrent des conciliations plus ou moins satisfaisantes. Origène admet sans broncher la thèse d'Aristote et de Platon. Saint Jérôme ne paraît guère éloigné du même sentiment. Mais saint Basile (*ubi supra*) et Damascène (*De orthod. fide*, lib. II, c. 6) le combattent. On comprendra facilement cette division si l'on réfléchit que, bien que tous les philosophes de l'antiquité admettent le système de l'animation des astres, ce système doit être plus cher encore aux platoniciens qu'aux péripatéticiens. Les Pères *platonisants* l'acceptent donc plus volontiers que les autres. Saint Augustin, qui clôt la période des *Pères* par une sorte de grand essai d'éclectisme chrétien, et qui ouvre ainsi la période des *docteurs*, saint Augustin reste indécis (*in Gen.*, lib. II, c. 15) et déclare qu'en tout cas, si les astres sont animés, leur

(362) Saint Thomas expose lui-même ces raisons, quæst. 70, art. 3.

(363) ARIST. *De cœlo*, lib. I. — Cf. *Metaph.*, lib. II.

âme est de nature angélique. (*Enchirid.*, c. 5.) Comme les anges ne peuvent chrétiennement être unis à des corps, qu'en ce sens qu'ils les meuvent, l'éclectisme augustinien ouvrait une sorte de voie intermédiaire entre le système antique et celui de saint Basile, qui est beaucoup plus radical et par conséquent plus moderne. C'est dans cette voie, bien entendu, que saint Thomas va chercher sa solution.

Suivant lui, les astres ne sont pas, à rigoureusement parler, doués d'une âme. En effet, puisqu'ils ne se nourrissent pas et qu'ils ne sentent pas, ils ne peuvent avoir ni l'âme *sensitive* ni l'âme végétative. (Quæst. 70, art. 3.) L'âme raisonnable? mais l'âme raisonnable n'a besoin de l'union avec un corps qu'autant que ce corps donne occasion de s'exercer à l'âme sensible. Donc aucune opération intellectuelle n'exige que le corps céleste s'unisse à une âme. (*Ibid.*) Celle-ci ne leur est nécessaire qu'à titre de moteur : les astres sont donc unis d'une certaine façon à des intelligences, mais à des intelligences qui ne s'incarnent ni ne se matérialisent point en eux; ils ressemblent sous ce rapport aux corps des animaux et des hommes tels que Platon les conçoit, unis à des âmes, comme le char est uni au cocher qui le guide :

« Sic igitur propter operationem intellectualem anima cœlesti corpori non uniretur. Relinquitur ergo quod propter solam motionem. Ad hoc autem quod moveat, non oportet quod uniatur ei ut forma, sed per contactum virtutis sicut motor unitur mobili. Unde Aristoteles (lib. VIII *Physic.*) postquam ostendit quod primum movens seipsum componitur ex duabus partibus, quarum una est movens, et alia mota, assignans quomodo hæ duæ partes uniantur, dicit quod per contactum vel duorum ad invicem, si utrumque sit corpus, vel unius ad alterum, et non e converso, si unum sit corpus et aliud non corpus. Platonici etiam animas corporibus uniri non ponebant, nisi per contactum virtutis, sicut motor mobili.... Quod autem corpora cœlestia moveantur ab aliqua substantia apprehendente (364), et non solum a natura, sicut gravia et levia, patet ex hoc quod natura non movet nisi ad unum, quo habito quiescit; quod in motu corporum cœlestium non apparet. Unde relinquitur quod moventur ab aliqua substantia apprehendente. Augustinus etiam dicit (lib. III *De Trinitate*, c. 4), corpora omnia administrari a Deo per Spiritum vitæ (365). *Sic igitur patet quod corpora cœlestia non sunt animata eo modo quo plantæ et animalia, sed æquivoce.* » (Quæst. 70, art. 3.)

On voit que saint Thomas finit encore par arranger la donnée antique avec le récit génésiaque, mais les théologiens franciscains furent plus difficiles, et le mouvement d'idées qui se trouve si marqué dans les Pères fut repris dans la série de leurs travaux.

Arrivons aux cinquième et sixième jours, c'est-à-dire à la création des animaux et de l'homme. — Il y avait dans la succession créatrice décrite par la Bible quelque chose qui devait tout d'abord choquer les idées péripatéticiennes. Sans doute, Aristote admet que le moins parfait est nécessaire au plus parfait, mais il admet aussi que dans l'ordre de la génération éternelle le plus parfait précède naturellement le moins parfait ou du moins le provoque; car tout se fait par le mouvement, et le mouvement qui n'a pas son foyer au sein de chaque être lui arrive du principe supérieur qui est l'origine de sa génération. Saint Thomas a compris lui-même la possibilité de cette objection, et il la pose ainsi :

« Animalia terrestria sunt perfectiora avibus et piscibus..., generant enim animalia; sed pisces et aves generant ova. Perfectiora autem præcedunt ordine naturæ. Non ergo quinta die debuerunt fieri pisces et aves ante animalia terrestria. » (Quæst. 71, art. unic. n. 5.)

Cette observation pouvait même le mettre sur une voie très-heureuse et lui faire retrouver dans la science cette grande et féconde notion du *progrès* qui y joue aujourd'hui un si large rôle. Mais ici encore il passe à côté de la vérité, guidé par l'opposition de la *Genèse* et d'Aristote. Mais sa métaphysique ne l'avertit pas de regarder, et il ne regarde pas. (*Loc. cit.*)

D'autres considérations frappaient encore le disciple d'Aristote à la lecture de la *Genèse :* Pourquoi, lorsqu'il est question des plantes, Dieu ne semble-t-il s'occuper que de leur génération, de leurs semences, et les bénit-il dans leur multiplication sans le faire à l'égard des autres êtres ? La génération péripatéticienne est absolument identique à elle-même, non-seulement dans tous les êtres qui vivent, végétaux ou animaux, mais même, comme nous l'avons remarqué déjà, dans l'ordre de la matière brute et dans l'ordre de la matière vivante, lesquels flottent incertains aux yeux du Stagirite, à cause du principe de la génération spontanée et de l'influence génératrice des astres même dans les cas les plus réguliers. (Quæst. 72, art. 1, ad 2 et ad 3.)

De plus, pourquoi le texte biblique semble-t-il traiter tout autrement les animaux qui vivent dans l'air ou dans les eaux que ceux qui vivent sur la terre, appelant ceux-ci : *Anima vivens* (*Ibid.*), et tenant ainsi plus de compte du milieu occupé par les êtres que de leur nature spécifique ?

Pourquoi enfin l'Ecriture, après avoir parlé des genres et des espèces pour tous les êtres jusqu'à l'homme, n'en parle-t-elle plus lorsqu'il s'agit de cet animal raisonnable qui a son genre dans l'animalité et sa différence spécifique dans la raison ?

« Sicut alia animalia sunt indeterminato genere et specie, sic et homo. Sed in factio-

(364) *Apprehendens* est ici synonyme d'*intelligens*.
(365) Passage de saint Augustin qui ne saurait être trop remarqué : Il y a dans ce Père un admirable filon qui ne fut retrouvé qu'au XVe siècle.

ne hominis non fit mentio de suo genere vel specie. » (*Ibid.*, n. 3.)

Nous ne citons parmi les étonnements divers qu'un disciple de la philosophie antique devait éprouver devant les récits génésiaques que les principaux et ceux dont nous trouvons la mention explicite dans saint Thomas lui-même. (Quæst. 71 et 72.) Les réponses qu'il se donne sur toutes ces difficultés nous paraîtront bien peu satisfaisantes, à nous qui avons par devers nous les lumières naissantes de la science moderne. Cependant elles lui donnaient le repos de l'esprit et elles lui permettaient de ne faire violence que sur un petit nombre de points à son cher Aristote. La flexibilité du texte biblique se prêtait, nous l'avons déjà dit, à tous ces accommodements. Eût-il mieux valu qu'il fût plus précis, plus catégorique, ou que les Pères, par une assistance spéciale, l'eussent éclairé dès l'origine d'une lumière complète? Outre que le fait divin répond suffisamment, on peut présenter ici deux observations : la première, c'est que toute l'économie de l'action qu'exerce le christianisme eût été changée par ces textes précis et rigoureux. Ils ne pouvaient l'être qu'avec l'interprétation de l'Eglise, et l'Eglise en les interprétant devenait maîtresse absolue de la science humaine ; elle construisait de ses mains inspirées, concile par concile, une astronomie, une physique, une mécanique, une chimie, une psychologie, une économie politique ; la foi, au lieu de *délivrer* et de nous faire les enfants de la promesse, nous assujettissait à un joug de vérité, mais à un joug inflexible, strict, pharisaïque, pesant sur tous les détails de la vie intellectuelle. Les hommes étaient placés dans cette alternative, ou d'abandonner les versets sacrés, devenus autant de *dogmes scientifiques* et *précis*, à toutes les folies de l'interprétation individuelle, ou de ne laisser à leur raison aucun usage, même dans son domaine le plus légitime.

Ajoutez à cela que la science se construit par des procédés à elle propres. Quand elle n'est pas ou démontrée, ou en rapport avec l'état intime de la raison, elle n'existe réellement pas. Quelques philosophes grecs avaient soupçonné un peu de la vérité astronomique ; ce soupçon fut un rapide éclair, et la science n'en fut pas même illuminée un jour. De même, nous venons de voir qu'à chaque verset la Bible semble contredire Aristote et la philosophie des gentils ; mais les docteurs les plus profonds s'en aperçoivent à peine ; et le mot technique leur eût été dit, qu'ils auraient encore trouvé quelque moyen indirect de garder la science péripatéticienne : elle correspondait à une loi, à une phase de leur être intellectuel. Enfin, de cela seul que la *Genèse* vient d'une bouche inspirée, elle ne contient pas de point de vue *exclusif ;* à côté d'un mot en rapport avec la synthèse d'une époque de rénovation déjà accomplie et que nous comprenons, il y a un autre mot probablement en rapport avec une autre synthèse dont l'heure n'est pas venue et qui semble presque en opposition avec le premier. C'est ainsi que certains passages de la Bible semblent condamner la théorie de la génération sidérique et spontanée ; d'autres au contraire semblent faire une certaine part, non à l'influence astrale que l'Ecriture éloigne avec un soin vigilant, mais à celle des milieux considérés comme causes de la naissance et de la vie, au moins pour les êtres inférieurs. Peut-être un jour entendrons-nous parfaitement les versets auxquels nous faisons allusion et qu'Avicenne a fort remarqués ; nous verrons aussi leurs rapports avec ceux que nous avons déjà signalés comme en harmonie entière avec la formule moderne : *Omne vivum ex ovo ;* alors nous admirerons cette brièveté obscure, mais féconde, du merveilleux récit qui a été inspiré contre le polythéisme, et qui nous enseigne encore tant de choses quatorze cents ans après la chute du polythéisme. Mais tout cela ne s'accomplira que lorsque notre raison, grâce à certaines influences dogmatiques, sociales et morales, sera parvenue à un certain état. La *Genèse*, comme *Genèse* (nous ne parlons pas des décisions que l'Eglise peut y chercher), est un mouvement vague imprimé à notre intelligence, avant que la métaphysique n'ait précisé celui de la science ; après, c'est une lumière devant laquelle nous nous étonnons de ne l'avoir pas reconnue et adorée avant que la science nous l'eût montrée du doigt.

Admirable économie des moyens divins et humains de connaître qui nous ont été départis par la Providence : tous s'aident, se pénètrent, se succèdent avec une harmonie merveilleuse, de telle sorte que l'âme n'est jamais plus éclairée que lorsqu'elle fait entrer dans ses calculs, avec la prudence nécessaire, les saintes ténèbres de la foi ; et qu'elle ne marche jamais d'un pas plus rapide à la conquête de tous les moyens d'agir sur elle-même et sur le monde que lorsqu'elle se soumet avec reconnaissance à *ce joug léger* (*Matth.* XI, 30) que le Rédempteur est venu substituer à la lourde chaîne théocratique de l'ancienne loi ! Répétons-le encore, répétons-le toujours, répétons-le surtout dans cette cellule de captivité : *Veritas liberabit vos.* (*Joan.* VIII, 32.)

CHAPITRE IX. — *L'homme. — Des rapports de l'âme et du corps* (366). — (*Summ.*, part. I, quæst. 75-119.)

Dans la science moderne l'ordre corporel et l'ordre psychologique sont parfaitement

(366) Voici en quels termes saint Thomas s'exprime dans la *Somme contre les gentils*, au sujet des rapports de l'âme et du corps.

« QUALITER SUBSTANTIA INTELLECTUALIS POSSIT ESSE CORPORIS FORMA. (Cap. 68.)

« Ex præmissis igitur rationibus concludere possumus quod intellectualis substantia potest corpori uniri ut forma.

« Si enim substantia intellectualis non unitur corpori solum ut motor, ut Plato posuit : neque continuatur ei solum per phantasmata, ut dixit Averroes, sed ut forma : neque tamen intellectus,

distincts. Ceux mêmes qui croient devoir les rapporter à un principe substantiellement unique les étudient à part. Il y a un certain spiritualisme de méthode qui n'est peut-être

quo homo intelligit, est præparatio in humana natura, ut dixit Alexander : neque complexio, ut Galenus : neque harmonia, ut Empedocles : neque corpus vel sensus vel imaginatio, ut antiqui dixerunt : relinquitur quod anima humana sit intellectualis substantia corpori unita ut forma : quod quidem sic potest fieri manifestum. Ad hoc enim quod aliquid sit forma substantialis alterius, duo requiruntur : quorum unum est ut forma sit principium essendi substantialiter ei cujus est forma; principium autem dico non effectivum, sed formale, quo aliquid est et denominatur ens. Unde sequitur aliud, scilicet quod forma et materia conveniant in uno esse, quod non contingit de principio effectivo cum eo cui dat esse : et hoc esse est in quo subsistit substantia composita quæ est una secundum esse ex materia et forma constans; non autem impeditur substantia intellectualis per hoc quod est subsistens, ut probatum est (cap. 56), esse formale principium essendi materiæ quasi esse suum communicans materiæ. Non est enim inconveniens quod idem sit esse in quo subsistit compositum et forma ipsa, cum compositum non sit nisi per formam, nec seorsum utrumque subsistat. Potest autem objici quod substantia intellectualis esse suum materiæ corporali communicare non possit, ut sit unum esse substantiæ intellectualis, et materiæ corporalis; diversorum enim generum est diversus modus essendi, et nobilioris substantiæ nobilius esse. Hoc autem convenienter diceretur, si eodem modo illud esse materiæ esset, sicut esse substantiæ intellectualis; non est autem ita. Est enim materiæ corporalis ut recipientis et subjecti ad aliquid altius elevati, substantiæ autem intellectualis ut principii, et secundum propriæ naturæ congruentiam : nihil igitur prohibet substantiam intellectualem esse formam corporis humani quæ est anima humana. Hoc autem modo mirabilis rerum connexio considerari potest; semper enim invenitur infimum supremi generis contingere supremum inferioris generis : sicut quædam infima in genere animalium parum excedunt vitam plantarum; sicut ostrea quæ sunt immobilia, et solum tactum habent, et terræ in modum plantarum affiguntur. Unde et beatus Dionysius dicit, in septimo capite *De divin. nominib.*, quod divina sapientia conjungit fines superiorum principiis inferiorum. Est igitur accipere aliquid in genere corporum, scilicet corpus humanum æqualiter complexionatum quod attingit ad infimum superioris generis, scilicet ad animam humanam, quæ tenet ultimum gradum in genere intellectualium substantiarum, ut ex modo intelligendi percipi potest. Et inde est quod anima intellectualis dicitur esse quasi quidam horizon et confinium corporeorum, et incorporeorum, in quantum est substantia incorporea, corporis tamen forma. Non autem minus est aliquid unum ex substantia intellectuali et materia corporali, quam ex forma ignis et ejus materia; sed forte magis, quia quanto forma magis vincit materiam, tanto ex ea et materia magis efficitur unum.

« Quamvis autem sit unum esse formæ et materiæ, non tamen oportet quod materia semper adæquet esse formæ; imo quanto forma est nobilior, tanto in suo esse semper excedit materiam : quod patet inspicienti operationes formarum, ex quarum consideratione earum naturas cognoscimus; unumquodque enim operatur secundum quod est. Unde forma cujus operatio excedit conditionem materiæ, et ipsa secundum dignitatem sui esse superexcedit materiam. Invenimus enim aliquas infimas formas quæ in nullam operationem possunt, nisi ad quam se extendunt qualitates, quæ sunt dispositiones materiæ, ut calidum, frigidum, humidum, et siccum, rarum, densum, grave et leve, et his similia, sicut formæ elementorum; unde istæ sunt formæ omnino materiales, et totaliter immersæ materiæ. Super has inveniuntur formæ mistorum corporum, quæ, licet non se extendant ad aliqua operata quæ non possunt compleri per qualitates prædictas, interdum tamen operantur illos effectus altiori virtute corporali, quam tamen sortiuntur ex corporibus cœlestibus : quæ consequitur eorum speciem, sicut adamas trahit ferrum. Super has iterum inveniuntur aliquæ formæ quarum operationes extenduntur ad aliqua operata, quæ excedunt virtutem qualitatum prædictarum, quamvis qualitates prædictæ organicæ ad harum operationes deserviunt : sicut sunt animæ plantarum, quæ etiam assimilantur non solum virtutibus corporum cœlestium in excedendo qualitates activas et passivas, sed etiam ipsis motoribus corporum cœlestium, in quantum sunt principia motus rebus viventibus quæ movent seipsas. Super has formas inveniuntur aliæ formæ similes superioribus substantiis non solum in movendo, sed etiam æqualiter in cognoscendo, et sic sunt potentes in operationes ad quas nec organicæ qualitates prædictæ deserviunt : cum operationes hujusmodi non compleantur nisi mediante organo corporali, sicut sunt animæ brutorum animalium. Sentire enim et imaginari non complentur calefaciendo et infrigidando, licet hæc sint necessaria ad debitam organi dispositionem. Super omnes autem has formas invenitur forma similis superioribus substantiis, etiam quantum ad genus cognitionis quod est intelligere; et sic est potens in operationem quæ completur absque organo corporali omnino, et hæc est anima intellectiva : nam intelligere non fit per organum corporale. Unde oportet quod id principium quo homo intelligit, quod est anima intellectiva, et excedit materiæ conditionem corporalis, non sit totaliter comprehensum a materia, aut ei immersum, sicut aliæ formæ materiales : quod ejus operatio intellectualis ostendit, in qua non communicat materia corporalis. Quia tamen ipsum intelligere animæ humanæ indiget potentiis quæ per quædam organa corporalia operantur, scilicet imaginatione et sensu, ex hoc ipso declaratur quod naturaliter unitur corpori ad complendam speciem humanam. »

Commentaire.

« Exclusis et eliminatis erroribus circa intellectum atque animam intellectivam, quibus volebant nonnulli effugere substantiam spiritualem esse corporis formam, accedit tertio loco sanctus Thomas ad veritatis determinationem, vultque ostendere substantiam spiritualem corporalis formam esse posse. Circa hoc autem duo facit. Primo enim ostendit talem substantiam posse corpori ut formam uniri. Secundo ostendit ipsam, licet uniatur corpori, non tamen a materia totaliter comprehensam esse, aut ei, sicut aliæ formæ materiales, immersam, circa medium hujus capitis. Primum probat tribus rationibus.

« Sed antequam probetur conclusio, advertendum, quod ita intelligendum est substantiam spiritualem posse uniri corpori ut formam, quo modo superius est ostensum, cap. 65, viventia componi ex anima et corpore secundum rem : non enim sic accipitur quasi dicta substantia informare possit compositum ex materia et forma corporea distincta a substantia spirituali, et cum ipsa in eodem composito simul manente : hoc enim est impossibile, secundum doctrinam sancti Thomæ tenentis in uno composito substantiali unam duntaxat formam substantialem esse posse; sed nomine cor-

que poussé trop loin, parce qu'il favorise, au grand détriment de la pensée humaine, une spécialisation qui tend à la réduire à un pur et simple mécanisme, c'est-à-dire, à l'absolue inertie.

Il n'en était pas de même au moyen âge.

poris intelligitur aut materia sub quantitate quæ intelligitur præcedere formam in materia secundum ordinem causæ materialis, licet secundum ordinem causæ formalis sit econtrario, aut corpus præexsistens animæ, quod tamen in adventu animæ corrumpitur secundum substantiam, sed virtute remanet in composito ex materia et anima intellectiva. Hoc declarato, arguitur primo ad conclusionem, a sufficienti divisione, sic, substantia intellectualis non unitur corpori solum ut motor, ut Plato posuit, neque continuatur ei solum per phantasmata, ut Averroes dixit, sed ut forma; neque tamen intellectus quo anima humana intelligit, est præparatio in natura humana, ut dixit Alexander neque complexio, ut Galenus; neque harmonia, aut corpus, aut sensus, aut imaginatio, ut antiqui dixerunt; ergo anima humana est substantia spiritualis corpori unita ut forma, ergo, etc.

« Secundo : Substantia spiritualis potest esse principium formale essendi substantialiter materiæ, et potest in uno esse cum materia convenire, ergo non potest esse forma corporis : patet consequentia, quia illa duo requiruntur, tanquam sufficientia ad hoc quod aliquid sit forma substantialis alicujus, scilicet ut sit principium essendi substantialiter ei cujus est forma, principium videlicet non effectivum, sed formale quo aliquid est et denominatur ens, et ut forma et materia conveniant in uno esse in quo subsistit substantia composita ex materia et forma, quæ est una secundum esse, quod non convenit principio effectivo cum eo cui dat esse.

« Antecedens vero probatur quoad utramque partem : quoad primam quidem, quia si illud non posset substantiæ spirituali convenire, hoc pro tanto esset quia est subsistens, ut superius est probatum : rei enim subsistenti videtur repugnare ut sit principium formale essendi materiæ, quasi esse suum communicans materiæ; sed hoc non obstat, quia non inconvenit quod idem sit esse in quo subsistit compositum et ipsa forma, cum compositum non sit nisi per formam, nec seorsum utrumque subsistat, et per consequens esse formam alterius non tollit ab ipsa subsistentiam.

« Quoad secundam vero partem probatur, quia si aliquid prohiberet substantiæ spiritualis et materiæ esse unum esse, hoc pro tanto esset quia sunt diversorum generum, et illa est nobilior substantia quam materia; diversorum autem generum diversus est modus essendi, et nobilioris substantiæ nobilius est esse, sed hoc non obstat, quia illud esse non est eodem modo substantiæ spiritualis et materiæ : est enim materiæ ut recipientis et subjecti ad aliquid altius elevati, substantiæ autem spiritualis ut principii, et secundum propriæ naturæ congruentiam.

« Ad evidentiam probationis primæ partis antecedentis considerandum, quod si esse per se subsistens acciperemus prout idem est quod hoc aliquid proprie sumptum, quod est subsistens completum in natura alicujus speciei, repugnaret utique subsistenti esse formam alicujus materiæ; quod enim est in se completum in specie, non potest esse pars alterius speciei, ut dicitur lib. VII *Metaph.*, sed sic non accipit hoc loco sanctus Thomas esse per se subsistens, sed prout excludit inhærentiam accidentis et formæ materialis : sic enim subsistere est habere esse independens a subjecto et materia, unde anima intellectiva dicitur subsistens, quia habet esse a materia non dependens, eo quod non sit immersa materiæ, nec de potentia materiæ sit educta; sic autem subsistenti non repugnat esse principium formale essendi materiæ : potest enim aliquid suum esse formaliter communicare materiæ, et tamen a materia non dependere secundum esse.

« Circa secundam partem antecedentis et ejus probationem attendendum, quod anima intellectiva cum sit substantia a materia non dependens secundum esse, pertinet aliquo modo ad ordinem substantiarum immaterialium et intellectualium; omnes autem aliæ formæ substantiales cum secundum esse a materia dependeant, educanturque de potentia materiæ, ad ordinem rerum sensibilium et materialium omnino pertinent : inde provenit quod cum materia aliqua forma materiali informatur, non dicitur trahi ad aliquid superioris ordinis et elevari, cum tam materia quam forma materialis ad eumdem rerum ordinem pertineant, cum autem per animam intellectivam informatur, trahitur ad esse superioris ordinis, quia anima intellectiva cui suum esse secundum propriæ naturæ congruentiam convenit, pertinet ad genus immaterialium, quod genus est superius et dignius genere sensibilium. Non est autem inconveniens, id quod est inferioris ordinis, trahi aliquo modo et elevari ad quamdam participationem superioris ordinis. Videmus enim in nobis cogitativam virtutem quæ ad naturam sensitivam pertinet, propter hoc quod in eadem essentia animæ cum intellectu radicatur, ad aliquam rationis intellectusque participationem elevari, dum particulares propositiones format, ratiocinaturque circa singularia. Propter hæc ergo bene inquit sanctus Thomas, quod esse substantiæ spiritualis informantis materiam, est materiæ tanquam subjecti ad aliquid altius elevati.

« Circa autem totum antecedens et ejus probationes simul dubitatur. Videtur enim ex dictis sequi, quod idem sit esse in quo subsistit anima intellectiva, et compositum ex ipsa et materia, qui est homo : hoc autem non placet Scoto in quarto *Sentent.*, dist. 43, quæst. 1; et in *Quodlib.*, quæst. 9, imo contra hoc multipliciter arguit, et primo sic : Omne ens habet aliquod esse proprium : homo ut homo, est aliquod ens, non tantum anima; ergo habet aliquod esse proprium, et non tantum esse animæ.

« Secundo in hoc videtur sanctus Thomas contradicere sibiipsi, quia ipse tenet alibi, scilicet IV *Sentent.*, dist. 43, quæst. 1, art. 1, quæst. 1, ad quartum, quod status animæ in corpore est perfectior quam status ejus extra corpus, quia est pars compositi, et omnis pars est materialis respectu totius. Tunc arguitur sic : Quod habet totaliter idem esse proprium, non est imperfectius ex hoc solo quod non communicat alii illud esse, cum perfectio naturaliter præsupponatur ei quod est communicare perfectionem, sed per te anima totaliter habet idem esse separata et conjuncta, imo esse quod est totale esse hominis quando communicatur corpori : ergo ipsa in nullo est imperfectior pro eo quod non communicat idem esse corpori, cujus oppositum dixisti.

« Tertio : Sequeretur quod anima non esset imperfectior in essendo quam homo, hoc est falsum, ergo, etc. Probatur consequentia, quia habentia idem esse sunt æque perfecta in essendo.

« Quarto : Esse compositi corrumpitur, quia non manet esse totius nisi maneat totum habens illud esse : et universaliter nullius esse actuale videtur manere idem nisi manente illo quod actualiter habet illud esse : esse autem animæ est incorruptibile, ergo non est idem esse animæ et esse hominis.

« Propter hæc distinguit ipse ubi supra, in quod

La science alors avait toutes les habitudes de l'antiquité; et l'antiquité qui s'est beaucoup préoccupée d'aller au delà du sensible, ne s'est jamais beaucoup souciée de le séparer, du

libet de duplici esse, inquiens quod dupliciter accipi potest : uno modo, pro eo quo primo formaliter aliquid recedit à non esse, et hoc est illud per quod aliquid est extra intellectum et potentiam suæ causæ; alio modo, pro ultimo actu, cui scilicet non advenit aliquis alius actus dans esse simpliciter, et ipsum dicitur simpliciter habere esse cui primo convenit esse sic dictum. Primo in quantum sic, quod non sit alicui alteri ratio essendi illo esse. Secundum primum modum, cujuslibet entis extra intellectum et causam est proprium esse : quantum vero ad secundum modum, solum compositum perfectum in specie habet esse simpliciter, pars autem ejus dicitur esse per accidens tantummodo, vel magis proprie participative per istud esse totius. Ex his elicit duo.

« Primum est, quod anima intellectiva est per se ens, primo modo accipiendo esse, non autem secundo modo, nisi improprie et secundum quid.

« Secundum est, quod formæ et totius non est idem esse primo modo, sed bene secundo modo, licet non eodem modo sit utriusque, sed totius primo, partis autem participative.

« Ad hujus difficultatis evidentiam tria sunt facienda, primo impugnabitur brevibus hæc Scoti positio, secundo declarabitur positio sancti Thomæ, tertio respondebitur ad argumenta.

« Quantum ad primum arguitur contra hanc positionem dupliciter, primo sic. Supponitur primo, quod forma antequam materiæ adveniat, nullum esse habeat actu in natura, quia non est extra potentiam suæ causæ, nisi cum in materia producitur : nisi velimus ponere formas esse ante materias, quod reprobatur a Philosopho lib. XII *Metaphysicæ*. Supponitur secundo, quod in eodem instanti reali quo forma advenit materiæ, constituitur et resultat compositum ex materia et forma, et illud accipit esse.

« Tunc arguitur sic : In eodem instanti forma accipit esse actuale et compositum, sed parte ista esse actualis exsistentiæ sunt distincta; ergo in eodem instanti ab una forma sunt duo esse, hoc est falsum; ergo aliquod præmissorum, non primum antecedens ex secundo supposito, nec prima consequentia ex primo et secundo supposito; ergo minor subsumpta quæ erat tua positio, probatur falsitas consequentis.

« Ab una forma est tantum unus effectus formalis : una enim albedo facit unum esse album, sed esse actualis exsistentiæ est effectus formalis formæ; ergo ab una forma erit tantum unum esse actuale, non erit ergo aliud esse : actuale formæ, et aliud esse actuale compositi.

« Secundo : Anima intellectiva habet aliud esse actuale ab esse compositi, ergo tam ipsa quam compositum erit per se ens, accipiendo esse secundo modo : sed hoc est contra positionem tuam, ergo antecedens non est verum. Probatur consequentia : Esse quo anima intellectiva exsistit, est ultimus actus cui non advenit aliquis alius dans esse simpliciter, et ipsa anima cui primo convenit illud esse ita, quod non est alicui alteri ratio essendi illo esse, dicitur simpliciter habere esse : ergo anima est per se ens illo modo, et similiter per se compositum est per se ens : ergo, etc. Patet consequentia ex tua positione. Probatur antecedens, quoad primam partem quidem, quia in homine non est aliqua alia forma, adveniens animæ intellectivæ dans illi esse substantiale et esse simpliciter : constat enim quod nulla forma partis advenit in homine post ipsam, cum per eam homo sit homo; non etiam advenit forma totius quæ est essentia tanquam dans esse simpliciter : non enim essentia compositi est principium formale essendi simpliciter, et maxime parti, sed est proprium susceptivum esse; non etiam advenit aliud esse, tum quia una actualis exsistentia non informatur per aliam, ita quod sit in actu per aliam actualem exsistentiam, sicut nec una albedo est alba per aliam albedinem, tum quia illud aliud esse non posset esse aliud quam esse compositi : hoc autem non facit animam intellectivam esse simpliciter, sed compositum, animam autem per accidens sive participative, ut dicis; ergo esse quo anima intellectiva exsistit, est ultimus actus cui non advenit aliquis alius actus dans esse simpliciter.

« Quoad secundam etiam partem probatur, quia de anima cui primo convenit suum esse proprium, ita quod per illud nihil aliud est, potest vere dici absolute quod est, et quod illud esse secundum quod dicitur esse, habet integre et perfecte, non autem tantummodo participative : ergo potest illam dici habere esse simpliciter per illud esse. Patet consequentia, quia de aliquo verum est dicere quod simpliciter habet esse etiam secundum rem, quando absque aliqua additione de ipso verum est dicere quod est, et non tantum participative habet esse illud quo esse et exsistere dicitur.

« Antecedens vero probatur quoad primam partem ex differentia esse substantialis et accidentalis : per esse enim substantiale res absolute et absque alia additione dicitur esse, per accidentale autem dicitur esse cum aliqua additione, non absolute : per esse enim albedinis non dicitur absolute paries esse, sed esse albus, et sic de aliis esse accidentalibus; per esse autem animæ dicimus absolute hominem esse, et sic de aliis; unde apud omnes philosophos differt forma substantialis ab accidentali, quia substantialis dat esse simpliciter, accidentalis autem esse secundum quid.

« Quoad secundam vero partem probatur, quia esse quod convenit animæ distinctum ab esse compositi, parte est illi proprium; ergo convenit sibi non participative ab alio cui prius conveniat.

« Quantum ad secundum pro declaratione opinionis sancti Thomæ considerandum, quod cum anima intellectiva omnino ab extrinseco producatur, aliæ autem formæ per agens naturale educantur de potentia materiæ, sic tamen forma materiæ, sicut et aliæ formæ materiales, in aliquibus convenit cum aliis formis specificis et in aliquibus differt.

« Convenit enim cum illis in tribus, in tribus vero differt. Primo enim convenit, quia per unionem utriusque formæ cum materia constituitur compositum quod est susceptivum esse actuali exsistentiæ, et habet essentiam completam in specie; secundo, quia utraque dat esse et materiæ et composito; tertio, quia per unum et idem esse exsistit materia, forma et compositum : cum enim unius rei sit tantum una forma substantialis, oportet ut ipsius sit etiam tantum unum esse actuale, ab una enim forma (ut jam probavimus) est tantum unum esse. Differunt vero primo, quia illæ non subsistunt in suo esse, sed habent esse a materia dependens, eo quod de potentia materiæ educantur, utpote a materia comprehensæ, et ordinem rerum materialium non excedentes, intellectiva autem est per se in suo esse subsistens : non enim educitur de potentia materiæ, et habet esse a materia non dependens, licet in fieri, et a principio in ipsa accipiat esse : unde non fit quidem nisi in materia, sed tamen absque materia, cum ab ipsa separatur, retinet esse. Secundo, quia esse quod dat forma materialis, cum sit formale, sicut et forma materialis est, primo et per se convenit composito ex materia et forma, tanquam ei quod perfectiorem gradum in

moins ici bas, de ce qui n'est pas lui. Les platoniciens eux-mêmes n'admettaient des principes idéaux que dans la région intermédiaire, entre notre pauvre monde et Dieu. En tout

natura materiali tenet : secundario autem convenit formæ in quantum videlicet est pars compositi; esse autem quod dat anima intellectiva, secundum se est immateriale, sicut et ipsa forma est immaterialis : ideo primo et per se convenit animæ quæ immaterialis est : secundario autem convenit composito, tanquam videlicet ei quod aliqualiter ad ordinem immaterialium per animam intellectivam elevatur. Tertio, quia esse quod dat forma materialis, cum sit primo et per se compositi, corrupto composito non remanet : esse autem animæ intellectivæ, quia non est primo et per se compositi, sed ipsius animæ, non desinit corrupto composito, sed remanet in ipsa anima retrahente ad se esse quod materiæ communicabat. Ex his patet, quod non oportet ut aliud sit esse animæ intellectivæ, et aliud esse hominis, loquendo de esse actualis exsistentiæ, sicut nec in rebus materialibus aliud esse formæ, et aliud esse compositi, sed per idem esse exsistit anima intellectiva et homo, ipsa quidem primo, homo autem secundario.

« Sed circa dicta occurrunt duo dubia. Primum circa id quod dictum est animam intellectivam non educi de potentia materiæ, atque idcirco habere esse subsistens; si enim hoc est, sequitur quod anima intellectiva non sit in potentia materiæ : repugnant enim ipsam esse in potentia materiæ, et quod cum in materia actu introducitur, de potentia materiæ non educatur. Hoc autem est falsum quia tunc generatio hominis non esset naturalis : per ipsam enim non introduceretur forma naturalis in materia, sed forma supernaturalis.

« Secundum est, quia dictum est esse hominis primo et per se convenire animæ, secundario vero homini : hoc enim non videtur verum. Nam unumquodque sicut se habet ad esse, ita ad operari, et econverso, ut habetur prima quæstione 75, articulo secundo, sed homini convenit primo et per se operari, non autem animæ saltem quantum ad operationes sensitivæ et vegetativæ partis, cum illæ sint operationes conjuncti, ergo homini convenit primo et per se esse, non autem animæ.

« Ad primum horum dicitur ex doctrina sancti Thomæ prima quæstione 90, articulo tertio, ad secundum, et de spiritualibus creaturis articulo secundo, ad octavum : item inferius in hoc secundo cap. 86, quod formam educi de potentia materiæ, nihil aliud est quam materiam educi de potentia in actum illius formæ, quia videlicet forma prius erat in materia potentialiter et indistincte; postmodum vero per transmutationem materiæ fit actu in ipsa materia : unde ad hoc ut forma educatur de potentia materiæ, oportet ut prius contineatur in ea ut in causa materiali, et per consequens ut dependeat ab ipsa secundum genus causæ materialis, quod est dictum; ut secundum esse suum a materia sustentetur sic, ut sine materia esse non possit. Cum ergo anima intellectiva a materia secundum esse suum non dependeat, constat quod de potentia materiæ non educatur, et per consequens quod non contineatur in potentia materiæ, potentia dico naturali, non autem obedientiali : unde negatur falsitas consequentis.

« Et cum probatur, quia generatio hominis non esset naturalis, negatur consequentia; non solum enim dicitur generatio naturalis per quam materia educitur de potentia in actum formæ præexsistentis in ipsa potentia naturali, sed etiam quia per ipsam ab agente naturali, unitur materiæ forma quæ non erat in materia in potentia naturali, sed tantum ab extrinseco producitur : nam dispositiones materiales facientes ad unionem animæ cum materia quæ sunt ultima necessitas ad formam, naturales sunt, et ab homine producuntur virtute suæ naturæ; ideo generatio per quam introducuntur tales dispositiones in materia, quibus mediantibus fit unio animæ cum materia, est naturalis, et non supernaturalis, cum autem probatur consequentia, quia non introduceretur forma naturalis, negatur consequentia. Licet enim anima non sit naturalis, ex eo quod sit in potentia naturali materiæ, est tamen naturalis, quia ad unionem cum materia naturaliter inclinatur.

« Ad secundum dicitur, primo quod utique oportet ut homo per se subsistat, sicut et anima, cum primo et per se quasdam operationes operatione operetur, sicut et anima per se intelligit et vult, non tamen oportet ut esse illo primo modo et per se conveniat homini, quomodo convenit animæ. Propter quod dicitur secundo, quod esse dupliciter potest intelligi primo et per se alicui convenire. Uno modo secundum quod si primo excludit absolute susceptivum esse, cui per prius esse formaliter conveniat : et sic primo et per se convenire alicui est illud habere esse, et non per aliquid cui per prius illud esse conveniat. Alio modo ut excludat non quodcunque exsistens per prius illo esse, sed tantum exsistens tanquam hoc aliquid et suppositum : et sic convenire esse alicui primo et per se, est habere esse, et non per aliud cui per prius conveniat tanquam supposito per se exsistenti. Primo modo esse animæ intellectivæ convenit primo et per se, quia nulli exsistenti absolute per prius convenit : prius enim intelligimus ipsam animam per creationem fieri, ut habere esse, deinde illud esse communicari materiæ et composito per ipsam animam : unde, inquit sanctus Thomas, lib. I *Sentent.*, dist. 8, quæst. 5, art. 2, ad secundum, quod habet in se esse perfectum, et quod hoc ipsum esse quod est animæ per se, fit esse conjuncti : et ad octavum inquit, quod animæ intellectivæ proprie debetur fieri, et corpus trahitur ad esse ejus. Item de spiritualibus creaturis art. 2, ad tertium, ait, quod anima habet esse subsistens supra materiam elevatum, et quod ad hujus esse communionem recipit corpus ut sit unum esse animæ et corporis quod est esse hominis, in hoc autem (ut dictum est superius) differt a materiali forma, quia esse non prius convenit formæ materiali quam composito, sed compositum sicut est illud quod proprie fit, forma autem non fit proprie, sed est id quo aliquid fit : ita compositum est id quod primo et proprie est; forma vero est id quod est, non autem id quod est, nisi improprie. Secundo vero modo esse primo et per se convenit composito, scilicet homini, quia licet per prius conveniat animæ, non tamen convenit illi tanquam supposito, sed tanquam formæ quæ est pars hominis, licet non habeat esse dependens a materia.

« Ad dubium ergo dicitur, quod argumentum verum concludit accipiendo primo, et per se secundo modo, sicut enim operationes vegetativæ et sensitivæ partis sunt primo et per se compositi tanquam suppositi agentis, ita esse convenit illi primo et per se tanquam supposito; hoc autem non repugnat ei quod superius diximus, esse, inquam, primo et per se convenire animæ, quia illud intelligebamus de primo et per se primo modo : sic enim esse primo et per se convenire potest formæ non immersæ materiæ, cujusmodi est anima intellectiva.

« Quantum ad tertium respondendum est objectionibus Scoti. Ad primam enim negatur antecedens. Jam enim diximus de mente sancti Thomæ, et expresse hoc loco habetur, quod idem est esse actualis exsistentiæ formæ, materiæ, et compositi.

« Pro solutione vero secundi notandæ sunt duæ distinctiones. Prima est, quod dupliciter possumus

cas, le point de départ de toute étude étant l'être qui se perçoit, l'être extérieur, la théorie de la spiritualité était celle d'une distinction plus ou moins légitime entre

loqui de esse, scilicet secundum quod nominat essentiam rei, quomodo dicitur definitionem significare quod quid est esse rei : et secundum quod nominat actualem exsistentiam. Secunda est, quod anima intellectiva cum sit forma corporis, et virtutem habeat intelligendi, dupliciter potest considerari, scilicet in quantum forma corporis, et in quantum est intellectus, sive intellectiva. In quantum forma corporis concurrit cum corpore tanquam pars ad constitutionem naturæ specificæ; in quantum intellectiva supergreditur capacitatem materiæ : unde perfectio ipsius simpliciter est secundum quod ad naturam specificam pertinet cum essentialiter sit pars speciei : perfectio autem secundum quid est secundum virtutem intelligendi, quia perfectio essentialis absolute est prior secundum naturam perfectione accidentali.

« Ad argumentum ergo dicitur primo, quod determinatio hæc non contradicit doctrinæ sancti Thomæ, imo est illi maxime conformis. Non enim contradicunt statum animæ esse perfectiorem in corpore quam extra corpus, et esse unum et idem esse animæ et hominis.

« Dicitur secundo, loquendo de esse actualis exsistentiæ, quod major est falsa : multas enim imperfectiones potest aliquid habere ex hoc quod non communicat esse suum alteri.

« Prima est imperfectio secundum naturam speciei : si enim istud secundum naturam suam sit pars speciei, si separetur a toto, caret integritate suæ naturæ specificæ; nulla enim pars separata a toto habet perfectionem naturæ : nam cum totum comparetur ad omnes suas partes ut forma ad materiam, si pars a toto separetur, non erit sub sua naturali et specifica forma, et per consequens non erit secundum perfectionem specificam perfecta, et sic intelligit sanctus Thomas animam esse imperfectiorem separatam a corpore quam in corpore, ut patet lib. IV *Sentent.* ubi supra, et dist. 49, quæst. 1, art. 4, et prima parte, quæst. 80, art. 2, ad primum, et spiritualibus creaturis art. 2, ad quintum, et *De anima*, art. 17, ad primum.

« Secunda imperfectio est secundum similitudinem ad Deum : ut enim habetur *De potentia*, quæst. 5, art. 10, ad quintum; et lib. IV *Sentent.*, dist. 43, quæst. 1, art. 1, ad quartum; unumquodque tanto est Deo similius simpliciter, quanto habet magis quod suæ naturæ conditio exigit : sicut cor motum similius est Deo immobili quam quiescens. Unde quod secundum suam naturam est pars speciei, et est ordinatum ad formalem communicationem sui esse, cujusmodi est anima intellectiva si non communicet suum esse, et non sit actu pars, non perfecte Deo assimilatur.

« Tertia imperfectio est secundum causalitatem, ut enim dicitur de spiritualibus creaturis, ubi supra, non est aliquid perfectum in sua natura, nisi actu explicari possit quod in eo virtute continetur : unde anima separata est imperfecta secundum naturam, quia non possunt ab ea effluere potentiæ organicæ quæ natæ sunt ab ipsa effluere, in quantum potest materiam informare, patet ergo quod multis ex causis illa major est falsa. Ad probationem dicitur quod utique perfectio præsupponitur ei quod est communicare : non tamen omnis perfectio rei, neque omnis modus perfectionis præsupponitur illi communicationi, et sic præsupponitur illi communicationi perfectio animæ quæ est secundum propriam entitatem, non autem aliæ perfectiones natæ illi convenire.

« Dicitur tertio, ad minorem, quod illam intelligit sanctus Thomas de esse actualis exsistentiæ, non autem de esse essentiali, quod est esse specificum : non enim eamdem essentiam specificam completam habet anima separata et conjuncta, cum separata anima a corpore, non maneat essentia totius, quæ animam conjunctam quodammodo informabat.

« Dicitur quarto ad majorem declarationem ex doctrina sancti Thomæ in locis præallegatis, quod licet anima conjuncta corpori sit perfectior in quantum forma, et quantum ad naturam specificam, in quantum tamen intellectus, et quantum ad actum intelligendi, est perfectior separata, quia intelligere convenit ipsi ut est supra materiam elevata : unde et non fit mediante aliquo organo corporeo. Hoc autem intelligendum est de separatione a corpore corruptibili, ut dicitur lib. IV *Sentent.*, dist. 49, ubi supra : tale enim quia non perfecte perficitur per animam habet aliquid actioni animæ resistens, et illam impediens, sed si a corpore removeatur id per quod actioni animæ resistit, ut evenit in corpore glorioso, tunc anima quantum ad virtutem intelligendi est perfectior in corpore quam separata, quia tunc etiam est in sua natura perfectior; quanto autem aliquid est perfectius in sua natura, tanto potest perfectius operari, si videlicet omnia deducantur impedimenta : quod dico, quia stat quod aliquid sit perfectius absolute secundum naturam, et tamen non possit perfectius operari propter impedimenta illi esse perfecto conjuncta : unde anima in corpore corruptibili licet secundum naturam sit perfectior, tamen non perfectius operatur opera intellectus, quia corpus corruptibile habet aliquid actionem animæ impediens.

« Ad tertium dicitur, quod anima est imperfectior quam homo in essendo, quantum ad esse quidditativum et essentiale, ut dictum est, non autem quantum ad esse exsistentiæ, quod diximus esse unum animæ et hominis, nisi forte quantum ad modum habendi, in quantum scilicet homo habet illud per modum suppositi, anima autem per modum formæ non dependentis a materia : unde loquendo de esse exsistentiæ, negatur falsitas consequentis. Si autem consequens intelligatur de esse quidditativo, negatur consequentia; et ad probationem negatur assumptum : non enim habentia idem esse exsistentiæ sunt æqualia in essendo quidditative.

« Ad quartam dicitur, quod esse exsistentiæ compositi dupliciter potest considerari, scilicet absolute, et ut est compositi : si primo modo accipiatur, negatur antecedens pro prima parte : esse enim compositi non corrumpitur, licet essentia ejus corrumpatur, sed manet in anima separata. Si secundo modo accipiatur, negatur consequentia : potest enim esse animæ, quod etiam erat esse conjuncti, desinere actuare conjunctum, et tamen manere in anima separata unum et idem.

« Secunda ratio sancti Thomæ est ista : Semper invenitur infimum supremi ordinis contingere supremum inferioris generis, ut est de mente Dionysii *De divinis nominibus*, cap. 7, et patet etiam exemplariter in ostreis, quæ cum sint infima in genere animalium, parum excedunt vitam plantarum : sed anima est infima in genere substantiarum intellectualium, ut ex modo intelligendi percipi potest : ergo est accipere aliquid in genere corporum, corpus scilicet humanum æqualiter complexionatum simile cœlo, in quantum a contrariis elongatur, quod attingit ad animam intellectivam. Confirmatur ex eo quod dicitur in libro *De causis*, anima est quidam horizon, et confinium corporeorum et incorporeorum, in quantum scilicet est forma incorporea, sed tamen est corporis forma.

« Attendendum, quod ista ratio non de necessitate convincit, quia posset aliquis dicere, quia licet infimum superioris contingat supremum inferioris, non tamen oportet ut sit ejus forma, sed est quædam persuasio. Unde ad hoc insinuandum proposuit, quod in hoc mirabilis rerum connexio consi-

deux éléments qui étaient d'abord donnés comme unis et même comme unis dans une sorte de substance unique. Voilà pourquoi le domaine de la psychologie et celui de la

Circa hanc conclusionis partem, quam sanctus Thomas probavit, aliqua ex parte idem sentit Scotus in prima quæst. Prologi primi *Sententiarum:* aliqua vero ex parte dissentit. Tenet cum sanctus Thomas multas esse veritates de Deo cognoscibiles, quas nullus potest naturaliter invenire, eo quod ab agente, et phantasmatibus causari earum cognitio non possit. In hoc autem dissentit, quia ponit quod ista cognitio sit quidem supernaturalis comparando intellectum possibilem ad agens: sed tamen comparando ipsum ad actualem notitiam in se, sit ei naturalis, eo quod intellectus possibilis a quacunque cognitione naturaliter perficiatur, et ad quamcunque naturaliter inclinetur: hujus oppositum accipiendo potentiam naturalem proprie, non autem ut se etiam ad objicialem extendit; tenet sanctus Thomas *Sentent.*, dist. 26, art. 2; et *De verit.* quæst. 18, ubi de mente, com. IX *Metaph.* vult quod potentia passiva naturalis non se extendat, nisi ad illa ad quæ se extendit sua potentia naturalis activa. Ex quo in quæstione *De verit.*, concludit intellectum possibilem non esse naturaliter in potentia, nisi ad illas formas, quæ per intellectum agentem intelligibiles fiunt. Confirmatur autem positio sancti Thomæ ex processu, et ratione Aristotelis, III *De anima*, ubi probat. intellectus agentis necessitatem text. 17, hanc enim ratione probat oportere in anima ponere intellectum agentem, quia in natura in qua est potentia passiva, oportet ponere potentiam activam. Constat autem quod Aristoteles loquitur de potentia activa proxima, et proportionata, alioquin ratio sua non ostenderet propositum; ergo si aliqua potentia passiva naturaliter inclinatur in aliquem actum, oportet ut ab aliquo naturali agente, et proportionato possit illum recipere, si autem instetur ut instat Scotus, 4, fine distinct. 49, quæst. 10. Ad secundum, quia in corpore est potentia receptiva ad animam intellectivam, et tamen non potest ab aliquo agente naturali produci. Respondetur de mente sancti Thomæ, posit. quæst. 3, art. 9. Quintum et sextum, quod non est necesse, ut omne agens naturale, producat essentiam formæ, sed sufficit ut sit causa dispositiva materiæ, et sit causa unionis formæ cum materia. Nam si forma non sit subsistens, causa naturalis est causa ipsius formæ: si autem forma sit subsistens, ut est anima rationalis, causa naturalis est causa dispositionis

de la raison et de la foi, de l'Eglise et de l'Etat.

En principe, et comme théologien, il les distingue avec une décision et une sé-

materiæ, et unionis formæ ad materiam, non autem est causa formæ. Unde negatur ista consequentia. Nullum agens creatum sive naturale potest producere animam intellectivam, ergo a nullo agente naturali potest materia, reduci in actum respectu animæ intellectivæ; dicitur enim quod oppositum consequentis stat cum antecedente : potest enim agens naturale reducere materiam in actum formæ causando dispositiones ad formam, et unionem formæ ad materiam, et tamen non causare formam.

QUIA DIVINA NATURALITER COGNITA CONVENIENTER HOMINIBUS CREDENDA PROPONUNTUR. (Cap. 4.)

« Duplici igitur veritate divinorum intelligibilium exsistente, una ad quam rationis inquisitio pertingere potest, altera quæ omne ingenium humanæ rationis excedit, utraque convenienter divinitus homini credenda proponitur. Hoc autem de illa primo ostendendum est quæ inquisitioni rationis pervia esse potest, ne forte alicui videatur, ex quo ratione haberi potest, frustra id supernaturali inspiratione credendum traditum esse.

« 1. Sequerentur tamen tria inconvenientia, si hujus veritas solummodo rationi inquirenda relinqueretur. Unum est, quod paucis hominibus Dei cognitio inesset. A fructu enim studiosæ inquisitionis qui est veritatis inventio, plurimi impediuntur tribus de causis. Quidam siquidem propter complexionis indispositionem, ex qua multi naturaliter sunt indispositi ad sciendum : unde nullo studio ad hoc pertingere possent ut summum gradum humanæ cognitionis attingerent, quod in cognoscendo Deum consistit. Quidam vero impediuntur necessitate rei familiaris : oportet enim esse inter homines aliquos qui temporalibus administrandis insistant, qui tantum tempus otio contemplativæ inquisitionis non possent expendere ut ad summum fastigium humanæ inquisitionis pertingerent, scilicet Dei cognitionem.

« Quidam autem impediuntur pigritia. Ad cognitionem enim eorum quæ de Deo ratio investigare potest, multa præcognoscere oportet : cum fere totius philosophiæ consideratio ad Dei cognitionem ordinetur, propter quod metaphysica quæ circa divina versatur, inter philosophiæ partes ultima remaneat addiscenda. Sic ergo nonnisi cum magno labore studii ad prædictæ veritatis inquisitionem perveniri potest : quem quidem laborem pauci subire volunt pro amore scientiæ, cujus tamen mentibus hominum naturalem Deus inseruit appetitum.

« 2. Secundum inconveniens est, quod illi, qui ad prædictæ veritatis cognitionem vel inventionem pervenirent, vix post longum tempus pertingerent, tum propter hujusmodi veritatis profunditatem, ad quam capiendam per viam rationis, nonnisi prius post longum exercitium intellectus humanus idoneus invenitur; tum etiam propter multa quæ præexiguntur, ut dictum est, tum propter hoc quod tempore juventutis, dum diversis motibus passionum anima fluctuat, non est apta ad tam altæ veritatis cognitionem; sed in quiescendo fit prudens et sciens, ut dicitur in VII *Physicorum*, remaneret igitur humanum genus si sola rationis via ad Deum cognoscendum pateret in maximis ignorantiæ tenebris : cum Dei cognitio quæ homines maximè perfectos et bonos facit, non nisi quibusdam paucis et his paucis etiam post temporis longitudinem proveniret.

« 3. Tertium inconveniens est quod investigationi rationis humanæ plerumque falsitas admiscetur propter debilitatem intellectus nostri in judicando et phantasmatum permistionem. Et ideo apud multos in dubitatione remanerent ea quæ sunt verissime etiam demonstrata : dum vim demonstrationis ignorant et præcipue cum videant a diversis qui sapientes dicuntur, diversa doceri. Inter multa etiam vera quæ demonstrantur immiscetur aliquando aliquid falsum quod non demonstratur; sed aliqua probabili vel sophistica ratione asseritur : quæ interdum demonstratio reputatur. Et ideo oportuit per viam fidei fixa certitudine ipsam veritatem de rebus divinis hominibus exhiberi. Salubriter ergo divina providit clementia, ut ea, etiam quæ ratio investigare potest, fide tenenda præciperet : ut sic omnes de facili possent divinæ cognitionis participes esse, et absque dubitatione et errore. Hoc est quod *Ephes.* IV, 17, 18, dicitur : *Jam non ambuletis sicut et gentes ambulant in vanitate sensus sui ; tenebris obscuratum habentes intellectum.* Et *Isa.* LIV, 13 : *Ponam universos filios tuos doctos a Domino.* »

Commentaire.

Postquam ostendit sanctus Thomas duplicem esse veritatem de Deo, nunc modum manifestationis utriusque veritatis declarat. Circa hoc autem duo facit, primo de modo manifestationis hujusmodi absolute determinat; secundo, comparative. (Cap. 7) : Circa primum duo facit : primo determinat de modo hujusmodi quantum est ex parte docentis; secundo, de ipso quantum est ex parte addiscentis. (Cap. 6.) Circa primum duo facit. Primo agit de modo eorum quæ naturaliter de Deo cognosci possunt, secundo de modo eorum, quæ naturalem rationem excedunt. Quantum ad primum forte alicui, ut inquit, videatur, ex quo talis veritas ratione haberi potest, frustra supernaturali inspiratione credendam, traditam esse, ponit hanc conclusionem. Veritas divinorum quæ inquisitioni rationis pervia esse potest, convenienter divinitus homini credenda proponitur; probatur ex inconvenientibus quæ sequerentur nisi ita fieret, primum est quod paucis hominibus Dei cognitio inesset. Plurimi enim a veritatis inquisitione retrahuntur tribus de causis : aut scilicet propter corporis complexionem, ex qua multi naturaliter sunt indispositi ad scientiam, et summum gradum humanæ cognitionis qui in cognoscendo Deum consistit, attingere non possunt; aut propter rei familiaris necessitatem, propter quam multi otio contemplativæ inquisitionis vacare non possunt : aut propter pigritiam, ex qua plerique laborem acquirendæ disciplinæ effugiunt. Ad cognitionem enim quæ de Deo haberi naturaliter potest, multa præcognoscere oportet, cum tota fere philosophus ad eam ordinetur : quia ex causa metaphysica ultima remanet addiscenda : quare etsi hominum mentibus naturalem Deus sciendi ingenuerit appetitum, multi tamen sunt qui eum addiscendi laborem subire renuunt. Advertendum hic primò ex doctrina sancti Thomæ, in tertio, dist. 25, quæst. 2, art. 2, quod quantitas cognitionis dupliciter attendi potest : secundum objecta scilicet et secundum efficaciam actus circa objecta : quod ergo, inquit, summum gradum humanæ cognitionis esse Deum cognoscere, intelligendum est quantum ad objectum : non autem quantum ad efficaciam actus.

Advertendum secundo ut habet sanctus Thomas super Boetium, *De Trinitate*, quæst. 5, art. 1, quod metaphysica naturaliter quidem, scilicet secundum perfectiones, est aliis scientiis prior : quo ad nos tamen aliis scientiis est posterior, quod Avicenus primo suæ *Metaph.* libro, inquit ordinem hujus scientiæ esse, ut post alias scientias addiscatur, id quod etiam hoc loco inquit sanctus Thomas, sed licet ita sit de ipsa scientia in quantum in ea pro-

vérité de doctrine qui ne laisse rien à désirer. Nul docteur n'a revendiqué avec autant d'autorité que lui les droits de la nature et de la raison, et si son idée de l'Etat nous

prietates entis, et substantiarum separatarum investigantur per demonstrationem, terminos tamen aliquos metaphysicæ necesse est terminis aliarum scientiarum prius quoad nos secundum eorum conceptus cognitos esse, cum in ipsos aliarum scientiarum termini resolvantur, propter quod licet illi termini dicantur metaphysica in quantum proprietates suorum significatorum in metaphysica quærunt, quo tamen ad eorum conceptus sunt omnibus scientiis communes. Si dicatur, quare ergo in v *Metaph.*, de eorum rationibus determinabitur, dicitur quod hoc ideo est, quia si de ipsis omnibus simul edendus sit tractaturus, magis ad metaphysicam spectat, quam ad alium artificem, eo quod etiam eorum proprietates inquirat : non tamen tollitur quin sint omnium scientiarum communes termini. Verum in hoc differentia est, quia de illis determinat metaphysica ut de substantiis, aut partibus, aut passionibus subjectorum : aliæ autem scientiæ, utuntur ipsis ut antecedentibus ad eorum subjecta, et per viam sensus cognitis. Advertendum tertio quod non dixit sanctus Thomas absolute totam philosophiam ordinari ad metaphysicam, sed addidit fere : quia ut ipse inquit, *De Trinit.*, quæst. 5, art. 1, conclusionum, sunt aliquæ scientiæ, quæ non sunt necessariæ absolute ad metaphysicam sed tantum ad bene esse ipsius, ut musica, et morales, et hujusmodi. Advertere quarto quod appetitus naturalis ut habetur 1, quæst. 60, art. 1, dupliciter sumi potest uno modo ut distinguitur contra appetitum sequentem cognitionem : alio modo ut distinguitur contra appetitum liberum. Primo modo nominat solum ordinem naturæ in aliquid, et nihil aliud importat quam rei formam cum habitudine naturali ad aliquod, sicut appetitus gravis ad locum deorsum nihil aliud est quam forma gravitatis cum habitudine ad locum deorsum, et se habet tanquam actus primus : hoc modo quælibet potentia naturaliter appetit sibi conveniens, ut dicitur 1, quæst. 78, art. 1, 3. Secundo modo nominat actum elicitum sequentem cognitionem, ita tamen ad unum oppositorum determinatum, quod ad alterum flecti non potest : sicut omnes naturaliter appetunt beatitudinem actu elicito a voluntate sequente beatitudinis apprehensionem. Appetitus ergo sciendi, quem dicit sanctus Thomas, et etiam Aristoteles i *Metaph.*, naturalem esse, licet possit sic accipi primo modo, quia intellectus ex sua natura habitum, et ordinem ad cognitionem, tanquam ad sibi conveniens habet, tamen quia hoc non convenit soli intellectui, sed omni potentiæ ut diximus, ut feratur in sibi conveniens; videtur autem sanctus Thomas et Philosophus velle aliquid particulare ponere circa appetitum cognitionis, quod in appetitu operationum aliarum potentiarum non invenitur : ideo dicendus est iste appetitus esse naturalis quidam actus voluntatis, quo voluntas, in propositam sibi cognitionem fertur, ita quod in oppositum ferri non potest : id quod etiam videtur velle sanctus Thomas 1-2, quæst. 10, art. 1; et 2-2, quæst. 166, art. 2, dum ponit studentis virtutem esse istius naturalis desiderii moderatricem. Secundum inconveniens est, quia vix post longum temporis spatium ad eam cognitionem homines pervenirent, tum propter profunditatem cognitionis ad quam non nisi post longum exercitium hominis intellectus idoneus invenitur; tum propter multa quæ præexiguntur; tum propter passionum motus in juventute abundantes, quibus efficitur ut non sit apta anima ad tantæ veritatis cognitionem. Advertendum primo quod cum res abstractæ a materia, nisi ex sensibilibus rebus a nobis non cognoscantur, ad hoc ut intellectus noster, cui connaturales

sunt res sensibiles, in tantum elevetur, ut ex formis sensibilium cognitionem de talibus eliciat substantiis, necesse est prius ut exerceatur in operibus intellectus a particularibus ad universalia abstrahendo, communiaque a propriis, ut ex tali exercitio abstrahendi fiat ad cognitionem rerum immaterialium habilior, non enim in nobilissimas operationes potentiæ intellectus nisi assiduitate et exercitio in ignobilioribus vigorosior, promptiorque ad occulta investiganda fiat. Multo igitur magis ad eam substantiam quæ maxime immaterialis est, a sensibusque remotissima poterit extolli, nisi post longam exercitationem fuerit vigoratus : propterea inquit sanctus Thomas non posse nostrum intellectum eam cognitionis profunditatem capere nisi post longum exercitium. Causatur enim ex studio atque exercitio in intellectu habilitas quædam ad rerum difficilium inventionem, quæ absque tali exercitio non in esset, similiter vires sensitivæ interiores, quibus utitur intellectus habiliores ex tali exercitio ad subtilium rerum inquirendam veritatem redduntur in suo ordine. Advertendum secundo quod cum cognitio intellectualis per abstractionem a sensibilibus fiat, propter vehementiam vero passionum abstrahat intentio animæ ab intelligibilibus ad sensibilia ex passionum vehementia actus contemplationis quam maxime impeditur, ideo virtutes morales, præsertim castitas, ut inquit sanctus Thomas, 2-2, quæst. 15, art. 3, maxime hominem ad perfectionem intellectualis operationis disponit. Ubi ergo multitudo passionum insurgit, sicut in juvenibus pro majori parte accidit, ibi non est anima ad subtiles speculationes apta; sed in quiescendo, et sedendo, a passionum tumultibus, ut inquit Philosophus, fit prudens. Tertium inconveniens est, quia cum dubitatione errorisque admistione, Dei cognitio haberetur. Debilitas enim rationis, atque phantasmatum permistio facit ut ea etiam quæ verissime demonstrata sunt apud multos dubia remaneant, dum vim demonstrationis ignorant, et præsertim cum videant eos qui sapientes differunt diversa docere; facit etiam, ut inter multa verba quæ demonstrantur multa immisceantur falsa, quæ sophistica, aut probabili quapiam ratione, quæ demonstratio reputatur, asseruntur. Quare oportuit per fidem determinari quæ de Deo a nobis tenenda sit. Concluditur ergo quod salubriter divina providit clementia, ut ea etiam quæ ratio investigare potest fide tenenda præciperet, ut omnes et de facili, et per consequens cito et absque dubietate et errore divinæ cognitionis, participes esse possent. Notandum primo quod ista debilitas intellectus non ægritudinem, aut aliquid præter naturam adveniens intellectui nostro, sed suum naturalem ordinem in genere intelligibilium significat. Quia enim in tali genere infimum locum tenet, estque imperfectissimum quiddam sicut materia prima in genere rerum materialium, ideo suapte natura habet ut ad veritatem capescendam imbecillis sit, decipique facile possit. Notandum secundo quod licet phantasmata intellectui nostro ad intelligendum deserviant, ipsa tamen phantasmatum permistio apud multos veri cognitionem de rebus immaterialibus impedit. Nam cum sint rerum duntaxat materialium, determinatarumque ad hic et hunc similitudinem, aliqui per hujusmodi phantasmata intelligentes, non possunt intelligere aliquid in rerum natura esse quod materiale non sit, atque ad aliquem locum determinatum : propter quod in multos incidunt errores circa immaterialia. Ipsa igitur phantasmatum permistio in nostra intellectione, licet sit nobis ad intelligendum necessaria, quia tamen debile instrumentum sunt et improportionatum respectu immaterialium, ideo

paraît incomplète, elle se relève bientôt quand nous la comparons aux institutions et aux traditions du XIIIe siècle.

Mais dans l'application et comme philosophe, saint Thomas n'a plus cette netteté que tout à l'heure nous admirions en lui. Il re-

sunt sæpenumero erroris causa in hujusmodi immaterialium rerum veritate investiganda. Confirmatur primo conclusio auctoritate Apostoli *Ephes.* IV, 17, 18 : *Jam non ambuletis*, etc. Confirmatur secundo auctoritate Isa. (LIV, 13) : *Ponam universos filios tuos doctos a Domino*, etc. Sed circa ea quæ dicta sunt in primo inconvenienti dupliciter occurrit dubium. Primum est circa illud quod metaphysicæ est ultimo loco addiscenda. Contra hoc enim arguitur sic. Primo *Metaph.* probat aliarum scientiarum principia, ut inquit sanctus Thomas *De Trinit.*, quæst. 5, art. 1, conclusionum; ergo alias scientias debet præcedere, patet consequentia : quia tota scientia a principiorum cognitione dependet, secundo metaphysicæ largitur principia omnibus scientiis ut est de mente sancti Thomæ, in pluribus locis, præsertim *De Trinit.*, quæst. 2, art. 1; ergo, etc.; probatur consequentia : quia ea quæ ad metaphysicam pertinent, non possunt nisi per metaphysicam sciri; si ergo aliæ scientiæ utuntur principiis quæ sunt propria metaphysicæ, ergo oportet in omnibus scientiis metaphysicam includi veluti priorem, et per consequens oportet primo eam addiscere. Tertio, a notioribus nobis semper est procedendum, ut ostendit Philosophus primo *Poster.*, sed principia quæ sunt propria metaphysicæ sunt nobis notiora omnibus quæ traduntur in scientiis, ergo ab iis nostra debet incipere cognitio, ergo metaphysica est primo addiscenda.

« Secundum dubium est circa illud quod plerique propter laborem et tristitiam retrahuntur ab inquisitione veritatis. Contra enim arguitur. Non minor est inclinatio naturæ quam habitus, sed habitus facit in operibus suis facilitatem et delectationem, ut dicitur II *Ethic.*, ergo et natura. Si igitur homines naturaliter in scientiam et cognitionem inclinantur, erit acquisitio scientiæ facilis et delectabilis, ergo nullus ab ea propter pigritiam aut laborem retrahitur. Ad evidentiam primi dubii. Considerandum est primo quod principia prima et universalia omnium scientiarum dupliciter considerari possunt. Uno modo quantum ad eorum veritatem absolute, alio modo quantum ad judicium de ipsis et defensionem ab impugnantibus. Primo modo pertinent ad habitum unum per se, qui dicitur intellectus, quem Aristoteles VI *Ethic.* condividit scientiæ; secundo vero modo ad metaphysicum, ut inquit sanctus Thomas prima secundæ, quæst. 66, art. 5, ad quartum; metaphysica enim disputat contra negantes hujusmodi communia principia, propterea quod constituantur ex terminis communibus qui sunt de metaphysici consideratione. Considerandum secundo quod licet ad intellectum, qui est habitus principiorum, secundum suam veritatem absolute consideratam pertineant, ad metaphysicam vero quantum ad eorum examinationem et defensionem; sunt tamen et omnibus scientiis communia in quantum eorum termini ad terminos aliarum scientiarum extenduntur, et in quantum ab intellectu, qui est habitus istorum principiorum scientia dependentiam habet, ut est de mentes ancti Thomæ, 1-2, quæst. 57, art. 2, ad secundum. Unde potest dici quod ista principia ut absolute vera, omnes scientiæ accipiunt ab intellectu qui est ipsorum habitus; ut autem jam examinata et defensata ab impugnantibus accipiunt a metaphysica. Propterea undecimo *Metaphysic.*, lectione prima, inquit sanctus Thomas quod una scientia (et intelligit de metaphysica) ista principia considerat ad quam pertinet consideratio communium terminorum, et ab ea aliæ scientiæ hujusmodi principia accipiunt. Considerandum tertio, ut haberi potest ex doctrina sancti Thomæ super Boetium, *De Trinit.*, quæst. 6, art. primo, quod de scientiis dupliciter loqui possumus : uno modo quantum ad omnium illarum acquisitionem ordinatam; alio modo secundum quod jam sunt acquisitæ et adinventæ. Dicitur ergo primo quod quantum ad acquisitionem earum per inventionem humanæ rationis metaphysica est ultima : quia omnes aliæ scientiæ speculativæ ad ipsam ordinantur et earum inventio præexigitur inventioni metaphysicæ; et secundum hanc rationem nihil ad metaphysicam pertinens ut metaphysicale est, oportet præintelligi, sed bene cognitio primorum principiorum, ut habitus, qui, ut intellectus, sunt nota cujuscunque scientiæ, adinventionem præcedit, cum nulla scientia habeat perfecte rationem scientiæ nisi secundum quod ab hujusmodi habitu dependet. Dicitur secundo quod si loquamur de scientiis ut jam adinventæ sunt, sic non inconvenit alias scientias uti principiis metaphysicalibus ut jam examinatis et ab impugnantibus per metaphysicam defensatis. Dicitur tertio quod non oportet propter hoc metaphysicam prius aliis scientiis addisci. Tum quia habitus metaphysicæ primo et principaliter circa ens et passiones entis, atque etiam circa substantias separatas versatur : non autem circa hujusmodi principia, cum non sint communes in metaphysica demonstratæ : tum quia aliæ scientiæ accipiunt illa principia mutuo a metaphysica; et ideo non oportet ut primus habeatur ille habitus, sed sufficit quod sit adinventus et acquisitus aliquando etiam post alias scientias. Unde aliæ scientiæ credunt ista principia metaphysicæ, scilicet quod ab illa sunt examinata et defensata : quamvis illa videant ut ab intellectu ipsorum principiorum dependentiam habent.

« Ad primum autem in oppositum dicitur quod sic dicitur metaphysicam principia aliarum scientiarum probare, quasi per habitum metaphysicæ demonstrative sciantur, quemadmodum scientia subalternans dicitur probare principia scientiæ subalternatæ; sed quia per ista communia principia non alicui scientiæ propria, sed omnibus communia, licet a metaphysica principalius considerata.

« Ad secundum dicitur quod metaphysica non largitur sua principia aliis, dum consideratur in ipsis ordo adinventionis et acquisitionis, ut dictum est, sed largitur illa ut jam scientiæ omnes adinventæ intelliguntur in quantum omnes scientiæ, nunc mutuo accipiunt a metaphysica ista principia ut ab ipsa confirmata et defensata; licet secundum se naturaliter nota. Unde non sequitur quod metaphysica sit ante alias scientias addiscenda.

« Ad tertium dicitur primo, quod principia prima secundum eorum absolutam veritatem sunt prius nobis nota omnibus scientiis, sed quantum ad eorum examinationem et defensionem ab impugnantibus, sunt posterius nota. Dicitur secundo, quod quia secundum eorum veritatem pertinent ad metaphysicam. Ideo non sequitur quod metaphysica præcedat alias scientias, sed tantum intellectus qui eorum est habitus nobis inditus a naturali lumine intellectus agentis. Ad secundum dubium dicitur primo quod non omnis inclinatio naturæ similis est inclinationi habitus; dupliciter enim, ut vult sanctus Thomas, *De verit.*, quæst. 24, art. 10, primum est inclinatio naturalis in aliquid. Uno modo quando habet in se sufficiens principium ex quo illud de necessitate consequitur, alio modo quando in se non habet sufficiens principium ex quo illud necessario consequatur, quo modo naturale est mulieri concipere filium et libero arbitrio tendere in bonum. Prima ergo inclinatio naturalis

connaît la puissance de la *nature*, ce mot revient fréquement dans ses écrits; il l'entend même ordinairement à la manière d'Aristote; et les déclamateurs qui s'imaginent

facit facilitatem et delectationem, in operatione in habentibus cognitionem, et assimilatur inclinationi habitus; cum secunda vero stat difficultas et labor in acquirendo id ad quod naturalis est inclinatio, et propter laborem aliquis ab ejus acquisitione potest retrahi. Et sic in appetitu accidit scientiæ. Dicitur secundo, quod licet per se habitus faciat facilitatem in operatione, tamen ex aliquo impedimento extrinsecus adveniente, ut dicitur prima secundæ quæst. 95, art. 3, ad 2, habens habitum difficultatem patitur in operando, et per consequens delectationem non sentit; similiter ergo ab acquisitione scientiæ potest retrahi homo, licet ad eam naturalem habeat inclinationem, ex labore addiscendi aliisque de causis, ut inquit sanctus Thomas I *Metaph.* Nam ut ipse etiam V *Metaph.*, c. « *De necessario*, inquit, impetum naturalis inclinationis contingit impediri in prosecutionem jam incepti, et prohiberi ne motus incipiat. Sed contra : Naturale desiderium non est frustra omnino, quia natura nihil frustra operatur, ut dicitur secundo *Cœli :* ergo dato quod ad tempus homo ab acquisitione scientiæ impediatur, aliquando tamen implebitur desiderium, cessabuntque impedimenta. Respondetur quod licet naturale desiderium consequens totam naturam omnino frustrari non possit quin aliquo individuo compleatur, non inconvenit tamen ipsum aliquibus individuis frustrari, præsertim quando tale desiderium est actus elicitus. Et maxime si non est in re completum principium ad quod necessario illud, ad quod est naturalis inclinatio, sequatur : sicut non est inconveniens mulierem perpetuo absque prole manere, quamvis ad id naturaliter sit inclinata. Posset etiam dici quod istud naturale desiderium implebitur anima a corpore separata, sicut dixit Porphyrius eam tunc fore beatam, licet corpori conjuncta beatitudinem non assequatur. »

QUIA EA QUÆ RATIONE INVESTIGARI NON POSSUNT, CONVENIENTER FIDE TENENDA PROPONUNTUR. (Cap. 5.)

« Videtur autem quibusdam fortasse non debere hujusmodi ad credendum proponi illa quæ ratione investigare non sufficit : cum divina sapientia unicuique secundum modum suæ naturæ provideat. Et ideo demonstrandum est quod necessarium sit homini divinitus credenda proponi etiam illa quæ rationem excedunt. Nullus enim desiderio et studio in aliquid tendit nisi sit ei præcognitum. Quia ergo ad altius bonum quam experiri in præsenti vita possit humana fragilitas, homines per divinam providentiam ordinantur, ut in sequentibus investigabitur ; oportuit mentem evocari in aliquid altius quam ratio nostra in præsenti possit pertingere, ut sic disceret aliquid desiderare et studio tendere in aliquid quod totum statum præsentis vitæ excedit. Et hoc præcipue Christianæ religioni competit quæ singulariter bona spiritualia et æterna promittit : unde et in ea plurima humanum sensum excedentia proponuntur. Lex autem vetus quæ temporalia promissa habebat, pauca proposuit quæ humanæ rationis inquisitionem excederent. Secundum etiam hunc modum philosophis cura fuit (ut patet VII et X *Ethic.*) ad hoc ut homines a sensibilium delectationibus ad honestatem perducerentur, ostendere esse alia bona his sensibilibus potiora, quorum gustu multo suavius qui vacant activis, vel contemplativis virtutibus delectantur.

« Est etiam necessarium hujus veritatem ad credendum hominibus proponi ad Dei cognitionem veriorem habendam. Tunc enim solum vere Deum cognoscimus, quando ipsum esse credimus supra omne id quod de Deo cogitari ab homine possibile est, eo quod naturalem hominis cognitionem divina substantia excedit (ut supra ostensum est). Per hoc ergo quod homini de Deo aliqua proponuntur quæ rationem excedunt, firmatur in homine opinio quod Deus sit aliquid supra id quod cogitari potest.

« 2. Alia etiam utilitas inde provenit, scilicet præsumptionis repressio, quæ est mater erroris. Sunt enim quidam tantum de suo ingenio præsumentes, ut totam naturam divinam se reputent suo intellectu posse metiri, æstimantes scilicet totum esse verum quod eis videtur, et falsum quod eis non videtur. Ut ergo ab hac præsumptione humanus animus liberatus ad modestam inquisitionem veritatis perveniat, necessarium fuit homini proponi quædam divinitus quæ omnino intellectum ejus excederent.

« 3. Apparet etiam alia utilitas ex dictis Philosophi (X *Ethic.*, cap. 9). Cum enim Simonides cuidam homini prætermittendam divinam cognitionem persuaderet, et humanis rebus ingenium applicandum oportere, inquiens humana sapere hominem et mortalia mortalem : contra eum Philosophus dicit, quod homo debet se ad immortalia et divina trahere quantum potest. Unde in II *De animalibus* dicit : quod quamvis parum sit quod de substantiis superioribus percipimus, tamen id modicum est magis amatum et desideratum omni cognitione quam de substantiis inferioribus habemus. Dicit etiam in secundo *Cœli et mundi*, quod cum de corporibus cœlestibus quæstiones possint solvi parva et topica solutione, contingit auditori ut vehemens sit gaudium ejus. Ex quibus omnibus apparet quod de rebus nobilissimis quantumcunque imperfecta cognitio maximam perfectionem animæ confert. Et ideo quamvis ea quæ supra rationem sunt, ratio humana plene capere non possit, tamen multum sibi perfectionis acquiritur si saltem qualitercunque teneat fide. Et ideo dicitur Eccle. III, 25 : *Plurima supra sensum hominis ostensa sunt tibi.* Et *I Cor.* II, 10 : *Quæ sunt Dei nemo novit nisi Spiritus Dei. Nobis autem revelavit Deus per Spiritum suum.* »

Commentaire.

« Quantum ad secundum ponitur hæc conclusio. Necessarium est homini divinitus credenda proponi quæ humanam rationem excedunt. Sed antequam probetur, inducitur ratio ad oppositum quæ ab aliquibus induci posset. Divina enim sapientia unicuique providet secundum modum suæ naturæ. Ergo non videtur necessarium homini dari aliquid supra facultatem naturæ. Tum conclusionem probat quatuor rationibus. Sed advertendum pro conclusione, quod cum necessarium ad finem dupliciter dicatur secundum Aristotelem V *Metaph.*, scilicet simpliciter, et quantum ad bene esse, de utroque necessario intelligitur conclusio : unde prima ratio de necessario simpliciter probat, aliæ vero quantum ad bene esse. Prima ergo ratio est ista : Homines per divinam providentiam ad altius bonum ordinantur, quam experiri in præsenti vita humana fragilitas possit, ergo oportuit nos evocari in aliquid altius quam ratio nostra in præsenti vita possit attingere : antecedens inferius probabitur in tertio libro; consequentia probatur, quia nullus desiderio et studio in aliquid tendit nisi sit ei præcognitum : cum ergo homo habeat studio et desiderio tendere in id ad quod per divinam providentiam ordinatur, necesse est ut illud præcognoscat.

« Confirmatur primo hæc ratio ex comparatione veteris et novæ legis; quia enim in Christiana religione bona spiritualia et æterna promittuntur, in ea plurima humanum sensum excedentia proponun-

qu'il a été inventé par le XVIIIe siècle font preuve d'une égale ignorance vis-à-vis du Docteur angélique et du Stagirite. Mais en même temps il croit à la *prémotion physique*

tur, in veteri autem lege, quia temporalia promittebantur, pauca proposita sunt quæ humanam excederent rationem.

« Confirmatur secundo ex philosophorum legibus. Volentes enim philosophi homines a sensibilium delectationibus ad honestatem perducere, ostenderunt esse alia bona sensibilibus iis potiora quorum gustu multo suavius delectantur, qui activis, aut contemplativis virtutibus vacant. Pro ista ratione advertendum quod desiderium aliquando accipitur pro actu appetitus sensitivi vel rationalis tendentis in non habitum, aliquando vero pro appetitu, et inclinatione quacunque ad aliquid, etiam si consequatur formam naturalem. Quod ergo dicitur neminem ferri desiderio nisi in præcognitum, intelligendum est de desiderio qui est actus elicitus appetitus, non autem de inclinatione consequente formam naturalem, quia etsi etiam tale desiderium consequatur aliquam cognitionem, eo quod opus naturæ sit opus intelligentiæ, ut dicitur secundo *Physic.*, non tamen consequitur cognitionem ipsius appetentis naturaliter. Sed videtur hæc ratio sancti Thomæ non concludere. Nam oppositum consequentis videtur stare cum antecedente : potest enim aliquid esse naturaliter a nobis cognitum, et tamen illud consequi propria virtute non poterimus : sicut licet aliquis naturaliter cognoscat imperii naturam, tamen propriis viribus imperator esse non poterit.

« Respondetur quod via rationis non stat in hoc quod ideo sit nobis necessaria cognitio supernaturalis, quia ad finem quem propria virtute adipisci non possumus, ordinemur, sed quia ordinamur ad finem, quem neque assequi, nec cognoscere possumus naturali facultate; juxta illud *Isa.* LXIV, 4 : *Oculus, non vidit, Deus, absque te, quæ præparasti diligentibus te :* sic autem non stat oppositum consequentis cum antecedente. Non enim stant simul quod non elevetur intellectus ad id quod est supra naturam suam, et tamen ordinetur homo ad id quod naturaliter cognosci non potest. Si enim starent simul, tunc aliquid desiderio, et studio moveretur in incognitum, neque enim naturaliter vel supernaturaliter cognosceret finem. Pro prima confirmatione advertendum primo, ut habetur prima secundæ, quæst. 107, art. 1, quod lex vetus et nova non sic distinguuntur quasi ad diversos fines ordinentur, vetus ad temporalia, nova ad spiritualia bona : sed quia cum habeant eumdem finem, scilicet ut homines subdantur Deo, nova propinquius ordinat ad hunc finem : vetus autem remotius, et comparantur adinvicem sicut imperfectum et perfectum. Vetus enim quia dabatur imperfectis, et nondum gratiam consecutis, homines ad observantiam divinorum præceptorum timore pœnarum, et promissione temporalium bonorum inducebat. Nova vero, quæ perfectis, et jam gratiam, et fidem per baptismum consecutis datur, inducit homines ad virtutem ex ipso bono virtutis, et præcipue charitatis. Quod vero dicitur Christianam religionem promittere spiritualia veterem autem legem temporalia, non est intelligendum quasi homines veteris legis temporalia bona pro fine haberent, homines vero novæ legis spiritualia : sed quia per temporalia illi, utpote imperfecti inducebantur in Dei amorem, et in spiritualia : nos autem perfectionem gratiæ habentes, ex ipsa spiritualium rerum consideratione secundum se ad virtutem et præcipue charitatem, movemur. Advertendum secundo, quod licet sit una fides modernorum et antiquorum, ut ponit sanctus Thomas, *De verit.* quæst. 14, art. 12, tamen plura tenentur homines tempore gratiæ explicite credere, quam in tempore legis scriptæ, ut ibidem inquit, art. 11. Quod ergo hic dicitur,

quia nobis plura supra humanum sensum proponuntur, pauca autem hominibus veteris legis, intelligendum est explicite, quia implicite antiqui omnia credebant quæ nos credimus, ut vult sanctus Thomas loco præallegato. Pro secunda confirmatione advertendum primo, ut habetur secunda secundæ, quæst. 179 et 181, quod virtutum quædam sunt contemplativæ vitæ, sicut virtutes intellectum speculativum perficientes, cujusmodi est sapientia; habet enim pro fine vita contemplativa veritatis contemplationem. Quædam autem sunt vitæ activæ, cujusmodi sunt morales virtutes, quæ ordinantur ad operandum. Nam vitæ activæ finis est exterior operatio. Advertendum secundo, quod licet spiritualibus delectationibus sensibiles sunt quoad nos vehementiores, quia sensibilia nobis magis nota sunt, et cum corporali transmutatione hujusmodi delectationes fiunt, et quia contra corporales molestias appetuntur, spirituales tamen secundum se majores sunt, ut dicitur prima secundæ, quæst. 31, art. 5. Non quia spiritualis perfectio corporali nobilior est, et naturæ rationali melior, atque ob alias causas quas sanctus Thomas illis in locis adducit. Propter hoc ergo inquit hoc loco spiritualium rerum gustu eos qui activis, vel contemplativis vacant, delectari, quia delectationes quas contemplativæ vitæ deservientes, quæ in contemplatione veritatis sistit, aut etiam activæ, quæ ad exercitium virtutum moralium deputatur, experiuntur, longe meliores simpliciter, et secundum sui naturam sunt, quam quæcunque corporeæ et sensibiles voluptates. Secunda ratio est. Veriorem de Deo cognitionem habemus, ex eo quod veritatem habemus per fidem, ergo hoc nobis utile est. Probatur antecedens. Tunc vere de Deo cognitionem habemus, cum ipsum esse credimus supra omne quod de ipso possumus cogitare, cum naturalem hominis facultatem natura divina excedat : sed per hoc quod homini aliqua divina humanam rationem excedentia proponuntur, firmatur in nobis opinio quod Deus sit aliquid supra omne quod possumus cogitare, ergo, etc. Attendendum, quod quia divinam essentiam secundum quod in se est, videre non possumus, nec ipsum Deum quidditative cognoscimus, quæcunque prædicata illi attribuerimus, ea a divina perfectione quam maxime deficiunt, eo quod Deus aliquid excellentius sit. Unde qui opinaretur esse in Deo eam duntaxat perfectionem, quæ naturaliter de ipso investigari potest, deciperetur volens divinam naturam creato intellectui adæquare. Quod si eum excellentiorem esse omnibus quæ de ipso naturali investigatione cognoscimus existimaverit, veriorem habet cognitionem, utpote ad ejus naturam propius sua accedens cognitione. Ad hoc autem cognoscendum juvat nos aliquorum divinorum revelatio, quæ nullus unquam suo ingenio potuit investigare. Tertia ratio. Reprimitur ob hoc humana præsumptio quæ erroris est mater, ergo, etc. Probatur antecedens, quoniam sunt quidam tantum de suo ingenio præsumentes, ut illud tantum de Deo verum esse putent quod eis videtur, falsum autem quod eis non videtur : reprimitur autem hæc temeritas dum aliqua ab infallibili veritate proponuntur, quæ intellectum eorum excedunt. Quarta ratio. Multum perfectionis humanæ rationi acquiritur ex talium qualicunque cognitione et fide, ergo, etc. Probatur antecedens ex auctoritate Aristotelis, x *Ethic.*, contra Simonidem dicentis, debere hominem se ad immortalia et divina quantum potest trahere. Et II *De animalibus*, quod modicum de substantiis superioribus perceptum est, magis amatum et desideratum omni cognitione quam de substantiis inferioribus habemus. Et secundo *Cœli*, quod cum de corporibus cœlestibus quæstiones solvi possint parva et topica solutione contingit

qui ne fait plus de l'être fini qu'une flèche lancée par l'infini, une sorte de rayon qui part et va sans avoir en lui le ressort de son mouvement. Il s'incline devant la raison, mais

auditori ut vehemens sit gaudium ejus. Ex iis enim habetur quod de rebus nobilissimis quantumcunque imperfecta cognitio maximam animæ perfectionem confert. Attendendum quod rationem ad oppositum in principio capituli factam sanctus Thomas non solvit, sed solutam relinquit ex dictis. Negatur enim consequentia, quia enim natura hominis per divinam providentiam est ad supernaturalem finem ordinata, ideo divina providentia providit sibi de supernaturali cognitione, sicut ad consequendum naturalem finem de principiis naturalibus providit. Scotus prima quæstione Prologi primi *Sententiarum* nobiscum convenit in duobus : Primo quod necessarium est nobis aliquam notitiam supernaturaliter tradi ; secundo quod finis ad quem natura humana est ordinata, scilicet Deus per essentiam visus a nobis pro statu isto non est naturaliter cognoscibilis. In hoc autem discordat quia ponit finem illum naturalem esse, licet supernaturaliter adipiscendum. Sanctus Thomas autem in prima ratione hujus capituli, et alibi tenet ultimum finem hominis, qui est Deus, et supernaturalem esse, et supernaturaliter acquirendum. Probat autem dictum suum Scotus, primo auctoritate Augustini primo libro *De prædestinatione sanctorum*, cap. 4, ubi ait : Proinde posse habere fidem, sicut posse charitatem naturæ est hominum : habere autem fidem, quemadmodum habere charitatem gratiæ est fidelium ; igitur posse habere fidem et charitatem naturaliter convenit homini ; ergo et posse habere finem ad quem fides charitasque disponit. Secundo, homo naturaliter istum finem, quem dicis supernaturalem, appetit ; igitur ad istum naturaliter ordinatur, et per consequens est naturalis finis. Sed contra hanc positionem Scoti, quantum ad id in quo discordat a sancto Thoma arguitur sic : Si Deus esset finis naturaliter, id est, in quem natura inclinat, sed supernaturaliter acquirendus, sequeretur quod natura inclinaret suum subjectum ad aliquod, ad quod esset impossibile ut perduceret : hoc autem in omnibus naturis videtur falsum, et etiam repugnat rationi. Tunc enim naturalis appetitus esset frustra in natura, quia nullo modo posset per naturam adimpleri, ergo, etc. Sed circa hoc dubium occurrit. Videtur enim sanctus Thomas sentire cum Scoto, super Boetium, *De Trinitate*, quæst. ultima, art. ult. ad ult. Ibi enim ait quod quamvis homo inclinetur naturaliter in finem ultimum, non potest tamen naturaliter illum consequi, sed solum per gratiam.

« Respondetur quod aliter accipit Scotus naturalem inclinationem, et finem naturalem, et aliter sanctus Thomas. Ipse enim Scotus accipit naturalem inclinationem, pro inclinatione mere naturali consequente naturam, et excludente cognitionem, quæ non est actus elicitus, ut patet per ipsum, 4, d. 49, quæst. 10. Item ipse loquitur de fine ultimo materialiter, scilicet de eo in quo invenitur ratio ultimi finis. Sanctus Thomas autem per naturalem inclinationem intelligit non inclinationem naturæ, oppositam inclinationi quæ sequitur cognitionem secundum actum elicitum a voluntate, qui est naturalis et determinatus quantum ad specificationem actus, non autem quantum ad exercitium. Item loquitur de ultimo fine in generali, et sub communi ratione ultimi finis, et beatitudinis, ut inferius declarabitur. Et est sensus verborum ejus, quod si proponatur voluntati ultimus finis et beatitudo in communi, voluntas quidem potest elicere et non elicere actum circa illud objectum ; sed si eliciat actum circa illud, ille actus erit prosecutio, et non potest voluntas tale objectum refugere, licet homo non possit ad illud bonum propria virtute pervenire. Non est autem inconveniens quod homo in aliquid inclinetur per actum voluntatis naturalem modo dicto, et tamen illud non possit virtute propria adipisci : quia licet ad illud virtus naturalis non sufficiat, proponitur tamen voluntati sub ratione appetibilis ex omni parte, et nullum habentis boni defectum ex quo habet voluntas ut non possit illud respuere. Sed bene est inconveniens ut aliquid appetatur naturaliter appetitu, qui est sola naturæ inclinatio, et tamen homo ad illud non possit aliqua virtute naturali pervenire, quia natura secundum se non habet inclinationem nisi infra naturæ limites. Argumenta autem Scoti non cogunt. Quod enim inquit Augustinus posse habere fidem esse naturæ hominum, non ideo dicitur, quoniam in homine sit potentia naturalis ad fidem et charitatem finemque supernaturalem ; sed quia in natura et substantia hominis est potentia obedientialis ad illa, potentiaque logica, quæ est non repugnantia : non enim repugnat naturæ hominis habere fidem et charitatem, sicut naturæ lapidis. Imo hominis naturæ data est capacitas ad ea quibus homo possit ad finem supernaturalem pervenire, ut haberi potest ex iis quæ dicuntur *De verit.*, quæst. 14, art. 10, ad primum. Unde sensus Augustini est quod in natura hominum est capacitas, et aptitudo ad fidem et charitatem quæ in aliis naturis materialibus non invenitur. Ad secundum, negatur antecedens, si simpliciter accipiatur homo quantum ad naturalia, non enim naturaliter appetit homo in sua natura consideratus visionem divinæ essentiæ ut est summum bonum et ultimus finis ad quæ natura intellectualis est per divinam providentiam ordinata, sic enim nunc de visione divinæ essentiæ loquimur. Si autem accipiatur homo ut informatus revelatione divina, et fide quod ultimus ejus finis, et summum ejus bonum sit divinæ essentiæ visio clara et perfecta, sic illam naturaliter appetit sicut et summum bonum in universali, sed tunc negatur consequentia, scilicet : ergo est naturalis ad modum quo loquimur hic de naturali, de eo scilicet fine qui naturæ proportionatur et cujus est capacitas naturalis : atque in quem propriis viribus naturæ potest perveniri, sic enim dicitur aliquid naturale apud philosophos nisi abuti vocabulis voluerimus. »

QUOD ASSENTIRE HIS QUÆ SUNT FIDEI NON EST LEVITATIS QUAMVIS SUPRA RATIONEM SINT. (Cap. 6.)

« Hujusmodi autem veritati cui ratio humana experimentum non præbet, fidem adhibentes, non leviter credunt quasi indoctas fabulas secuti, ut II *Petr.* I, 16, dicitur. Hæc enim divinæ sapientiæ secreta ipsa divina sapientia, quæ omnia plenissime novit, dignata est hominibus revelare, quæ sui præsentiam et doctrinæ et inspirationis virtutem convenientibus argumentis ostendit, dum ad confirmandum ea quæ naturalem cognitionem excedunt opera visibiliter ostendit quæ totius naturæ superant facultatem : videlicet in mirabili curatione languorum, mortuorum suscitatione, cœlestium corporum mirabili immutatione ; et, quod est mirabilius, humanarum mentium inspiratione, ut idiotæ et simplices dono Spiritus sancti repleti summam sapientiam et facundiam in instanti consequentur.

« Quibus inspectis prædictæ probationis efficacia, non armorum violentia, non voluptatum promissione, et, quod est mirabilissimum, inter persecutorum tyrannidem, innumerabilis turba non solum simplicium, sed etiam sapientissimorum hominum ad fidem Christianam convolavit. In qua omnem humanum intellectum excedentia prædicantur, voluptates carnis cohibentur, et omnia quæ in mundo sunt contemptui docentur. Quibus animos mortalium assentire, et maximum miraculum est, et manifestum divinæ inspirationis opus, ut contemptis visibilibus sola invisibilia cupiantur. Hoc autem non

en même temps il l'enchaîne à la sensation, et ne s'inquiète guère de lui tracer les limites en deçà desquelles elle doit se développer dans son autonomie, et l'on trouve sur

subito neque casu, sed divina dispositione factum esse manifestum est ex hoc quod hæc se facturum Deus multis ante prophetarum prædixit oraculis: quorum libri penes nos in veneratione habentur, utpote nostræ fidei testimonium adhibentes. Hujus quidem confirmationis modus tangitur Hebr. II, 3,4: *Quæ* (scilicet humana salus) *cum initium accepisset enarrari per Dominum, ab eis, qui audierunt, in nos confirmata est, contestante Deo signis et portentis, et variis virtutibus, et Spiritus sancti distributionibus.* Hæc autem tam mirabilis mundi conversio ad fidem Christianam indicium certissimum est præteritorum signorum, ut ea ulterius iterari necesse non sit, cum in suo effectu appareant evidenter. Esset autem omnibus signis mirabilius, si ad credendum tam ardua, et operandum tam difficilia, et ad sperandum tam alta, mundus absque mirabilibus signis inductus fuisset a simplicibus et ignobilibus hominibus, quamvis non cesset Deus etiam nostris temporibus confirmationem fidei per sanctos suos miracula operari. Hi vero qui sectas errorum introduxerunt, processerunt via contraria, ut patet in Mahumete, qui carnalium voluptatum promissis, ad quorum desiderium carnalis concupiscentia instigat, populos illexit. Præcepta etiam tradidit promissis conformia, voluptati carnali habenas relaxans, quibus in promptu est a carnalibus hominibus obediri.

« Documenta etiam veritatis non attulit nisi quæ de facili a quolibet mediocriter sapiente naturali ingenio cognosci possint: quin potius vera quæ doceuit multis fabulis et falsissimis doctrinis immiscuit. Signa etiam non adhibuit supernaturaliter facta, quibus solum divinæ inspirationi conveniens testimonium adhibetur, dum operatio visibilis, quæ non potest esse nisi divina, ostendit doctorem veritatis invisibiliter inspiratum, sed dixit se in armorum potentia missum, quæ signa etiam latronibus et tyrannis non desunt. Et etiam non aliqui sapientes in rebus divinis et de divinis et humanis exercitati a principio crediderunt, sed homines bestiales in desertis morantes, omnis doctrinæ divinæ prorsus ignari, per quorum multitudinem alios armorum violentia in suam legem coegit. Nulla etiam divina oracula præcedentium prophetarum testimonium perhibent, quin potius quasi omnia Veteris et Novi Testamenti documenta fabulosa narratione depravat, ut patet ejus legem inspicienti: unde astuto consilio libros Veteris et Novi Testamenti suis sequacibus non reliquit legendos, ne per eos falsitatis argueretur.

« Et sic patet quod ejus dictis fidem adhibentes leviter credunt. »

Commentaire.

« Postquam determinavit sanctus Thomas de modo cognoscendæ veritatis divinæ quantum est ex parte docentis, nunc de eodem quantum est ex parte addiscentis determinat. Et ponit hanc conclusionem: Veritati, cui ratio humana experimentum non præbet fidem adhibentes, non leviter credunt. Primo simpliciter probatur, secundo comparative ad Mahumeti legem. Prima ergo ratio est ista. Credere divinæ sapientiæ revelanti non est levitatis, imo prudentiæ, sed hæc de quibus loquimur, divina sapientia revelavit: ergo non est levitatis ista credere. Major est manifesta, eo quod divina sapientia, nec errare possit, nec nos decipere. Minor vero probatur. Revelatio et manifestatio aliquorum per ea visibilia opera quæ naturæ superant facultatem confirmata, non est nisi ab eo qui supra naturam creatam est, sed sic ea quæ sunt fidei sunt confirmata, per ea scilicet quæ omnem superant naturæ facultatem, ergo, etc. Probatur minor discurrendo per miracula: primo enim ad fidei confirmationem factæ sunt mirabiles languorum curationes, mortuorum suscitationes, cœlestium corporum mirabiles mutationes, et multa alia circa res corporales, de quibus tam in Veteri quam in Novo Testamento nobis est tradita notitia; secundo, facta est humanis mentibus supra naturam inspiratio, cum idiotæ et simplices, dono Spiritus sancti repleti, summam sapientiam et facundiam in instanti sunt consecuti; tertio, facta est mirabilis mundi conversio, atque supra naturam: non enim armorum potentia, aut voluptatum promissione, sed ex divinorum operum inspectione, etiam inter persecutorum tyrannidem, innumerabilis turba, non tantum simplicium, sed etiam sapientissimorum hominum ad Christi fidem convolavit, in qua humanum excedentia intellectum prædicantur: carnis cohibentur voluptates, et omnia quæ in mundo sunt, habenda esse contemptui docentur. Hoc enim miraculorum maximum est, et divinæ inspirationis opus, quod animi mortalium iis assenserint. Quod si diceret quispiam hoc casu subitoque evenisse, instat sanctus Thomas ex eo quod hoc se facturum Deus multis antea prophetarum prædixit oraculis, quod est divinæ dispositionis signum, non autem casus. Hunc confirmationis fidei modum tetigit Apostolus, *Hebr.* II, 3, 4, dicens: *Quæ* (scilicet humana salus) *cum initium accepisset enarrari per Dominum, ab eis, qui audierunt in nos confirmata est, contestante Deo signis et portentis, et variis virtutibus et Spiritus sancti distributionibus.* Ex hoc deducitur hoc corollarium, non esse videlicet necesse ut ulterius præterita signa reiterentur, quamvis et nunc non cesset Deus per suos sanctos miracula operari: probatur, quia hæc tam mirabilis mundi conversio ad Christianam fidem præteritorum signorum effectus est, sicque in suo effectu ea videntur signa; quod si dicatur non esse factam mundi conversionem ex præcedentibus signis, hoc omnibus signis et miraculis mirabilius erit, si ad credendum tam ardua, ad sperandum tam alta, ad operandum tam difficilia, mundus absque miraculis, a simplicibus et ignobilibus hominibus fuit inductus, atque ob hoc non erunt amplius miracula necessaria. Secundo, probat per comparationem ad legem Mahumeti, nihil enim mirum est si illi legi quamplures adhæserunt, quia et voluptates promittebat, et præcepta illis conformia dabat ipsis relaxans habenas ad quas animus hominis inclinatur. Item, non confirmavit Mahumetus sua dicta miraculis, sed se in armorum potentia missum aiebat, quod tyrannorum est. Adhuc illi non crediderunt a principio sapientes et docti viri, sed bestiales homines in desertis morantes, omnis scientiæ prorsus ignari. Postremo nulla prophetarum oracula præcesserunt, quæ ei legi tanquam a Deo constituendæ testimonium perhiberet.

« Ex quo sequitur levitatis et insipientiæ esse illi credere, nostræ autem adhærere fidei maximæ esse sapientiæ. Circa hanc conclusionis probationem dubium occurrit. Quia nulla opera quantumcunque mira videntur de necessitate ac sufficienter probare nostram legem a Deo esse. Nulla enim adeo magna opera sunt, quæ non possit aliquis cavillando pervertere, aut ea a dæmonibus facta asserens aut præstigiis sic apparuisse, non tamen in veritate fuisse facta, aut ab aliqua naturali causa fuisse producta. Magi enim Pharaonis universa fere opera fecerunt quæ Moyses fecit. Similiter apud gentiles multa miranda acciderunt miraculis nostræ fidei similia. Apud Mahumetanos quoque pleraque dicuntur contingere miracula.

« Ad evidentiam hujus difficultatis, in qua Christianorum plerique titubant, id in primis considerare oportet, quod ea sola vere miracula sunt, ut infe-

ce sujet dans ses vastes écrits plusieurs propositions contradictoires. Il pose la distinction du pouvoir civil et du pouvoir religieux, mais il subordonne le premier de

rius in tertio libro declaratur, quæ a solo Deo, aut quantum ad substantiam facti, aut quantum ad id in quo fiunt, aut quantum ad modum faciendi specialiter præter communem modum gubernationis universi fieri possunt. Ideo cum volumus investigare an aliquid vere miraculum sit, inspiciendum est an quidquam in eo sit, quod a nulla fieri possit creatura virtute propria : quod si tale quid inveniatur, et sit in rei veritate factum, et non tantum secundum apparentiam, illud pro certo asseremus verum esse miraculum. Cavendum tamen nobis est ne creaturis et præsertim substantiis immaterialibus plus virtutis attribuamus, quam ipsis conveniat, aut plus ab earum virtute detrahamus quam oporteat : ut aut ea quæ a solo Deo fieri possunt virtute aliqua creata fieri posse existimemus ; aut quæ virtus creata potest efficere sola divina virtute posse fieri credamus ; ex utroque enim circa vera miracula error potest accidere. Considerandum quoque est, quod licet in iis quæ corporaliter fiunt, difficile sit indubitatam habere veritatem, eo quod dæmones ex transmutatione locali aeris sive alterius corporis, aut etiam ex sensuum immutatione faciant multa apparere quæ in veritate non sunt, tamen etiam in hujusmodi, ex omnibus circumstantiis simul pensatis, quod verum sit poterit discerni, puta in mortui suscitatione, quamvis dæmon possit defuncti corpus intrare, atque in eo aliqua opera similia operibus vitæ exercere : aut etiam sic hominum sensus immutare ut appareat mortuus revixisse qui non revixit, tamen si viderimus, eo corpore universa vitæ opera fieri, et eodem modo ut prius, ita quod omnibus indifferenter appareat, et per longum tempus, dicemus in veritate mortuum revixisse, et non tantum secundum apparentiam, et similiter de aliis. Advertendum ulterius, quod licet in aliquibus operatione dæmonis sit præstigium, sunt tamen quædam miracula in quibus præstigium locum non habet, sicut est immutatio intellectus et voluntatis quæ corporeis sensibus non percipiuntur. Fiunt enim præstigia ad res corporeas, quæ aliquo percipiuntur sensu.

« Dicitur ergo primo quod sunt aliqua vere simpliciterque miracula, quæ nullam admittunt calumniam. Ex quibus docentis veritas optime et efficaciter confirmatur : sunt enim quædam, quæ si concedantur in veritate facta, sicut quod tempore Josuæ sol steterit, aut sol passus sit etiam luminis defectum in Christi passione, luna exsistente in oppositione, a solo Deo esse facta negari non potest, similiter de mortui suscitatione, et similibus ; sunt autem talium quædam, quæ nullus negare potest, quin in veritate sunt facta, sicut de illa solis permanentia, deque multis signis a Christo factis. Dicitur secundo, quod illa subita apostolicæ mentis illuminatio per Spiritus sancti missionem facta, calumniam non recipit, neque enim secundum apparentiam tantum, sed secundum veritatem hæc fuisse facta cognoverunt universi apostolos qui loquentes linguis et disputantes audierunt, neque a dæmonibus fieri potuerunt, eo quod hoc perversæ eorum voluntati repugnet, qua homines in malum pertrahere vellent, non ad bonum inducere. Quod si angelis eam illuminationem fieri potuisse quis dicat, eo etiam admisso dicemus, quod sicut alia miracula a Deo ministris angelis fiunt, ita et hominum illuminationes. Quod sane et quædam veritatis prædicatæ ab idiotis hominibus confirmatio erit, eo quod boni angeli non decipiant, sed instruant homines de divinis. Simili modo hominum et idiotarum et sapientum conversio ad fidem Christi, et voluptatum abjectio ad quas est hominum inclinatio naturalis in solum Deum auctorem referri potest, qui humanas voluntates solus potest immutare

Dicitur tertio quod signa insolita, et miracula vera esse, et esse virtute divina facta argumento est, quando is qui ad suæ doctrinæ confirmationem miracula operatur, bonos mores prædicat, atque secundum ipsos vivit, studetque homines in Deum reducere, non autem propriam quærit utilitatem, neque superstitionibus utitur, et circa utilia, non circa vana mirabilia operatur : tunc enim certus quis esse potest quod divino, non autem fallaci agatur spiritu. Ex hoc enim sanctus Thomas, in *Sent.*, dist. 7, quæst. 1, art. 1, ad secundum, vera signa a falsis distinguit. Etsi ergo magi Pharaonis, aut infideles, aut etiam Mahumetus aliqua fecerunt, quæ miracula videbantur, non erant tamen vera miracula, utpote quæ omnem naturæ superarent facultatem, ut inferius ostendetur.

« Illud postremo advertendum, quod miraculorum operatio non sic fidem confirmat Christianam, quasi particulariter videre faciant ea quæ sunt fidei vera esse, hoc enim rationi fidei repugnat, sed movent voluntatem ad hoc, ut videns ea velit credere. Ex illis enim judicatur conveniens credere fidem prædicari, quia ostendunt in universali vera esse quæ prædicantur, atque secundum divinam sapientiam, utpote ea miraculis confirmantem. »

QUOD VERITATE FIDEI CHRISTIANÆ NON CONTRARIATUR VERITAS RATIONIS. (Cap. 7.)

« Quamvis autem prædicta veritas fidei Christianæ humanæ rationis capacitatem excedat ; hæc tamen quæ ratio naturaliter indita habet, huic veritati contraria esse non possunt. Ea enim quæ naturaliter rationi sunt insita, verissima esse constat, in tantum ut nec ea esse falsa sit possibile cogitare, nec id quod fide tenetur ; cum tamen evidenter divinitus confirmatum sit, fas est credere esse falsum. Quia igitur solum falsum vero contrarium est, ut ex eorum definitionibus inspectis manifeste apparet, impossibile est, illis principiis, quæ ratio naturaliter cognoscit, prædictam veritatem fidei contrariam esse.

« 2. Idem illud, quod inducitur in animam discipuli a docente, doctoris scientia continet, nisi doceat ficte, quod de Deo nefas est dicere. Principiorum autem naturaliter notorum, cognitio nobis divinitus est indita, cum ipse Deus sit auctor nostræ naturæ : hæc ergo principia etiam divina sapientia continet ; quidquid igitur principiis hujus contrarium est, est divinæ sapientiæ contrarium, non igitur a Deo esse potest. Ea igitur quæ ex revelatione divina per fidem tenentur, non possunt naturali cognitioni esse contraria.

« 3. Adhuc contrariis rationibus intellectus noster ligatur, ut ad veri cognitionem procedere nequeat, si igitur contrariæ cognitiones nobis a Deo immitterentur, ex hoc a veritatis cognitione intellectus noster impediretur, quod a Deo esse non potest.

« 4. Amplius quæ sunt naturalia mutari non possunt natura manente ; contrariæ autem opiniones simul eidem inesse non possunt, non igitur contra cognitionem naturalem aliqua opinio vel fides homini a Deo immittitur : et ideo Apostolus dicit, *Rom.* x, 8 : *Prope est verbum in corde tuo, et in ore tuo, hoc est verbum fidei quod prædicamus ;* sed quia superat rationem, a nonnullis reputatur quasi contrarium, quod esse non potest. Huic etiam auctoritas Augustini concordat, qui, in secundo *Super Genes. ad litteram*, dicit sic : *Illud quidem quod Veritas patefacit, libris sanctis sive Veteris Testamenti sive Novi nullo modo potest esse adversum.* Ex quo evidenter colligitur quæcunque argumenta contra fidei documenta ponantur, hoc ex principiis primis naturæ inditis per se notis non recte procedere : unde nec demonstrationis vim habent, sed vel sunt rationes

de façon à l'annuler presque complétement dans la pratique, comme l'a excellemment démontré M. H. Feugueray dans sa belle étude sur les *Théories politiques* de saint Thomas.

La position de notre docteur est donc sin-

probabiles vel sophisticæ, et sic ad ea solvenda locus relinquitur.»

Commentaire.

« Postquam determinavit sanctus Thomas de modo cognoscendæ veritatis divinæ absolute, nunc de ipsa comparative ad rationem humanam determinat. Circa hoc autem duo facit. Primo comparat veritatem creditam veritati naturaliter cognitæ. Secundo primam veritatem ipsi rationi naturaliter comparat, et ponit hanc conclusionem : Veritas fidei veritati naturaliter nobis inditæ non contrariatur. Pro qua advertendum quod prima principia indemonstrabilia nobis naturaliter nota omnium aliorum quæ naturali investigatione cognosci possunt notitiam virtualiter continent, suntque talia in tantum vera in quantum prædictis principiis concordant. Ex eo ergo, quod ostenditur veritatem fidei notitiæ primorum principiorum non contrariari, constat etiam nulli alii veritati naturaliter notæ contrariam esse. Multipliciter autem hæc conclusio probatur. Primo quod contrariatur vero oportet esse falsum, cum verum non contrarietur vero, sed tantum falsum, ut ex eorum rationibus apparet; sed prima principia falsa esse non possunt: nec cogitari possunt esse falsa, id etiam quod fide tenetur, tam evidenter divinitus confirmatum falsum esse non fas credere, ergo, etc. Pro declaratione majoris advertendum, quod sicut ratio veri consistit in adæquatione intellectus et rei, ita ratio falsi in inadæquatione : propter quod dicitur IV *Metaph.*, quod falsum est, ex eo, quod dicitur vel videtur aliquid esse quod non est, vel non esse quod est, cognitio ergo vera erit qua cognoscitur esse sicut est: falsa autem, qua cognoscitur esse sicut non est; et quia apprehendere esse et non esse sunt contraria, ut dicitur secundo Περὶ ἑρμενείας, ideo cognitio vera et falsa sunt contraria; bene ergo dicitur quod falsum contrariatur vero, non autem verum, ut ex eorum rationibus patet, quia cognitio rei adæquata, qua scilicet existimatur non esse quod est, in quo consistit ratio falsi, contrariatur cognitioni adæquatæ rei, qua existimatur res esse sicut est, in quo consistit ratio veri. Advertendum etiam pro minoris declaratione, quod diverso modo loquitur sanctus Thomas de principiis primis et de iis quæ sunt fidei, ut ostendat ad horum cognitionem nos diversimode habere.

« Prima enim necesse est verissima esse, et videri verissima, ita quod nec etiam cogitari potest illa esse falsa, sicut inquit Philosophus de hoc primo principio : impossibile est idem simul inesse et non inesse eidem. (Lib. IV *Metaph.*) Etsi enim aliquis possit verbis dicere hocesse falsum, mente tamen cogitare non potest, eo quod tunc contraria eidem simul inessent, ut Philosophus deducit : Ea quæ sunt fidei, licet in se sint verissima, non tamen ex propriis rationibus terminorum eorum nobis veritas apparet, sed tantum in communi indicantur vera esse, eo quod divinitus sint revelata, ut miraculis est comprobatum, ut in præcedenti capite diximus. Ad hunc ergo diversum nos habendi modum circa ista cognoscenda insinuandum dixit sanctus Thomas de principiis, quod illa verissima esse constat, de eo autem quod fide tenetur, inquit quod non est fas credere esse falsum.

« Ex ista ratione sancti Thomæ excluditur ratio Roberti Olchot in primo *Sententiarum*, arguentis ea quæ sunt fidei contra rationem naturalem esse, quia ratio naturalis dictat oppositum esse verum. Patet enim ex dictis quod hoc assumptum est falsum, patet etiam ex dictis falsum esse quod in alia ratione assumit, scilicet quod articuli fidei sunt contra rationem non solum rusticorum, sed etiam sapientum, puta quod mulier sine viri semine concipiat. Dicitur enim quod non sunt contra rationem vere sapientium. Isti enim si dicunt quod impossibile est virginem concipere, dicunt hoc considerato ordine causarum secundarum : non autem considerato ordine divinæ potentiæ. Et qui hoc dixerunt Deo esse impossibile, non fuerunt vere sapientes, neque vere philosophi. Unde sanctus Thomas super Boetium, *De Trinitate*, quæst. 2, art. 3, inquit quod si quid in dictis philosophorum inveniatur contrarium fidei, hoc non est philosophiæ, sed magis philosophiæ abusus ex defectu rationis. Secundo, quod divinæ sapientiæ contrariatur, a Deo esse non potest, sed quod primis principiis contrariatur, divinæ contrariatur sapientiæ, ergo a Deo esse non potest; ergo quæ revelatione divina tenentur, naturali cognitioni contraria esse non possunt. Probatur minor, quod inducitur a docente in animam discipuli scientia doctoris continet (nisi ficte doceat) sed principiorum naturaliter notorum cognitio nobis divinitus est indita, cum Deus nostræ naturæ sit auctor, ergo hæc principia divina sapientia continet, ergo quod de ipsis est contrarium, divinæ sapientiæ est contrarium.

« Circa hanc rationem advertendum, quod continentia qua hic dicitur scientiam doctoris discipuli scientiam continere, non est continentia virtualis principii activi. Quoniam, ut inquit sanctus Thomas, I, quæst. 117, scientia non est qualitas activa, sed se habet tantum per modum principii directivi in operando. Dicitur autem scientia doctoris discipuli scientiam continere in quantum ad eadem scibilia et ad easdem veritates se extendit, ad quas discipuli scientia; eadem enim veritas est quam discipulus novit et magister, eo quod magister moveat discipulum ad eadem cognoscenda quæ ipse cognoscit. Unde posset illa continentia dici perfectionalis et similitudinaria : eo modo tetragonum continet trigonum, et unum album aliud album. Sed occurrit dubium circa ultimam consequentiam. Non enim videtur sequi, divina sapientia principia continet, ergo quod contrariatur principiis, divinæ sapientiæ contrariatur; non valet enim : divina virtus continet album, quia potest album producere: ergo quod contrariatur albo, divinæ virtuti contrariatur; dicetur quod sicut divina virtus contrariorum esse causa potest, eo quod utrumque virtualiter contineat, ita divina sapientia oppositarum cognitionum esse causa poterit, tanquam utramque virtualiter supereminenterque continens, neque sequi oportet: quod si una alteri contraria sit, quod divinæ quoque sapientiæ contrariatur.

« Ad evidentiam hujus difficultatis considerandum est quod continentia, de qua hic loquimur, non est (ut jam diximus) continentia principii activi, sed cujusdam similitudinis et convenientiæ, secundum quod duæ cognitiones in eadem veritate cognita conveniunt; et quia una cognitio alteri non contrariatur, nisi quia ad opposita enuntiabilia terminantur, sicut cognitio qua existimatur hominem esse risibilem contrariatur ei qua existimatur hominem non esse risibilem, ideo si una cognitio alteri contrariatur, erit etiam contraria ei quæ illi similis est, utpote cum objecto cognito conveniens; illa enim quæ contrariatur huic humanæ cognitioni homo est risibilis; omni alteri cognitioni sive angelicæ sive humanæ contrariatur, qua cognoscitur homo esse risibilis; bene ergo valet hæc consequentia : divina sapientia principiorum cognitionem continet, ergo cognitio cognitioni principiorum contraria, divinæ quoque sapientiæ contraria est, eo quod per hanc continentiam nihil aliud intelligatur nisi convenientia in ea virtute cognita per divinam sapientiam, et notitiam principiorum. Ad instantiam autem dicitur quod non est simile, eo quod ibi arguatur ad continentia virtuali tantum principii activi, secundum quam idem contraria eminenter continere potest,

gulièrement complexe et difficile à définir. Aussi le P. Chastel et le P. Ventura, dont les vues philosophiques sont si radicalement opposées, ont-ils invoqué également son

hic autem loquimur de continentia etiam propria scientiæ quæ est perfectionalis, et cujusdam similitudinis ac unitatis et convenientiæ in eodem objecto, secundum quam una notitia oppositas notitias continere non potest, licet etiam divina sapientia nostræ cognitionis naturalis causa sit. Quod autem dicitur eamdem esse scientiam oppositorum, intelligitur quantum ad incomplexa, quod ad eamdem scientiam utriusque oppositorum consideratio spectat, sicut eadem est scientia sani et ægri; quantum vero ad complexa, quod eadem scientia cognoscitur unam contradictionis partem esse veram, alteram vero falsam. Tertio, si esset ista contrarietas, a veritatis cognitione intellectus noster impediretur, sed hoc a Deo esse non potest : ergo, etc. Probatur consequentia, contrariis rationibus impeditur intellectus a veri cognitione : ergo si contrariæ cognitiones nobis a Deo immitterentur, intellectus noster impediretur a veri cognitione. Pro consequentiæ probatione considerandum, quod contrarietas argumentationum ab oppositione conclusionum sumitur ad quas terminantur, eo quod argumentatio quidam rationis motus sit, motus autem contrarii ad contrarios terminos terminentur; idem est ergo rationes contrarias esse, quod per ipsas contrarias cognitiones causari, et idem est per contrarias rationes, impediri, confundique intellectum, quod ipsum per contrarias cognitiones ab altero causatas impediri; proportionatur autem divina sapientia demonstrationi quantum ad hoc quod cognitionem in nobis causat; propter hoc sic contrariæ rationes impediunt intellectum, eo quod contrarias cognitiones causant : ita si divina sapientia contrarias in nobis causat cognitiones, ipsa a veri cognitione impediet intellectum, quod a Deo non potest esse agendo, nisi fortassis propter mysterium vel utilitatem, sed bene non agendo, id est, non infundendo lumen quo aliquid intelligatur, sicut neque malum culpæ est a Deo, nisi non infundendo gratiam.

« Quarto autem istæ cognitiones simul erunt in intellectu, aut una adveniente altera recedit. Non primum, quia contraria in eodem simul esse non possunt; nec secundum, quia cognitio naturalis semper manet; quæ enim naturalia sunt manente natura mutari non possunt, ergo non sunt contrariæ. Confirmatur auctoritate Apostoli ac Augustini.

« Sed occurrit dubium, quoniam aquæ naturale est esse frigidam, et tamen ab ea manente aqua removetur frigiditas, cum scilicet calefit: ergo falsum est quod quæ naturalia sunt, manente natura mutari non possint. Confirmatur, quia ipsemet sanctus Thomas, 2–2, quæst. 57, art. 2, ad primum, inquit quod naturalia semper insunt in rebus immobilibus, non autem in rebus mobilibus, cujusmodi est hominis natura, ergo quamvis aliqua cognitio sit homini naturalis, potest tamen ab homine manente separari. Ad hæc dubia simul respondendo dicitur : Primo quod naturale, ut habet sanctus Thomas IV, dist. 26, dupliciter dicitur, scilicet aut quod a principiis naturæ de necessitate causatur, aut ad quod natura inclinat. Propositio ergo hæc, quod naturalia manente natura mutari non possunt, intelligenda est de naturalibus primo modo, et est vera tam in rebus mobilibus quam in rebus immobilibus : de naturali autem secundo modo vera est in immobilibus tantum, non autem in mobilibus, secundum naturæ mutationem possunt et talia naturalia mutari, et impediri manente substantia in sua perfectione essentiali; unde non contradicit sanctus Thomas sibiipsi; hic enim de naturali primo modo loquitur, in loco autem allegato, de naturali secundo modo. Dicitur secundo, quod naturale est aquæ habere frigiditatem, cum aliqua tamen latitudine, quia, scilicet ex principiis essentialibus aquæ sequitur aliquis gradus frigiditatis intra illam latitudinem, neque potest aqua non habere aliquem gradum illius frigiditatis; quinimo si remitteretur frigiditas ad gradum infra totam illam latitudinem, quæ est duorum ad sex, desineret natura aquæ; licet ergo aqua sibi derelicta et non impedita ad summum gradum illius latitudinis frigiditatis deducatur natura sic inclinante, potest tamen a contrario per violentiam impediri, ne summum illum frigiditatis gradum habeat, nunquam tamen a quocunque calefaciente omnino ab ipsa omnis frigiditatis gradus removeri potest natura manente : unde possumus dicere quod aliquis frigiditatis gradus est aquæ naturalis, tanquam a naturæ principiis causatus absolute, et hic ab aqua removeri non potest; aliqui vero frigiditatis gradus sunt aquæ naturales, tanquam ad quos natura aquæ deductis impedimentis perducit, et isti ab aqua per violentiam, et ad tempus removeri possunt. »

QUALITER SE HABEAT HUMANA RATIO AD VERITATEM FIDEI PRIMAM. (Cap. 8.)

« Considerandum etiam videtur quod res quidem sensibiles ex quibus humana ratio cognitionis principium sumit aliquale vestigium in se divinæ imitationis retinent : videlicet quod sunt, et bonæ sunt : ita tamen imperfectum quod ad declarandam ipsius Dei substantiam omnino insufficiens invenitur. Habent enim effectus suarum causarum suo modo similitudinem; cum agens agat sibi simile, non tamen effectus ad perfectam agentis similitudinem semper pertingit. Humana igitur ratio ad cognoscendum fidei veritatem, quæ solum videntibus divinam substantiam potest esse notissima, ita se habet, quod ad eam potest aliquis veras similitudines colligere, quæ tamen non sufficiunt ad hoc quod prædicta veritas quasi demonstrative vel per se intellecta comprehendatur. Utile tamen est, ut in hujusmodi rationibus quantumcunque debilibus se mens humana exerceat, dummodo desit comprehendendi vel demonstrandi præsumptio, quia de rebus altissimis etiam parva et debili consideratione aliquid posse inspicere jucundissimum est, ut ex dictis apparet.

« Cui quidem sententiæ auctoritas Hilarii concordat, quæ sic dicit in libro *De Trinit.*, loquens de hujusmodi veritate : *Hæc credendo incipe, percurre, persiste : et si non perventurum sciam, gratulor tamen perfecturum. Qui enim pie infinita prosequitur, et si non contingat aliquando, semper tamen perficiet procedendo. Sed ne te inferas in illud secretum, et in arcanum interminabilis veritatis non te immergas summam intelligentiæ comprehendere præsumens : sed intellige comprehensibilia esse.* »

Commentaire.

« Secundo comparat sanctus Thomas veritatem primam ad rationem naturalem. Circa hoc autem duo facit. Primo, ostendit quid humana ratio possit circa ea quæ sunt fidei. Secundo, quid utile sit. Primo ergo ait quod ad cognoscendum fidei veritatem, quæ solum videntibus divinam substantiam notissima esse potest, humana ratio verisimiles, non autem demonstrativas rationes colligere potest : probatur res sensibiles ex quibus humana ratio cognitionis principium sumit aliquale vestigium in se divinæ imitationis tenere, sed non adeo perfectum, ut Dei substantiam declarent; ergo ad cognoscendum ea quæ de Deo credimus, et quæ solum substantiam divinam videntibus sunt notissima, verisimilitudines quidem habere ratio potest, non autem demonstrationes, antecedens pro prima parte patet, quia sunt effectus Dei, effectus autem ali-

autorité en faveur de leurs principes. A nos yeux, le P. Chastel avait raison, à ne considérer que les théories générales ; mais il avait eu le tort peut-être de ne pas rendre compte des très-singulières exceptions qui se produisent à chaque instant dans les applications de détail que saint Thomas a crû devoir faire de ces théories à divers problèmes très-importants dans la pratique.

Mais à quoi tient cette diversité d'opinion dans les écrits de saint Thomas? A sa double nature de théologien et de péripatéticien. Comme théologien, il admet et ne peut pas ne pas admettre la distinction de l'ordre naturel et de l'ordre surnaturel. Cette distinction est même à ses yeux une des données primitives du christianisme, car il ne faut pas oublier que saint Thomas fonde son apologétique, non pas sur une démonstration rationnelle, peut-être assez péril-

quam similitudinem causæ habet. Secunda etiam pars est manifesta ex supradictis, eo quod sint effectus debiles et inadæquati ; similiter nota est consequentia, quia effectus secundum conditionem suam in cognitionem causæ ducit. Advertendum pro conclusionis declaratione, quod licet fides in se certitudinem habeat : ea tamen certitudo cum inevidentia est, eo quod ea quæ fidei sunt neque ex rationibus terminorum vera esse appareant, neque ex eorum resolutione ad prima principia naturaliter nota sint manifesta, cum supra humanam rationem sint, sed tantum credimus illa esse vera, quia a Deo revelata sunt qui est infallibilis veritas, propter hoc inquit sanctus Thomas quod solum videntibus divinam essentiam notissima esse possunt. Videntes enim substantiam divinam, vident credita a nobis de divinitate necessaria esse, eo quod ex terminorum rationibus cognoscant prædicatum subjecto necessario inhærere, quam habitudinem nunc videre non possumus : illud quoque quod ratio humana verisimiles habere rationes potest, intelligendum puto post revelationem fidei factam, non autem cum mens humana ad ea quæ sunt fidei per se elevari non possit : unde inquit sanctus Thomas, I, quæst. 31, art. 1, ad secundum, quod ad manifestationem Trinitatis induci ratio potest, quæ Trinitati jam positæ congruat, non autem per quam sufficienter Trinitas probetur personarum. Advertendum quoque quod duplicem evidentiæ modum sanctus Thomas in his verbis ponit : qui tamen non sufficiunt ad hoc quod prædicta veritas quasi demonstrative, vel per se intellecta comprehendatur. Aliquid enim dupliciter fit evidens intellectui, aut scilicet per necessariam deductionem ex principiis per se notis, et hoc per demonstrationem videtur, aut ex rationibus terminorum, et hoc dicitur per se esse notum intellectui. Utrumque tamen a sensibilibus originem trahit, quia universales propositiones ex quibus demonstratio constituitur, non nisi experimento cognoscuntur, ut dicitur I *Metaph.*, similiter et terminorum rationes ex sensibilibus deducuntur, ut Philosophus, II *Poster.*, tradit. Secundo ostendit quod quantumcunque hujusmodi rationes debiles sint, utile tamen est ut in his sese mens exerceat humana, sit tamen demonstrandi aut comprehendendi præsumptio desit, probatur auctoritate Aristotelis superius inducta, quia scilicet jucundissimum sit de rebus altissimis parva etiam et debili ratione quidquam inspicere posse. Probatur etiam Hilarii auctoritate in lib. *De Trinitate* inquientis : *Hæc credendo incipe, percurre,* » etc.

ORDO ET MODUS PROCEDENDI IN HOC OPERE. (Cap. 9.)

« Ex præmissis igitur evidenter apparet sapientis intentionem circa duplicem veritatem divinorum debere versari, et circa errores contrarios destruendos : ad quarum unam investigatio rationis pertingere potest : alia vero omnem rationis excedit industriam. Dico autem duplicem veritatem divinorum non ex parte ipsius Dei quæ est una et simplex veritas, sed ex parte cognitionis nostræ quæ ad divina cognoscenda diversimode se habet. Ad primæ igitur veritatis manifestationem per rationes demonstrativas quibus adversarius convinci possit, procedendum est. Sed quia tales rationes ad secundam veritatem haberi non possunt, non debet esse ad hoc intentio, ut adversarius rationibus convincatur, sed ut ejus rationes, quas contra veritatem habet, solvantur : cum veritati fidei ratio naturalis contraria esse non possit, ut ostensum est.

« Singularis vero modus convincendi adversarium contra hujusmodi veritatem, est ex auctoritate Scripturæ divinitus confirmata miraculis. Quæ enim supra rationem humanam sunt, non credimus nisi Deo revelante. Sunt tamen ad hujusmodi veritatem manifestandam rationes aliquæ verisimiles inducendæ, ad fidelium quidem exercitium et solatium, non autem ad adversarios convincendos, quia ipsa rationum insufficientia eos magis in suo errore confirmaret, dum æstimarent nos propter tam debiles rationes veritati fidei consentire.

« Modo ergo posito procedere intendentes, primum nitemur ad manifestationem illius veritatis, quam fides profitetur, et ratio investigat : inducendo rationes demonstrativas et probabiles, quarum quasdam ex libris philosophorum sanctorum collegimus, per quas veritas confirmetur, et adversarius convincatur.

« Deinde ut a manifestioribus nobis ad minus manifesta fiat processus, ad illius veritatis manifestationem procedemus, quæ rationem excedit, solventes rationes adversariorum, et rationibus probabilibus et auctoritatibus, quantum Deus dederit, veritatem fidei declarantes. Intendentibus igitur nobis per viam rationis prosequi ea quæ de Deo ratio humana investigare potest, « primo occurrit consideratio de his quæ Deo secundum seipsum conveniunt; secundo vero de processu creaturarum ab ipso ; tertio autem de ordine creaturarum in ipsum sicut in finem. Inter ea vero quæ de Deo secundum ipsum consideranda sunt, præmittendum est quasi totius operis necessarium fundamentum, consideratio qua demonstratur Deum esse. Quo non habito, supposita omnis consideratio de rebus divinis necessario tollitur. »

Commentaire.

« Ultimo loco sanctus Thomas suo Proœmio finem imponens, ex prædictis suam intentionem quantum ad modum procedendi declarat : præmittit autem cum duplex veritas divinorum sit, eam duplicitatem veritatis non ex parte ipsius Deo accipiendam esse, sed ex parte cognitionis nostræ. Ad cujus intelligentiam considerandum est, quod cum veritas sit in intellectu adæquato rei per suam intelligentiam, dum, scilicet apprehendit rem sicut est, in hoc duo includuntur : unum quod est reale, scilicet actus intelligendi, aliud quod est rationis maxime in Deo, scilicet habitudo adæquationis ad rem intellectam. Si loquamur de veritate quantum ad ipsum actum intelligendi, sic in Deo est una simplex veritas, imo ipse est veritas simplicissima, eo quod una simplicissima intelligentia esse rerum omnium intelligat. Si autem de veritate loquamur quantum ad ipsam habitudinem rationis, sic non inconvenit in Deo esse multas veritates, secundum quod multis a se intellectis adæquatur ; verum quia ea multa in uno, scilicet in essentia sua, intelligit, ideo absolute dicitur una simplex veritas, » etc.

leuse du dogme de la déchéance, comme Pascal et les jansénistes devaient le faire plus tard, mais sur la triple notion de la possibilité métaphysique, de la convenance morale et de la réalité historique d'un ordre surnaturel, distinct de l'ordre naturel. Et non-seulement le Docteur angélique admet pleinement cette distinction, mais son esprit limpide et lumineux ne pouvait en méconnaître les diverses conséquences : il les fait ressortir avec cette clarté souveraine, avec cette parole de pur esprit qui sont le double caractère de sa pensée et de son style.

Mais quel est le lien logique de ce double ordre naturel et surnaturel ? Pouvons-nous l'assimiler à quelque rapport naturellement connu ? Quel est le rapport naturellement connu qui nous permettra de le saisir, et dès lors de définir les relations de la foi et de la raison, de l'Eglise et de l'Etat, de la nature et de la grâce ?

Saint Thomas, comme métaphysicien et comme métaphysicien de l'école péripatéticienne, a une réponse à ces diverses questions, et c'est cette réponse qu'il faut maintenant pénétrer.

L'Eglise a toujours comparé, dans son langage consacré, les rapports de la nature et de la grâce à ceux de l'âme et du corps, ou plutôt l'âme s'unit à Jésus-Christ par la grâce et cette union est *semblable*, *analogue*, si l'on veut, à celle de l'époux avec l'épouse, et de l'âme avec le corps. Comment faut-il entendre ces diverses analogies ? L'Eglise ne les donne que comme des images lointaines propres à nourrir la piété ; aucune définition n'est venue les faire entrer parmi les concepts rigoureux et logiques.

Saint Thomas a cru devoir les prendre au pied de la lettre, et, de plus, il les a interprétés au point de vue de la métaphysique et de la psychologie d'Aristote.

Nous avons déjà dit que l'âme est, suivant le Docteur angélique comme suivant le Stagirite, l'acte du corps organique ; en d'autres termes, son rapport avec le corps est celui de l'élément formel avec l'élément matériel. Ame et corps, forme et matière, grâce et nature, voilà donc, suivant lui, trois dualités de termes unis par des rapports identiques. Mais qu'est-ce que la *forme* par rapport à la *matière?* Quel est son rôle au sein de l'être ? Nous le savons déjà. Au point de vue d'Aristote et de saint Thomas, la forme est tout à la fois le principe de la détermination spécifique et le principe de l'action : elle donne à la matière toute son actualité, jusqu'à cette actualité première qui consiste à être : sans forme, point de mouvement ; sans forme, point d'espèces ; sans forme, point de perfection ; sans forme, point d'existence.

La forme est l'être même considéré dans ce qui le fait être : *ipsissima res*. La matière a donc besoin de la forme, pour exercer une action quelconque. De là, la théorie de saint Thomas sur la *grâce*.

La *grâce* n'est pas seulement pour lui un *don surnaturel* qui nous élève à une *communisation* d'un ordre particulier avec l'infinie perfection, c'est avant tout une *impulsion* primitive, nécessaire, indispensable, pour quelque acte de notre part, quel qu'il soit ; c'est une *prémotion physique*. Sans doute saint Thomas distingue la grâce proprement dite et la prémotion ; mais il les admet toutes les deux au même titre et de la même manière. L'âme, suivant lui, n'a aucune possibilité de se mouvoir elle-même ; elle est réduite, abstraction faite du secours surnaturel, à la même inertie que les corps terrestres, abstraction faite de l'action des astres, telle que l'admettent Aristote et Ptolémée. La grâce ou plutôt l'action surnaturelle joue donc tout d'abord au sein de l'âme humaine le rôle de πρῶτον κινοῦν, de *premier ciel*, de *soleil;* ce qui revient à dire que par elle-même cette âme n'a en elle aucune initiative de ses actes même naturels, sa liberté consiste uniquement en ce qu'elle est mue conformément à sa nature. L'école scotiste protesta vivement contre cette théorie et contre ses conséquences dont nous avons indiqué les plus caractéristiques à l'article *Grâce*. Mais c'est qu'elle concevait d'une autre manière les rapports de la *matière* et de la *forme*, et que d'ailleurs elle ne croyait pas que la matière et la forme fussent les seuls éléments de l'être, surtout quand on l'étudiait à un point de vue surnaturel. Le principe d'où part saint Thomas pour établir la prémotion physique est un des axiomes les plus fondamentaux de la théorie péripatéticienne, et de plus il se rattache, comme nous l'avons dit, à la définition de la forme. De quel axiome voulons-nous parler ? De celui qui est le pivot de l'astronomie scolastique et de l'astrologie. *Nihil a se ipso movetur*, rien ne se meut soi-même ; en d'autres termes tout est *matière* et *forme* dans le monde sublunaire, mais ces deux éléments de l'être ne sont capables de mouvement qu'autant qu'ils sont déjà unis ; donc c'est un principe supérieur et extérieur à eux qui les unit et en les unissant leur donne le mouvement. De là ces principes bizarres au premier abord que le corps léger tient son mouvement *sursum* de l'être qui l'engendre (*a generante*). Ces maximes générales sont applicables à l'âme comme au corps. En effet, d'où vient l'impossibilité pour un être de se mouvoir ? C'est que dans tout être il y a l'élément formel et l'élément matériel ; or l'élément matériel est purement potentiel, c'est la possibilité logique. Mais la possibilité logique et l'actualité logique ne peuvent coïncider : ce sont deux antinomies ; et comme le mouvement est le passage de la puissance à l'acte, dans la définition péripatéticienne, il s'ensuit que nulle puissance ne peut s'actualiser elle-même, ou, en d'autres termes, que rien ne peut se mouvoir soi-même. Donc tout mouvement va du dehors au dedans, ou est produit par un principe extérieur. De là à la théorie de la *prémotion* il n'y a que la distance du principe à la conclusion immédiate.

Les scotistes, qui niaient la théorie de la *forme* considérée comme *essence motrice*,

niaient aussi, ou du moins voulaient limiter dans son sens trop absolu, suivant eux, la formule : *Nihil a seipso movetur*. Mais par là ils ne réagissaient pas seulement contre la *prémotion physique*, ils ébranlaient la vieille astronomie : en défendant la nature et la liberté menacées par l'application indiscrète du péripatétisme à un grand dogme, ils préparaient, sans le savoir, Cusa, Copernic, Képler et Galilée.

Sur la question des rapports de la *raison* et de la *foi*, l'enseignement thomiste laisse moins de prise que sur l'article précédent. Sans doute, en fait, le Docteur angélique introduit trop souvent, à la place des procédés rigoureusement scientifiques, des interprétations arbitraires de l'Ecriture sainte. Mais il élargit tellement le cercle de ces interprétations, il les fait avec une telle liberté d'esprit, que les textes saints semblent moins servir en eux-mêmes de base à une physique, à une chimie, à une astronomie, que de brevet divin aux thèses d'Aristote. Il en est un peu de même dans les questions politiques, quoique souvent ici Aristote soit interprété et commenté dans un sens libéral qu'il n'aurait guère prévu, parce qu'il est lu à travers la législation de Moïse. Quant à la philosophie proprement dite, il est facile de constater qu'en principe et dans l'application, saint Thomas court à la puissance de la raison dans le cercle des vérités importantes de la théodicée et de la morale naturelle. Toutefois, il ne prend pas le même souci que Scot, et plus tard les nominalistes, de discerner, en chaque question, la limite de ce qui est révélé et de ce qui est philosophique. Il mêle les données des deux espèces, sans nier leur différence, et, dans ce mélange, il y a plus d'un péril qu'il ne semble pas pressentir. De plus, il ne revendique jamais la liberté de la pensée humaine. Pourquoi ? C'est qu'il estimait que, quelle que soit la pensée humaine arrivée à la possession d'elle-même, elle a besoin d'un enseignement primitif; et, à cet égard, il a raison, suivant nous, même dans l'ordre naturel; mais, pour que sa thèse fût vraie, il faudrait que, non-seulement, un enseignement primitif eût été nécessaire au développement de nos facultés naturelles, mais que ces facultés se fussent comportées vis-à-vis de lui, du moins primitivement, d'une façon toute passive. Saint Thomas, à la vérité, ne s'explique jamais clairement sur ce point; mais il semble sous-entendre cette opinion assez étroite; et cette opinion est tout à fait en rapport avec un système qui suppose que la foi est à la raison ce que la forme est à la matière.

Nous avons déjà dit qu'un historien d'une haute distinction d'esprit, un des meilleurs écrivains du *Correspondant*, M. H. Feugueray, a caractérisé, avec beaucoup de finesse et de vérité, la politique de saint Thomas. Il résulte de son travail que le Docteur angélique admet à la base de l'édifice politique un mélange de théocratie, d'aristocratie et de démocratie, qu'il croit, en tout point, conforme à la conception péripatéticienne, quoiqu'il ressemble bien davantage à une sorte de république modérée, et qu'il en emprunte les premières données à la Bible; puis il couronne cet édifice par la théocratie. Pourquoi ? Parce que, suivant lui, l'Etat est à l'Eglise ce que le corps est à l'âme, ce que la matière est à la forme. C'est donc l'Eglise qui est pour l'Etat le principe du mouvement et la dernière perfection. Elle se superpose à l'Etat comme les objets sublunaires se subordonnent, dans le système cosmologique des péripatéticiens, au premier ciel. Elle ne doit pas l'absorber, et, au contraire, chaque Etat doit en recevoir l'influence suivant sa nature propre; mais enfin, l'Etat, considéré en lui-même, n'a en vue que le bien fini, particulier, celui qui consiste à être bien logé et bien protégé : pas d'autre idéal; tout idéal supérieur est de l'ordre de la grâce. Il ne faut pas oublier que, suivant saint Thomas, l'être fini en vertu de sa nature ne va qu'à une fin, qui est la possession même de sa nature : il ne tend pas à sortir de ses limites spécifiques; équilibrer ses puissances pour sauvegarder son essence, tel est son but suprême. L'Etat, n'ayant évidemment en vue que le bien naturel, n'a aussi en vue qu'une pondération d'éléments sociaux, d'où résulte une administration éclairée et bienfaisante; et s'il a des aspirations plus hautes, c'est qu'il est fondamentalement, substantiellement lié à l'Eglise qui les lui communique, et qui, en quelque manière, le *meut*, le *parfait* et l'*informe*. Il est bon, il est même nécessaire qu'il reçoive cette *impulsion* et cette pénétration intime qui l'élève à des destinées supérieures. Telle est la conclusion dernière de saint Thomas : encore une fois, il ne la pose pas comme théologien, mais comme métaphysicien, et comme métaphysicien de l'école péripatéticienne.

Ce fait singulier aidera à comprendre un autre fait non moins singulier dans l'histoire intellectuelle du moyen âge. Il semblerait *a priori* que les partisans les plus fougueux du régime théocratique devaient, à cette époque, ne proclamer légitime qu'une science uniquement puisée aux sources de la révélation; et qu'au contraire les ennemis de ce régime invoquaient la valeur plus ou moins grande des œuvres scientifiques des anciens. Mais c'est précisément le phénomène opposé qui se passe. Au moyen âge, et surtout aux approches de la Renaissance, les rénovateurs de la science s'élèvent contre les anciens et invoquent la Bible; les conservateurs, sans nier l'autorité scientifique des Ecritures, et même, en les alléguant à l'occasion, se retranchent surtout dans Aristote. C'est que la métaphysique de celui-ci, appliquée à la question des rapports de l'ordre naturel et de l'ordre surnaturel, consacrait l'organisation sociale qui était le rêve de leur vie. Il nous resterait, pour compléter ce chapitre, à parler de la théorie comparée des thomistes et des scotistes sur le mode d'action des sacrements. Mais cette question

nous conduirait à d'immenses considérations que nous renvoyons à un autre ouvrage.

Il nous suffira de dire que la théorie de saint Thomas sur le mode d'action des sacrements et les causes métaphysiques de leur efficace se relie à son système sur la grâce et n'en est qu'une application importante et méthodique.

Nous avons indiqué à quel point de vue les scotistes s'étaient placés pour combattre la doctrine thomiste sur la grâce. Ce fut leur opinion qui finit par prévaloir. Suarez lui-même dut abandonner le Docteur angélique, et cet abandon le conduisit à intérpréter, dans un sens tout moderne, le fameux axiome : *Nihil a seipso movetur.* L'explication thomiste de l'efficace des sacrements fut aussi abandonnée, du moins dans la partie scolastique et philosophique; car ici, comme ailleurs, la partie positive et purement théologique de l'œuvre de saint Thomas est admirable de précision et de haute correction.

Chapitre XV. — *Conclusion*

Nous venons d'exposer, d'après la *Somme*, les questions les plus importantes que parcourt successivement saint Thomas. Nous n'avons laissé de côté que les solutions de détail sur les preuves de l'existence de Dieu, sur certaines particularités de la grâce et sur les accidents eucharistiques, qui ont à nos yeux une très-grande importance, mais que nous avons étudiées ailleurs. Il nous reste à conclure.

Notre conclusion, que nous résumerons le plus brièvement possible, sera en partie négative, en partie positive; en d'autres termes, nous indiquerons les lacunes que présente l'explication ordinaire, reçue, officielle du thomisme, puis nous montrerons quel a été le rôle de cette doctrine dans la grande évolution de la métaphysique antique à la métaphysique moderne.

On a pu voir, par la longue analyse qui précède, que la question des *universaux* n'est qu'une partie très-minime des théories thomistes. Elle y a sans doute son rôle, mais un rôle subordonné. Ce qui constitue leur caractère, ce qui leur donne une physionomie, c'est une certaine interprétation de la doctrine métaphysique de la *matière* et de la *forme* et son application régulière à toutes les parties, je dirai presque à tous les détails, non-seulement de la théodicée, mais de la théologie dogmatique et morale. Il est vrai que cette métaphysique de la *matière* et de la *forme* pose, dans plusieurs de ses détours logiques, la question des universaux; mais cette question est plutôt un embarras, une objection, qu'une lumière véritable. Saint Thomas, continuant sous ce rapport la tradition d'Albert le Grand, passe à travers cet embarras, il se tire de cette objection. Mais que l'on interroge toutes ses théories sur Dieu, sur le dogme trinitaire, sur la création en général, sur les anges, sur les rapports de la nature sidérale avec la nature terrestre, sur la morale, on trouvera, au fond, la conception de la *matière* et de la *forme* et un certain nombre de principes généraux sur le *mouvement* qui s'en déduisent immédiatement.

« Antecedens probatur, quoad primam partem quidem, scilicet quod cœlum sit animatum ; primo ex octavo *Physic.* : Ibi enim ostenditur quod primum mobile oportet ut seipsum moveat, deinde probatur quod movens seipsum de necessitate dividitur in duas partes, quarum una est movens, et altera est mota : omne autem hujusmodi est animatum secundum Aristotelem, ergo, etc.

« Secundo, ex secundo *Cœli.* Ibi enim expresse ponitur quod cœlum est animatum, et quod propter hoc oportet ponere in ipso differentias positionis, non solum quoad nos, sed etiam secundum se.

« Quoad secundam vero partem, scilicet quod anima ejus sit intellectiva, probatur. Primo, quia in duodecimo *Metaphysicæ* ostenditur quod movens omnino immotum movet, sicut desiderabile ab eo quod movetur, non autem desiderio concupiscentiæ quod est desiderium sensus, sed intellectuali desiderio : unde dicitur ibidem quod primum movens non motum est desiderabile et intelligibile : sic oportet cœlum quod ab ipso movetur, esse desiderans et intelligens, etiam nobiliori modo quam nos.

« Secundo, quia in secundo *De anima*, dicitur quod quibusdam inest intellectivum, et intellectus, ut hominibus, et si aliquid hujusmodi est activum aut honorabilius, sicut cœlum. Si dicatur quod intellectus continuatur corporibus cœlestibus per phantasmata, et non ut forma dans esse, contra arguitur, quia constat secundum Aristotelem, quod cœlum non habet animam sensitivam ; tum quia haberet diversa organa, quod non competit simplicitati cœli, tum quia in secundo *De anima*, ad hoc insinuandum dixit Aristoteles quod quibus de numero incorruptibilium inest intellectus, insunt omnes potentiæ, ut daret intelligere, quod aliqua incorruptibilia, scilicet corpora cœlestia habent intellectum quæ non habent alias potentias.

« Ne autem aliquis putaret ipsum divum Thomam asserere posuisse cœlum esse animatum, tanquam aliquid ad finem pertinens subjunxit quod hoc non dixit quasi asserendo secundum fidei doctrinam, quia ad fidei doctrinam nihil refert, sive sic, sive aliter dicatur. Unde et Augustinus hoc sub dubio in libro *Enchiridion* reliquit.

« Circa ultimam consequentiam principalis rationis advertendum ex doctrina sancti Thomæ in *Quæstionibus de anima*, art. 8, ad secundum, quod non ideo infertur illud consequens, quasi anima intellectiva uniatur corpori humano propter similitudinem quam habet ad cœlum, quemadmodum Avicennæ opinionem, dicendum esset : sed quia conveniens est si unitur cœlo, quod etiam uniatur corpori humano quod est nobilissimum inter inferiora corpora, propter æqualitatem complexionis, ad hoc ut per sensus possit species intelligibiles acquirere : ad hoc autem sequitur aliqua similitudo ad cœlum, quia sicut cœlum omnino caret contrariis, ita corpus reductum ad æqualitatem complexionis maxime a contrariis elongatur.

« Adverte autem circa ipsam consequentiam, quod non ponit ipsam sanctus Thomas quasi necessariam absolute, sed tanquam probabilem secundum opinionem Aristotelis. Si enim posuit intellectualem substantiam esse unitam corpori cœlesti, non per phantasmata, sed secundum suam substantiam ut formam, similiter dicendum videtur quod corpori nobilissimo, quale est corpus humanum, voluerit animam intellectivam unitam esse, non tantum per phantasmata, ut voluit Averroes, sed etiam ut formam. Neque enim magis repugnat intellectuali substantiæ uniri corpori æqualiter complexionato, quam corpori cœlesti, cum non magis propter hoc ab hac materia ponatur dependere quam ab illa.

« Circa fundamentum hujus capitis et rationis inductæ dubium non parvum occurrit quia non videtur de mente Aristotelis esse, quod cœlum sit animatum per informationem ut sibi sanctus Thomas attribuit.

« Primo, quia si secundum ipsum ponitur cœlum animatum esse anima intellectiva tantum, aut ipsa anima unitur orbi pro-

pter operationem intellectivam, aut propter motum. Non primum, quia cum intellectio sit operatio cui non communicat corpus, intellectus non indiget corpore nisi in quantum ei per sensus ministrantur phantasmata : operationes autem sensitivæ non conveniunt corporibus cœlestibus, in quibus etiam non sunt organa sensuum. Non etiam secundum, tum quia ad hoc ut moveat, non oportet ut uniatur orbi tanquam forma dans esse, sed sufficit unio per contactum virtutis, ut habetur octavo *Physicorum*, text. 43, tum quia suum movere nihil est aliud quam suum intelligere et velle, ut habetur a Commentatore, XII *Metaphysicæ*, com. 36, ubi ait quod corpora cœlestia sunt animata, et non habent de virtutibus animæ nisi intellectum et virtutem desiderativam quæ movet in loco : ergo non posuit Aristoteles cœlum esse animatum anima dante esse formaliter,

« Secundo, quia tunc primus motor moveretur per accidens ad motum ipsius orbis, ut enim dicitur octavo *Physicorum*, text. 51, moto corpore movetur et quod est in corpore : sed primum movens quod Aristoteles dixit esse partem moventis seipsum, non movetur neque per se, neque per accidens, ut dicitur ibidem, text. 52 : ergo primus motor non est forma corporis cœlestis : ergo eadem ratione nec motores aliorum orbium. Patet ultima consequentia, quia si aliquod cœlestium corporum poneretur animatum, hoc maxime attribuendum esset primo.

« Tertio, quia tunc cœlum esset corpus organicum, cum anima sit actus primus corporis organici, ut dicitur secundo *De anima*, hoc autem simplicitati ejus repugnat, ergo, etc.

« Quarto, quia sanctus Thomas prima parte, quæst. 70, art. 3, videtur tenere quod Aristoteles voluerit cœlum esse animatum anima movente tantum, non autem anima dante esse : et de spiritualibus creaturis art. 6, inquit quod ad salvandum opinionem Aristotelis et Platonis videtur sufficere quod substantia intellectualis uniatur corpori cœlesti per modum quo motor unitur mobili. Additque quod inter ponentes corpora cœlestia esse animata, et ponentes ea inanimata, parva vel nulla differentia invenitur in re, sed in voce tantum.

« Quinto, sequeretur quod cœlum aut saltem sphæræ inferiores haberent tres motores, scilicet Deum, intelligentiam, et animam, sed hoc est falsum, quia cœlum habet tantum duos motores, ut inquit Commentator duodecimo *Metaphysicæ*, com. 41, ergo, etc.

« Sexto, sequeretur quod cœlum posset naturaliter ex se quiescere, quod est contra Philosophum : probatur consequentia, quia alia movet per appetitum.

« Septimo, cessarent omnes demonstrationes Aristotelis ad probandum primum motorem omnino immobilem, quia dicet adversarius non oportere dari motorem separatum, quia cum cœlum sit animatum, movet seipsum, et dividitur in partem moventem et partem motam, sicut reliqua animalia.

« Octavo, si motor orbis esset anima ejus, moveretur per accidens ad motum ejus, sicut et animalium animæ moventur ad motum corporum : sed hoc non est ad mentem Philosophi, qui probat octavo *Physicorum* oportere partem primi moventis seipsum esse immobile, tam per se, quam per accidens, cum causet motum sempiternum : quod sane oportet esse verum de motore cujuslibet orbis, cum omnes moveant motu sempiterno, ergo, etc.

« Nono, si intelligentia quæ movet cœlum esset anima cœli, non haberet determinatum situm in cœlo, sed esset in toto tanquam in subjecto adæquato ut patet de anima intellectiva, quæ habet totum corpus pro subjecto adæquato : sed hoc est contra mentem Philosophi, qui ponit intelligentiam quæ movet cœlum, esse in ejus circumferentia, ut patet octavo *Physicorum*, text. 84, ergo, etc.

« Ad hanc difficultatem dicendum est quod unum in doctrina Aristotelis clarum est, alterum vero est dubium. Clarum namque est ipsum posuisse aliquo modo cœlum esse animatum, ut patet ex iis quæ in hoc capitulo adducit sanctus Thomas, hoc etiam tenuit Commentator capitulo primo *De substantia orbis*, octavo *Metaphysicæ*, com. 12; *De cœl.*, com. 61; II *De anima*, com. 15 et 32. Item duodecimo *Metaphysicæ*, com. 36, et in plerisque aliis locis.

« Dubium vero est quomodo posuerit ipsum animatum an scilicet anima dante esse per modum formæ, an anima tantum movente, et unita per contactum virtutis. Hoc enim neque ab Aristotele explicatur neque a Commentatore; idcirco aliqui tenent de mente Aristotelis esse, quod cœlo unitur intelligentia per modum formæ dantis esse : aliqui vero, quod unitur tantum per modum motoris; et sanctus Thomas aliquando unam partem tenet, aliquando aliam. Ubi enim absolute secundum propriam opinionem tenet corpora cœlestia non esse animata, ut etiam Philosophus huic sententiæ expresse non adversari demonstret, ostendit quomodo ad Aristotelis intentionem sufficere videtur cœlum esse animatum anima movente tantum, non autem anima dante esse : et hoc tenet in prima parte, et in *Quæstionibus de spiritualibus creaturis*, ubi autem contra Commentatorem arguit ut hic, tenet oppositam partem. Quia enim Commentator volebat ex verbis Aristotelis superficialiter intellectis arguere intellectum esse substantiam separatam, et animam intellectivam non esse formam hominis apud ipsum Aristotelem : ideo et ipse sanctus Thomas contra ipsum vult ostendere quod si ad verba tantum Aristotelis respicere voluerimus, magis dicendum erit ipsum posuisse substantiam intellectualem esse formam corporis, quam illud universaliter negasse, cum expresse posuerit cœlum esse animatum et nonnisi anima intellectiva, ipsique conditiones rei animatæ, quæ sunt movere seip-

sum, et habere differentiam positionis secundum naturam attribuerit : ubi autem dixit intellectum esse separatum et immistum, non de ipsa substantia in qua fundatur intellectus, sed de potentia intellectiva sit locutus, hoc etiam videtur sanctus Thomas attribuere Aristoteli XII *Metaphysicæ* in expositione text. 25, et secundo *Cœli*. Propter quod duo mihi de mente sancti Thomæ dicenda videntur : Primum est, quod ipse magis declinat ad hanc partem, quod cœlum non sit animatum secundum mentem Aristotelis anima dante esse, quam ad oppositam; secundum est, quod voluit probabiliter utramque partem sustineri posse. Primum horum patet ex locis præallegatis; secundum vero ostenditur in Quæstionibus *De anima*, art. 8, ad 3, ubi etiam solvit rationem primam hic adductam, qua probatur cœlum non esse animatum. Qua ex re utramque partem sustinentes, ut sanctus Thomas in *Quæstionibus de anima* sustinet, ad rationes utriusque partis ex ejus doctrina respondebimus. Si itaque defensare voluerimus cœlum secundum Aristotelis mentem animatum non esse anima informante, dicendum erit ex locis adductis in prima parte, et de spiritualibus creaturis, ad rationem hic assumptam contra Averroem, quod Aristoteles non sic intellexit cœlum animatum esse quasi substantia spiritualis corpori cœlesti uniatur ut forma dans esse, sed quia illi unitur ut motor mobili : ita enim voluit substantiam spiritualem uniri corpori cœlesti, et esse in illo inclusam, sicut Plato voluit animam intellectivam unitam corpori humano, scilicet per contactum virtutis, et esse in ipso sicut motorem in mobili, et in instrumento quo utitur, et cui intrinsece est conjunctus. Cum autem probatur oppositum, quia posuit cœlum movere seipsum, et habere differentias positionis secundum naturam, dicitur quod hæc non arguunt ipsum habere intelligentiam informantem, sed unitam tantum per modum motoris. Sic enim cœlum ut dicit compositum ex intelligentia et orbe secundum contactum virtutis unitis componitur ex motore et mobili, et sic est movens seipsum, et habet differentias positionis, quæ in cœlo non accipiuntur, nisi in ordine ad motum localem ut dicitur secundo *Cœli*.

« Sed contra hanc rationem instari posset, quia si ideo cœlum dicitur movere seipsum, quia componitur ex motore et mobili unitis secundum contactum virtutis, eadem ratione poterit dici quod plaustrum movet seipsum, quia sibi uniuntur boves per modum motoris : et similiter quod navis movet seipsam, quia illi conjungitur nauta, qui ipsam movet.

« Respondetur, quod non est eadem ratio de istis et de cœlo, propter duo : primo, secundum Aristotelem, substantia spiritualis quæ movet cœlum, habet virtutem ad talis corporis motum determinatam, et ipsum corpus cœli habet naturalem aptitudinem ad hoc ut a tali substantia spirituali sic moveatur; hoc autem in instantiis adductis non invenitur. Secundo, quia in illis est contactus quantitativus, qui fit secundum extrema : inter intelligentiam autem et corpus cœleste est tantum contactus virtutis, modo ostensum est secundo *Cœli*, cap. 56, quod in contactu quantitativo oportet tangens esse extrinsecum ei quod tangitur, et non potest incedere per ipsum, sed ab ipso impeditur : in tactu autem virtutis qui convenit substantiis spiritualibus, cum sit ad intima, substantia tangens est intra id quod tangitur, et per ipsum absque ullo impedimento incedit.

« Ex his duobus evenit quod magis fit unum ex intelligentia et corpore cœlesti, licet ex illis non fiat unum simpliciter, sed tantum in movendo, quam ex nauta et navi, aut ex bobus et plaustro : atque idcirco convenientius potest dici quod cœlum seipsum movet quam navis, aut plaustrum conjunctum bobus. Sic enim corpus cœleste unitur motori sibi intrinseco, et ad ejus motum naturali virtute determinato, quod illis aliis non convenit. Posset etiam concedi quod eodem modo dici potest plaustrum ex se moveri si nomine plaustri accipiamus aggregatum ex plaustro et bobus. Si autem quæratur, quare ergo sanctus Thomas contra Averroem hoc loco rationem formavit, quam ipse solubilem videbat. Dicitur, ut jam dictum est, quod hoc non facit quasi hanc rationem simpliciter insolubilem existimaret, sed quia ipsam efficacem contra Averroem putabat, qui ex Aristotelis verbis, ut in præcedenti capitulo patuit, substantiam intellectualem non posse uniri corpori ut formam, arguere volebat. Si enim ad verba tantummodo superficie tenus respicere voluerimus, non ad sensum, magis ex verbis et rationibus ejus quibus aperte vult cœlum animatum esse, ostenditur substantiam intellectualem uniri posse corpori ut formam, quam ex aliis ejus verbis appareat ipsam corpori uniri posse; animata enim dicere consuevimus, quorum forma dans esse est anima. Quod autem hæc fuerit mens sancti Thomæ constat ex principio hujus capituli, ubi ait : *Et quia Averroes maxime nititur suam opinionem confirmare per verba et demonstrationem Aristotelis, ostendendum restat quod necessarium est dicere secundum opinionem Aristotelis*, supple, quantum verba sonant superficie tenus intellecta, *intellectum secundum suam substantiam alicui corpori uniri ut formam.*

« Ex his enim apparet sancti Thomæ verbis et demonstrationi Aristotelis per Commentatorem adductis, voluisse alia Aristotelis verba manifestiora, et alias ejus demonstrationes opponere. Sic ergo rationi hic per divum Thomam adductæ tenendo quod cœlum secundum mentem Aristotelis non sit proprie animatum, secundum doctrinam ejus alibi traditam respondendum est. Si autem oppositam partem sustinere voluerimus, ut sustinet sanctus Thomas in *Quæstionibus de anima*, ubi supra, dicentes substantiam intellectualem secundum Aristotelis mentem dare esse formaliter corpori cœlesti,

respondetur ad primam rationem in oppositum adductam, secundum doctrinam sancti Thomæ in secundo *Cœli* lectione tertia, et loco immediate allegato, quod intelligentia unitur corpori cœlesti ut forma propter motum et actionem, non quidem simpliciter, quia et absque tali unione posset agere et movere, ut arguebatur, sed propter actionis nobilitatem. Nam substantia spiritualis quæ determinata est ad motum cœli, quem sine labore movet, nobilius operatur et agit per motum cœli, si illi uniatur secundum esse, quam si sit ab eo separata : perfectior enim actio est quam quis agit per instrumentum conjunctum, ea quam agit per instrumentum separatum.

« Ad primam probationem patet ex dictis. Ad secundam dicitur primo, quod movere intellectualis substantiæ per modum imperii, est tantum velle et intelligere, non autem movere per modum exsecutionis : imo ipse motus causatus in cœlo ab intelligentia, quo mediante causat hæc inferiora secundum quod est a voluntate angeli, est exsecutio.

« Dicitur secundo, quod quomodocunque accipiatur movere, scilicet aut per modum imperii, aut per modum exsecutionis, non ponitur in ipsa intelligentia potentia motiva aut activa distincta ab intellectu et voluntate : et ideo dictum Commentatoris verissimum est.

« Dicitur tertio, quod licet movere intelligentiæ per modum exsecutionis sit a voluntate et intellectu, et intelligentia non habeat virtutem motivam ab intellectu et voluntate distinctam realiter, sed tantum ratione; unitur tamen intelligentia corpori cœlesti ut forma propter exsecutionem virtutis activæ, scilicet ut illa sit perfectior exsecutio : unde consequentia illius rationis non tenet, videlicet movere intelligentiæ, scilicet per modum impetrantis motum, est ejus intelligere et velle; ergo non unitur corpori propter motum : licet enim intelligere et velle, quæ sunt actiones immanentes, ut sic non indigeant corpore cui uniatur intelligentia ut forma, ipsa tamen operatio transiens, sive exsecutio virtutis activæ quæ a voluntate provenit, ad sui perfectionem indiget ut intelligentia sit corporis forma.

« Ad secundum dicitur primo, quod cum Aristoteles ponit esse aliquam substantiam motricem corporis cœlestis quæ non movetur neque per se, neque per accidens, illud intelligit de substantia movente per modum finis, ut patet ex ejus processu duodecimo *Metaphysicæ*, ubi ponens multitudinem substantiarum separatarum, ponit multitudinem earum quæ sunt fines, ut expresse habetur text. 48, hoc patet esse de mente sancti Thomæ, ibidem, et *De spiritu*, articulo quinto.

« Dicitur secundo, quod quia in octavo *Physicorum* nondum investigaverat substantiam intellectualem quæ sit omnino separata, movens per modum finis et appetibilis; sed hoc erat in duodecimo *Metaphysicæ* investigandum : ideo de ipsa quæ est pars moventis seipsum, tanquam de prima simpliciter substantia et omnino abstracta loquitur et sibi conditiones primæ substantiæ attribuit, ut dictum est in primo libro; et quia primus motor, et omnis alia substantia movens cœlum per modum finis est immobilis, et per se et per accidens illi substantiæ, quæ est pars moventis seipsum, attribuit hoc quod est non moveri neque per se, neque per accidens cum tamen sibi in veritate non conveniat : cum enim sit forma corporis, et sit unum esse ipsius et corporis cœlestis, necesse est ut ad motum corporis per accidens moveatur.

« Unde ad argumentum negatur consequentia de eo qui vere est primus motor, movens scilicet per modum appetibilis primi, licet sit vera de eo quod ibi accipitur tanquam primus motor. Cum autem probatur, quia dicitur ibi in octavo *Physicorum*, quod primus motor non movetur neque per se, neque per accidens : dicitur quod illud intelligitur de eo qui vere est primus motor, qui scilicet est omnino a materia separatus, non autem de parte moventis seipsum, qui non est vere primus motor, licet illud sibi attribuatur suppositive et permissive in quantum illud ibidem admittitur pro primo motore simpliciter.

« Unde quia impossibile absolute est, ut pars moventis seipsum sit primus motor immobilis per se et per accidens, ideo in duodecimo *Metaphys.*, investigatur primus motor omnino separatus a corpore, cui vere attribuantur conditiones primi motoris, quæ ex suppositione et permissione attributæ erant motori primi mobilis unito illi per modum formæ.

« Ad tertium dicendum, quod corpus organicum dupliciter accipi potest. Uno modo pro corpore habente diversa organa, complexione, situ et figura distincta. Alio modo pro corpore ad animam et operationes animæ disposito, ut nihil aliud sit corpus organicum, quam corpus habens vitam in potentia, ut videtur exponere Philosophus secundo *De anima*, sive habeat diversa organa et membra officialia, sive non habeat. Si primo modo voluerimus in definitione animæ accipere corpus organicum, ut fere omnes expositores accipiunt eo quod teneant cœlos non esse animatos, sic negatur consequentia. Et ad probationem dicitur, quod aut illa definitio animæ convenit tantum animabus rerum corruptibilium, et quod istis tantummodo assignavit Aristoteles in secundo *De anima*, communem definitionem : aut quod convenit omni animæ non univoce quidem, sed analogice; et sic non oportet cœlum esse corpus organicum eo modo quo inferiora corpora, sed suo modo proportionabiliter, quia est organicum secundo modo. Si autem secundo modo accipiatur organicum in definitione animæ, sic conceditur corpus cœleste esse organicum, nec hoc ejus uniformitati et simplicitati repugnat.

« Posset etiam dici quod cœlum habet diversitatem organorum, non quidem distincto-

rum secundum varietatem complexionum, ut in animalibus accidit, sed secundum rarum et densum, eo modo quo invenitur in cœlo rarum et densum, scilicet secundum majorem aut minorem congregationem partium, non autem secundum differentiam contrarietatis, ut dicitur secundo *Cœli* a sancto Thoma, lectione decima, in fine : et secundum hanc diversitatem sunt in cœlo diversæ virtutes respectu horum inferiorum, in quantum per illas partes anima cœli diversa agit in hæc inferiora. Non imponas autem mihi quod in anima cœli ponam alias potentias præter intellectum et voluntatem affixas diversis partibus cœli, sicut animæ animalium habent; non enim ad hoc tendit hæc secunda responsio, sed ad hoc quod anima per intellectum et voluntatem movens cœlum et hæc inferiora, mediante hoc motu agens diversimode per diversas cœli partes in inferiora agit, ut sic diversæ virtutes illarum partium, sint diversi influxus animæ cœli secundum quos diversimode in hæc inferiora operatur.

« Ad quartum dicitur quod quia Aristotelis est in hac re incerta sententia, et ex diversis ejus dictis diversa accipi possunt : ideo sanctus Thomas ibidem ejus verba ad suum propositum interpretatur. Cum ergo dicit quod Aristoteles cœlum esse animatum non posuit anima dante esse, sed tantum anima movente, non hoc ideo inquit quasi oppositum non possit teneri, sed quia tenet Aristotelis verba posse ad hunc sensum exponi, cum ad salvandam ejus opinionem videatur sufficere cœlum esse animatum anima movente tantum. Unde sub dubitatione in *Quæstionibus de spiritualibus creaturis* loquitur inquiens, quod si quis intime consideret, forte inveniet inter has opiniones aut nullam aut modicam dissonantiam esse. Et inferius in eodem loco inquit quod videtur sufficere ad salvandam intentionem Platonis et Aristotelis, quod substantia spiritualis uniatur corpori cœlesti ut motor. Hæc enim verba forte, ut videtur, non asserentis, sed opinative et probabiliter loquentis sunt.

« Ad quintum dicitur quod non est inconveniens apud Aristotelem sphæras inferiores habere tres motores, unum scilicet communem, qui est simpliciter primus motor, et duos appropriatos, quorum unus movet ut anima, alter vero ut proprius finis.

« Ad sextum dicitur, primo quod de motu cœli dupliciter loqui possumus, ut patet ex sancto Thoma inferius libro III, cap. 23, scilicet aut ex parte motoris, aut ex parte substantiæ cœli; primo modo motus cœli est voluntarius, secundo modo est naturalis : et ideo ex parte motoris absolute loquendo cœlum posset quiescere, non autem ex parte ipsius substantiæ cœli, et sic intellexit Philosophus. Dicitur secundo (ut habetur ex Philosopho XII *Metaphysicæ*, text. 38, et ex sancto Thoma, *ibid.*) quod licet necessitas motus cœli non sit necessitas absoluta, cum cœlum moveat seipsum, et omne tale in seipso habeat moveri et non moveri, est tamen necessitas ex suppositione, quæ est necessitas finis, in quantum absque talis motus perpetuitate non esset conveniens ordo ad finem, secundum quod per motum intenditur assimilatio ad Deum : et ideo non est inconveniens dicere, quod secundum mentem Aristotelis cœlum secundum quod est animatum, potest absolute ex se quiescere, licet ex suppositione et ex fine necessario moveatur.

« Ad septimum negatur sequela, licet enim ponatur cœlum dividi in partem moventem et partem motam, tamen præter motorem, qui est pars moventis seipsum, oportet ponere alium motorem omnino separatum qui moveat per modum appetibilis, ut deducit Aristoteles XII *Metaphysicæ*.

« Ad octavum dicitur quod dupliciter possumus intelligere motorem alicujus corporis moveri per accidens : uno modo, quod moveatur simpliciter illo motu locali quo movet corpus, nulla tamen fiat in ipso variatio in ordine ad corpus, sed semper eodem modo se habeat ad illud, et semper maneant in eadem dispositione inter se; alio modo, quod motu corporis a se moti sic moveatur per accidens, quod etiam varietur ejus dispositio ad corpus, ita quod aliter et aliter se habeat ad corpus sicut accidit in animalibus : ex motu enim corporis anima, aliter et aliter se habet ad corpus, ex eo quod corpus ex motu locali aliquo modo alteratur. Philosophus ergo vult quod motor qui causat motum perpetuum, non movetur per accidens secundo modo; non autem repugnat ejus intentioni quod moveatur per accidens, primo modo, licet velit de primo motore simpliciter quod nullo modo moveatur. Patet hoc primo ex sancto Thoma. Nam assignans differentiam inter motores orbium et animam, VIII *Physicorum*, exponendo text. 52, ait quod ratio quare motores orbium non moventur per accidens ratione sui ipsorum ad motum orbium, animæ vero animalium per accidens moveantur, est quia motores orbium non constituuntur in suo esse ex sua unione ad corpora, et eorum annexio est invariabilis, sed animæ quæ movent animalia, constituuntur in suo esse, secundum unionem ad corpora (intellige excepta anima intellectiva) et variabiliter eis connectuntur. Ex hoc enim dat intelligere sanctus Thomas, quod non sic moventur motores orbium per accidens, quasi varietur eorum esse et dispositio ad orbes per talem motum, sicut variatur dispositio animarum ad motum animalium : cum hoc autem stat quod moveantur per accidens aliquo modo, eo quod unum sit esse eorum et orbium, quamvis ex unione ad orbes non constituantur in suo esse, id est, ipsorum esse a corpore et materia non dependeat, sicut nec esse animæ intellectivæ dependet a corpore. Patet hoc secundo, quia Commentator octavo *Physicorum*, com. 83, inquit quod inæqualitas non accidit in motu, nisi propter hoc, quod motori accidit quidam motus transmutationis, quare aliquando vigoratur, aliquando debilitatur. Ex quibus dat intelligere, quod ille solus motus per accidens repugnat motori moventi motu perpetuo et invariabili, ex quo varia-

tur virtus motoris, et consequenter habitudo ejus ad mobile.

« Ad nonum dicitur quod utique intelligentia quæ est anima cœli, non habet determinatum situm in cœlo, secundum determinationem suæ substantiæ ad unam partem cœli; quod autem inquit Aristoteles ipsam esse in circumferentia, intelligitur, ut exponit sanctus Thomas ibidem, per influentiam motus, et non per determinationem suæ substantiæ, et intelligitur de primo motore, non autem de aliis. »

QUOD ANIMA IMMEDIATE UNITUR CORPORI. (Cap. 71.)

Ex præmissis autem concludi potest, quod anima immediate corpori unitur : nec oportet ponere aliquod medium quasi animam corpori uniens, vel phantasmata, sicut dicit Averroes, vel potentias ipsius, sicut quidam dicunt, vel etiam spiritum corporalem, sicut alii dixerunt. Ostensum est enim quod anima unitur corpori ut forma ejus, forma autem unitur materiæ absque omni medio. Per se enim competit formæ quod sit actus corporis, et non per aliquid aliud, unde nec est aliquid unum faciens ex materia et forma, nisi agens quod potentiam reducit ad actum, ut probat Aristoteles in octavo Metaphysicæ, *nam materia et forma habent se ut potentia et actus.*

Potest tamen dici aliquid esse medium inter animam et corpus, etsi non in essendo, tamen in movendo, et in via generationis. In movendo quidem, quia in motu quo anima movet corpus, est quidem ordo mobilium et motorum : anima enim omnes operationes suas efficit per suas potentias; unde mediante potentia movet corpus, et adhuc membra mediante spiritu · et ulterius unum organum mediante alio organo. in via autem generationis dispositiones ad formam præcedunt formam in materia, quamvis sint posteriores in essendo, unde et dispositiones corporis quibus fit proprium perfectibile talis formæ, hoc modo possunt dici mediæ inter animam et corpus.

COMMENTAIRE.

« Postquam determinavit sanctus Thomas de unione animæ intellectivæ ad materiam absolute, nunc de modo unionis incipit determinare. Circa hoc autem duo facit. Primo enim agit de immediatione unionis, secundo de totalitate ejus capite sequenti. Quantum ad primum ponuntur tres conclusiones. Prima est : Anima immediate unitur corpori in essendo. Pro cujus declaratione considerandum est, quod cum omnes fere philosophi posuerunt intellectum aliquo modo corpori humano conjungi, fuerunt quidam non attendentes ad formæ conditionem, qui posuerunt animam intellectivam non uniri immediate corpori, sed inter ipsam et corpus aliquid mediare, quod sit quasi vinculum quoddam et ligamentum ipsam cum corpore uniens, sicut Averroes phantasmata dixit esse vinculum, quo intellectus homini unitur. Alii dixerunt ipsam mediantibus suis potentiis uniri corpori, quidam vero, quod inter animam et corpus mediat spiritus corporalis, alii quoque dixerunt mediare lucem, quam esse corpus existimabant. Contra hos ergo ex eo quod ostensum est animam intellectivam esse formam corporis, deducit corollarie sanctus Thomas, quod oportet animam uniri corpori immediate et arguit sic. Forma unitur materiæ absque medio, sed anima intellectiva est forma corporis, ut in præcedenti capitulo est ostensum, ergo, etc. Probatur major dupliciter, scilicet auctoritate Aristotelis, octavo *Metaphysicæ* inquientis, nihil esse quod faciat unum ex materia et forma, nisi agens quod potentiam reducit ad actum. Secundo, quia nihil est quod faciat unum ex potentia et actu, sed forma secundum se est actus, non per aliquid aliud, ergo, etc.

« Adverte, quod fundamentum hujus rationis est, quia forma per seipsam facit esse actu et non per aliquod medium, cum sit per essentiam suam actus, unde cum sic dicatur aliquid unum quomodo est ens, oportet ut sicut compositum est ens immediate per formam quod etiam immediate per formam sit unum, ut sic oportet formam per se et immediate uniri materiæ, sicut per se immediate dat esse.

« Secunda conclusio est : Anima in movendo unitur corpori mediate, id est, movet corpus cujus dicitur anima, non per essentiam suam immediate, sed per aliquod medium : probatur, tum quia movet per potentiam, sicut et omnes alias operationes per suas potentias exercet, tum quia movet membra mediante spiritu, et unum organum mediante alio.

« Advertendum, quod anima per apprehensionem et appetitum movet corpus, ut dicitur in *Quæstionibus de anima*, art. 96, et dicitur movere per potentias, quarum scilicet operationes sunt apprehendere et appetere, et quia appetitus sensitivus fundatur in corde secundum Aristotelem, ut dicitur *De spiritu*, articulo tertio, ad quartum, ideo cor est primum instrumentum per quod movet cæteras partes corporis, et hoc est quod hic dicitur quoniam movet unum membrum mediante alio, quia vero partes grossiores corporis per subtiliores movet, ideo primum instrumentum virtutis motivæ est spiritus, ut dicitur ab Aristotele in libro *De causa motus animalium*. Sed intelligendum cum dicitur cor primum instrumentum virtutis motivæ, et similiter spiritus, quod hoc non est eodem modo, sed cor est primum instrumentum conjunctum virtuti motivæ, utpote in quo est appetitus qui est virtus motiva; spiritus autem est primum instrumentum separatum, in quantum est primum quod movetur ab anima inter ea quæ sunt separata.

« Tertia conclusio est : In via generationis dispositionis corporis quibus fit proprium susceptivum talis formæ, sunt mediæ inter animam et corpus, et sic anima unitur corpori mediantibus dispositionibus. Probatur, quia dispositiones ad formam via genera-

tionis præcedunt formam in materia, quamvis sint posteriores in essendo.

« Circa hanc conclusionem et ejus probationem dupliciter dubitatur. Primo, quia sanctus Thomas prima parte, quæst. 76, art. 6, tenet impossibile esse quod aliqua dispositio accidentalis cadat media inter corpus et animam, vel inter quamcunque formam substantialem et ejus materiam. Similiter quod impossibile est quascunque dispositiones accidentales præexsistere in materia ante formam substantialem, cujus oppositum hic dictum est.

« Secundo, quia non videtur posse simul stare, quod dispositiones via generationis præcedant formam in materia : et tamen sint posteriores in essendo, si enim præcedunt formam in materia, ergo prius sunt in materia quam forma, ergo præcedunt in essendo : patent istæ consequentiæ, quia in utraque oppositum consequentis repugnat antecedenti.

« Ad evidentiam primi dubii, duo sunt attendenda. Primum est, quod cum inter dispositiones ad formam quæ simul cum forma remanent, et ipsam formam non sit ordo durationis, sed simul in eodem instanti in materia introducantur, non est quærenda inter illa prioritas et posterioritas temporis, quid videlicet illorum in priori tempore adveniat materiæ, et quid in posteriori, sed est tantum investiganda inter illa prioritas secundum naturam : et videndum quid illorum prius natura materiæ adveniat, tanquam videlicet ab altero in materia præsuppositum.

« Secundum est ex doctrina sancti Thomæ in prima parte, quæst. et art. allegatis, ad primum; et *De spiritu*, art. 3, ad 20; et in *Quæstionibus de anima*, articulo nono, quod cum forma perfectior contineat virtute quidquid est aliarum formarum inferiorum, unamque perficiat materiam secundum diversos gradus perfectionis, præintelligimus materiam esse prius perfectam secundum inferiorem gradum, et secundum accidentia illum gradum consequentia, quam secundum perfectiorem et superiorem gradum; verbi gratia, quia anima dat esse corporeum, et esse animatum, prius intelligimus ipsam dare materiæ esse corporeum cum accidentibus corporeitatis, quam dare esse animatum. Quo fit ut dupliciter animam considerare possimus : uno modo absolute, et quantum ad omnem ejus effectum, convenientem, scilicet sibi et in quantum est anima, et in quantum virtute continet gradus inferiorum formarum; alio modo quantum ad ulteriorem tantum et perfectiorem effectum, quem scilicet facit in quantum est anima. Si consideretur absolute et quantum ad totalem ejus effectum, sic nihil præcedit in materia formam substantialem, quia prius oportet intelligere materiam esse actu simpliciter et absolute, quod fit per formam accidentalem. Si autem consideretur quantum ad ulteriorem et perfectiorem effectum, sic dispositiones accidentales consequentes gradum inferiorem præcedunt ordine generationis in materia formam substantialem, sicut et præintelligimus formam dare prius gradum imperfectiorem quam perfectiorem, eo quod natura ab imperfecto ad perfectum procedat.

« Ad dubium ergo dicitur, quod ea quæ dicit sanctus Thomas prima parte, non contradicunt iis quæ hic dicuntur, quia ibi loquitur de anima, et universaliter de forma substantiali quantum ad totalem ejus effectum : cum enim materia secundum se sit in potentia ad esse substantiale corporale et non oporteat ut ad formam substantialem corpoream, aut ad esse substantiale per alia accidentia disponatur, inter materiam et formam ut dat infimum gradum essendi, non oportet accidentia disponentia mediare. Hoc autem in loco loquitur sanctus Thomas de anima et forma substantiali in quantum dat ulteriorem et perfectiorem gradum. Nam si materia secundum se non sit disposita ut sit proprium perfectibile alicujus formæ ut est talis forma, sed indiget accidentibus ipsam illi formæ appropriantibus, oportet secundum ordinem generationis præintelligere in materia illi accidentia antequam forma, ut est talis forma, advenire materiæ intelligatur, quoniam natura prius materiam disponit quam formam introducat, et sic cum materia indigeat dispositionibus accidentalibus ad gradum perfectiorem animæ, oportet in materia præintelligere dispositiones corporis antequam forma secundum illum gradum corpori advenire intelligatur.

« Ad evidentiam secundi dubii, oportet intelligere quid per ordinem secundum viam generationis intelligatur : et tunc ad dubium planior et clarior apparebit responsio. Sciendum ergo quod cum natura propter finem operetur, sicut et intellectus, ut dicitur II *Physicorum* : in operibus naturæ duplex ordo considerari potest : unus secundum naturæ intentionem, alius secundum exsecutionem eorum quæ intendit : primus dicitur ordo perfectionis et intentionis naturæ, et dicitur etiam ordo secundum rationem causæ formalis, aut finalis, aut efficientis, quia finis quod est primum intentum a natura coincidit in idem numero cum forma effectus, cum agente vero in idem specie. Secundus ordo dicitur ordo generationis, secundum quod natura ordine quodam suos effectus producit ac generat. Dicitur etiam ordo temporis, quia cum agens naturale in tempore operetur, prius tempore unum quam alterum producit; et quia ista exsecutio fit secundum quod aliquid educitur de potentia in actum, et materia est prima potentia, ideo iste ordo dicitur ordo secundum rationem causæ materialis. Secundum istum duplicem naturæ ordinem diversimode aliquid dicitur prius et posterius : quia enim secundum unamquamque causam illud est prius, quod est illi causæ propinquius, ideo in via intentionis naturæ qui est ordo secundum rationem causæ finalis, formalis et agentis, illud est prius quod est formæ et fini propinquius, agentique similius. Unde secundum hunc

ordinem ipsum agens est prius effectu; ipse finis est prior iis quæ sunt ad finem; ipsa forma et actus est prior quam potentia, et quanto aliquid magis accedit ad similitudinem agentis, aut etiam magis appropinquat fini, et formæ quæ est terminus generationis tanto est prius, et quia tanto aliquid est perfectius, quanto magis ad finem et ad similitudinem agentis appropinquat, ideo secundum hunc ordinem, perfectum est prius imperfecto. In via autem generationis potentia est prior actu, et imperfectum est prius perfecto : quia quanto aliquid est imperfectius, tanto magis materiæ conditionibus appropinquat.

« Advertendum autem quod apud sanctum Thomam, quandoque ordo generationis distinguitur contra ordinem naturæ ut habetur in *Quæst. de malo*, quæst. 4, art. 3, aliquando vero sub ordine naturæ continetur, ut in prima parte, quæst. 85, art. 3, ad 1. Ordo enim naturæ dupliciter accipi potest, uno modo ut distinguitur contra ordinem secundum apprehensionem intellectus tantum, et sic continet sub se ordinem generationis, cum sit ordo extra intellectum : alio modo ut accipitur secundum rationem causæ formalis, et sic dividitur contra ordinem generationis : cum enim forma sit magis natura quam materia, convenientius dicitur actus prior natura quam potentia, ut dicitur quodl. 5, quæst. 10, art. primo; et sic ordo qui est secundum formam, retinuit sibi nomen ordinis naturæ : ordo autem qui est secundum materiam, sortitus est nomen ordinis generationis et temporis.

« Ad dubium ergo dicitur, quod per ordinem in essendo, intelligit sanctus Thomas ordinem naturæ secundum genus causæ efficientis et formalis absolute, quia esse convenit rei productæ, et propter formam et propter efficiens : et sic accidentia, quæ sunt dispositiones materiæ ad formam substantialem ut dat perfectiorem actum, cum sequantur esse formæ in materia absolute, tanquam accidentia consequentia compositum ex materia, et forma dante esse secundum inferiorem gradum, sunt posteriora in essendo ipsa forma substantiali : sic enim comparantur ad formam, sicut effectus ad causam ; effectus autem ut sic est posterior sua causa in essendo secundum ordinem naturæ et causalitatis : omnis enim effectus præsupponit suam causam esse, etiamsi sit cum ipsa simul tempore.

« Secundum autem ordinem in via generationis, qui est ordo secundum rationem causæ materialis, eadem accidentia præcedunt ipsam formam in materia, ut dat ulteriorem et perfectiorem gradum; cum enim sint dispositiones materiæ ut receptiva est formæ, secundum illum gradum ulteriorem pertinent ad genus causæ materialis, et sic præcedunt formam, sicut potentia præcedit actum, et imperfectum præcedit perfectum : unde licet simul cum forma in materia introducantur, præintelliguntur tamen ut sic prius materiæ inesse, quam forma uniatur materiæ, secundum illum gradum ad quem suscipiendum intelliguntur disponere.

« Sic ergo patet quod nulla est contradictio in verbis sancti Thomæ, cum inquit illas dispositiones præcedere formam in via generationis, et tamen esse posteriores in essendo. Cum probatur esse contradictionem, quia si dispositiones via generationis præcedunt formam in materia, sequitur quod sint prius in materia, et sic quod sint priores in essendo : respondetur, ex iis quæ jam diximus, quod istas dispositiones dupliciter possumus comparare ad ipsam formam. Uno modo utraque absolute accipiendo, et sic sunt posteriores in essendo, quia ut dictum est in responsione ad primum dubium, nulla forma accidentalis advenit materiæ, nisi exsistenti in actu per esse substantiale, et sic oportet formam substantialem, absolute loquendo, prius esse in materia, quam formam accidentalem. Et hoc modo intendit hic sanctus Thomas dispositiones esse posteriores forma substantiali in essendo.

« Alio modo possumus comparare dispositiones ad ipsam formam, ut dat ulteriorem et perfectiorem gradum ad quem disponere intelliguntur : et sic sunt priores ipsa forma in essendo. Prius enim intelligimus materiam habere dispositiones ad formam, quam formam dare esse illud materiæ, ad quod per tales dispositiones materia proportionatur. Ratio hujus diversitatis est, quia comparando ista accidentia ad formam absolute, comparantur ad ipsam ut effectus ad causam : sunt enim in veritate ejus effectus resultantes ex unione formæ ad materiam ; comparando autem ipsa ad formam ut dat ulteriorem gradum perfectionis, considerantur non ut effectus formæ, cum non consequantur ad formam ut dat illum ulteriorem perfectionis gradum, sed ut introductæ in materia ab agente prius per hæc accidentia materiam disponente, quam formam secundum illum ulteriorem gradum introducat. Dictum est enim quod via generationis imperfectum est prius perfecto, et potentia est prior actu : et sic agens educens aliquid de potentia in actum, prius in materia introducit formam imperfectam in materia, quam formam perfectam : unde inquit sanctus Thomas in *Quæstionibus de anima*, art. 9, quod istæ dispositiones præintelliguntur formæ ut inductæ ab agente in materiam. Sunt ergo illæ dispositiones posteriores in essendo, simpliciter loquendo, sed sunt priores in essendo via generationis consideratæ, ut dispositiones ad ulteriorem gradum.

« Sed circa hanc responsionem dubium occurrit, quia ut habet sanctus Thomas, VII *Metaphys.*, lect. 13, omne quod est prius generatione, est prius tempore, et non e converso; sed quod est prius tempore altero, est prius illo in essendo simpliciter : ergo si dispositiones ad formam via generationis præcedunt formam in materia, sequitur quod sint priores simpliciter in essendo ipsa forma, et sic responsio nulla est.

« Ad hujus dubii dissolutionem duabus opus est distinctionibus. Una est, quod cum duplex sit tempus, scilicet reale, et imaginarium, dupliciter potest aliquid dici altero prius tempore, aut videlicet quia est in priori tempore reali, aut quia intelligitur esse in priori tempore imaginario. Secunda est, quod dupliciter aliquid potest dici prius altero generatione, uno modo, quia ad alterius generationem ordinatur, et sua generatio antecedit alterius generationem : sicut in generatione hominis prius generatur vivens quam animal, et animal quam homo, ideo dicitur in illo ordine quod vivens est prius generatione quam animal, et animal quam homo.

« Alio modo ex hoc solum, quia ordinatur ad alterius generationem, sicut partes ex hoc solo dicuntur priores toto generatione, quia ordinantur ad generationem totius. Dicitur ergo quod omne prius generatione primo modo, est etiam prius tempore primo modo, prius autem generatione secundo modo, sufficit quod sit prius tempore secundo modo, in quantum si intellectus consideret illa sic ordinata a natura successive produci, considerat id quod ordinatur ad alterius generationem, in priori tempore generari et produci, et ita esset in veritate; quod si natura illa seorsum produceret, illud prius produceret, quam illud ad cujus generationem ordinatur.

« Dum ergo inquit sanctus Thomas in locis allegatis, omne prius generatione esse etiam prius tempore, accipit prius generatione, et prius tempore, universaliter et indistincte, quia omne prius generatione altero illorum modorum, est altero illorum modorum prius tempore, non autem accipit prius tempore tantum primo modo : quod patet, quia dat exemplum de partibus ex quibus aliquid constituitur respectu totius, inquiens illas esse priores tempore et generatione.

« Constat autem quod ipsa forma non producitur in esse ante compositum, cum nonnisi in composito fiat, ut possit dici esse in priori tempore reali : sed dicitur prior tempore, quia si imaginemur seorsum produci formam, et seorsum compositum, imaginabimur prius produci formam quam compositum, quia compositum præsupponit partes ex quibus componitur. Dispositiones ergo de quibus loquimur, quæ formam scilicet concomitantur in materia, non sunt realiter priores tempore, sed tantum imaginarie.

« Advertendum autem quod licet similiter forma non præcedat dispositiones illas tempore, cum in eodem instanti in materia introducantur : dicitur tamen forma esse prior in essendo ipsis dispositionibus, si absolute considerentur omnia, non autem e contrario, quia non dicimus hic unum esse prius altero in essendo, quasi unum prius duratione habeat esse quam aliud, sed quia unum ab altero realiter secundum suum esse dependet, et alterum est illi realiter causa essendi; modo forma talibus accidentibus est realiter causa essendi ipsi formæ, cum sequantur esse formæ in materia absolute, sed tantum secundum nostrum modum considerandi, in quantum diversas perfectiones quas anima dat materiæ, quæ sunt realiter unum, secundum nostram considerationem dividimus, et inter primam et secundam perfectionem intelligimus accidentia mediare; unde realiter talia accidentia sunt posteriora ipsa forma in essendo : præcedunt autem illam in essendo secundum aliquem modum nostræ considerationis. »

QUOD ANIMA SIT TOTA IN TOTO, ET TOTA IN QUALIBET PARTE. (Cap. 72.)

Per eadem autem ostendi potest animam totam in toto corpore esse, et totam in singulis partibus. Oportet enim proprium actum in proprio perfectibili esse, anima autem est actus corporis organici, non unius organi tantum, est igitur in toto corpore, et non in una parte tantum secundum suam essentiam, secundum quam est forma corporis, sic autem anima est forma totius corporis, quod est etiam forma singularum partium, sic enim esset forma totius, et non partium, non esset forma substantialis talis corporis : sicut forma domus quæ est forma totius, et non singularum partium, est forma accidentalis.

Quod autem anima est forma substantialis totius, et partium, patet per hoc quod ab ea sortitur speciem et totum, et partes : unde ea abscedente, neque totum, neque partes remanent ejusdem speciei, nam oculus mortui et caro ejus non dicuntur nisi æquivoce; si igitur anima est actus singularum partium, actus autem est in eo cujus est actus. Relinquitur quod sit secundum suam essentiam in qualibet parte corporis.

Quod autem tota, manifestum est, cum enim totum dicatur per relationem ad partes, oportet totum diversimode accipi, sicut diversimode accipiuntur partes. Dicitur autem pars dupliciter Uno quidem modo in quantum dividitur aliquid secundum quantitatem, sicut bicubitum est pars tricubiti. Alio modo in quantum dividitur aliquid secundum divisionem essentiæ : sicut forma et materia dicuntur partes compositi. Dicitur ergo totum et secundum quantitatem, et secundum essentiæ perfectionem; totum autem et partes secundum quantitatem dictis formis non conveniunt nisi per accidens, scilicet in quantum dividuntur divisione subjecti quantitatem habentis; totum autem vel pars secundum perfectionem essentiæ invenitur in formis per se.

De hac igitur totalitate loquendo quæ per se formis competit, in qualibet forma apparet quod est tota in toto, et in tota qualibet parte ejus; nam albedo sicut secundum totam rationem albedinis est in toto corpore, ita et in parte qualibet ejus, secus autem est de totalitate quæ per accidens attribuitur formis : sic enim non possumus dicere quod tota albedo sit in qualibet parte. Si igitur est aliqua forma quæ non dividatur divisione subjecti, sicut sunt animæ animalium perfectorum, non erit opus distinctione, cum eis non competat nisi una totalitas; sed absolute dicendum est eam totam esse in qualibet corporis parte

nec est hoc difficile apprehendere ei qui intelligit animam non sic esse indivisibilem ut punctum, neque sicut incorporeum corporeo conjungi, sicut corpora adinvicem conjunguntur, ut supra expositum est. Non est autem inconveniens, animam, cum sit quædam forma simplex, esse actum partium tam diversarum : quia unicuique formæ aptatur materia secundum suam congruentiam, quanto autem aliqua forma est nobilior et simplicior, tanto est majoris virtutis; unde anima quæ est nobilissima inter formas inferiores, etsi simplex sit in substantia, est tamen multiplex in potentia, et multarum operationum : unde indiget diversis organis ad suas operationes complendas : quorum diversæ animæ potentiæ proprii actus esse dicuntur, sicut visus oculi, auditus aurium, et sic de aliis, propter quod animalia perfecta habent maximam diversitatem in organis, plantæ vero minimam.

Hac igitur occasione a quibusdam philosophis dictum est animam esse in aliqua parte corporis, sicut ab ipso Aristotele in lib. De causa motus animalium, *dicitur esse in corde : quia aliqua potentiarum ejus illi parti corporis attribuitur; vis enim motiva, de qua Aristoteles in libro agebat, est principaliter in corde, per quod anima in totum corpus motum et alias hujusmodi operationes diffundit.*

COMMENTAIRE.

« Cum ostensum sit, quoniam anima intellectiva corpori immediate unitur, declarandum restat ipsam totam, et in toto et in qualibet parte esse. Circa hoc autem duo facit sanctus Thomas : primo enim propositum ostendit; secundo quasdam objectiones excludit. Quantum ad primum cum duas partes habeat conclusio, scilicet et quod anima est in toto et in qualibet parte, et quod in illis est tota, primo probat primam partem, secundo secundam. Primam partem sic probat : et primo quod sit in toto. Anima est actus corporis organici, non unius organi tantum : ergo est in toto, et non in una parte tantum secundum essentiam suam secundum quam est forma corporis. Probatur consequentia, quia oportet proprium actum esse in proprio perfectibili, quod vero sit in omnibus partibus, arguitur. Est forma singularum partium, ergo est in omnibus partibus. Probatur consequentia, quia actus est in eo cujus est actus. Antecedens quoque probatur, quia alias non esset forma substantialis talis corporis, sed accidentalis, sicut forma domus quæ est forma totius, et non singularum partium, est forma accidentalis : hoc autem est falsum, imo anima est forma substantialis totius et partium, cum ab ea et totum et partes speciem sortiantur : quod patet ex hoc, quod ea recedente, nec totum nec partes remanent ejusdem speciei, oculus enim et caro mortui non dicuntur nisi æquivoce, ergo, etc.

« Circa probationem antecedentis advertendum, quod non ideo infertur, si anima non est forma partium corporis, quod est forma accidentalis, quasi nulla forma accidentalis, sit forma totius et partium (hoc enim est falsum, nam albedo est forma totius et partium, ut hic dicitur), sed quia omnis forma totius, quæ non est forma partium, est forma accidentalis : ut enim dicitur prima quæst. 76, art. 8, cum totum consistat ex partibus, forma totius quæ non dat esse singulis partibus corporis, est forma quæ est compositio et ordo ut est forma domus, talis autem est forma accidentalis.

« Pro secunda parte conclusionis notat primo sanctus Thomas, quod duplex est totum scilicet secundum quantitatem, et secundum essentiæ perfectionem.

« Secundo notat, quod prima totalitas non convenit formis nisi per accidens, secundum quod dividuntur divisione subjecti quanti, totalis autem secunda illis convenit per se.

« Notat tertio, quod si sit aliqua forma quæ non dividatur divisione subjecti, sicut animæ animalium perfectorum, illi convenit tantum secunda totalitas, non autem prima, et de hac intelligitur in conclusione.

« Adverte hic, quod sanctus Thomas non solum animam intellectivam ponit inextensam, sed etiam animas perfectorum animalium, relinquens ex hoc animas imperfectorum animalium extensas esse et divisibiles, hujus rationem vide prima quæst. 76, art. 8; probatur ergo secunda pars conclusionis exemplo albedinis, quæ sicut secundum totam rationem albedinis est in toto, ita et in parte, ergo similiter anima est in toto et partibus secundum totam suam essentiam, sed ipsi non convenit alia totalitas quæ est secundum quantitatem : ergo absolute dicendum est quod est tota in toto, et tota in qualibet parte.

« Circa totalitatem essentiæ animæ occurrit dubium. Ut enim hic dicitur, totum dicitur per relationem ad partes; ergo oportet ut totum secundum essentiam habeat partes essentiæ, cum sit simplex essentia; ergo non habet totalitatem essentiæ, ut possit dici esse tota in toto et in singulis partibus.

« Ad hoc dupliciter secundum doctrinam sancti Thomæ responderi potest. Primo, quod duplices sunt partes essentiæ : quædam sunt partes reales realiter essentiam componentes, sicut materia et forma sunt partes essentiæ materialis : quædam vero sunt partes definitionis, sicut genus et differentia animæ; ergo habet partes rationis et definitionis, non autem partes reales. Et hoc modo hic intelligitur quod anima habeat totalitatem essentiæ, in quantum habet partes suæ definitionis, eo modo quo animæ convenit definitio, quod autem sic intelligatur, patet, quia de albedine loquens quomodo est tota in toto, et tota in qualibet parte, inquit quod est secundum totam rationem albedinis in toto et in partibus, ubi patet, quod per totalitatem essentiæ intelligit totalitatem rationis.

« Secundo responderi potest, quod licet totum dicatur per relationem ad partes secundum quod totum dicitur compositum ex partibus, ut tamen totum idem est quod perfectum, non dicit relationem ad partes,

sed absolute dicitur, et sic dicitur anima habere totalitatem essentiæ, in quantum suam perfectionem essentialem habet, et secundum illam est in qualibet parte corporis et in toto.

« Hanc responsionem elicere possumus ex verbis sancti Thomæ in *Quæstione de anima*, art. 10, ubi ait quod totalitas essentiæ convenit etiam essentiis simplicibus ratione suæ perfectionis, eo quod sicut composita habent perfectam speciem per seipsas, speciem intellige, id est, entitatem et naturam propriam. Quantum ad secundum, removentur quatuor objectiones quæ contra hanc determinationem possent fieri.

« Prima objectio esse posset : Anima est indivisibilis, ergo non potest esse nisi in indivisibili, ergo non est in toto corpore, et in qualibet ejus parte.

« Respondetur, quod consequentia esset vera de indivisibili ad modum puncti habentis situm in continuo, non autem de indivisibili per abstractionem a toto genere continui, quomodo scilicet anima est indivisibilis, ut dicitur de spiritu articulo quarto, ad quintum.

« Secunda objectio esse potest : Quod totum conjungitur uni, non potest totum alteri conjungi ab illo separato : patet enim quod corpus quod manui secundum se totum conjungitur, non conjungitur pedi : ergo si anima est tota in manu, non poterit esse in pede. Respondetur, quod major est vera de conjunctione corporum, non autem de conjunctione qua incorporeum corporeo conjungitur.

« Tertia objectio esse posset : Forma est proportionata materiæ, sed anima est forma simplex : ergo respondet ei materia simplex, et non materia multiplex; sed diversæ partes corporis se habent sicut materia multiplex, ergo anima non est forma cujuslibet partis corporis.

« Respondetur quod anima, licet sit simplex secundum essentiam, est tamen multiplex in virtute et potentia, et est principium multarum operationum, quia quanto aliqua forma est nobilior et perfectior, tanto est majoris virtutis; anima autem est nobilissima inter formas inferiores, et ideo indiget diversis organis ad suas operationes complendas.

« Duo sunt hoc loco advertenda. Primum est, quod materia est non tantum propter esse formæ, sed etiam propter ejus operationes : et ideo oportet ipsam esse proportionatam non solum esse formæ, sed etiam operationibus, ut scilicet sit talis, quod omnibus formæ operationibus per ipsam materiam exercendis sit apta; idcirco quamvis anima simplex secundum essentiam sit, quia tamen principium multarum operationum est, oportet et materiam ejus multiplicitatem organorum habere; et in hoc consistit responsio data.

« Secundum est, quod licet universaliter verum sit, quod quanto aliqua forma est nobilior et perfectior, tanto est majoris virtutis, quia virtus sequitur essentiam rei, non est tamen universaliter verum, quod quanto forma est nobilior et perfectior, tanto simul sit multiplicior in potentiis et diversitate operationum. Quia si ponamus corpora cœlestia esse animata, animæ ipsorum sunt perfectiores anima intellectiva humana, et tamen non habent nisi potentias intellectivas, cum anima humana habeat et sensitivas et vegetativas, sed est verum in formis rerum corruptibilium : videmus enim quod sensitiva habet potentias vegetativas et sensitivas, vegetativa vero habet tantum vegetativas et iterum anima hominis præter sensitivas et vegetativas, habet etiam intellectivas : ideo non dixit simpliciter sanctus Thomas quod anima sit nobilior inter formas, sed quod est nobilissima inter formas inferiores. Et *De spiritu*, art. 4, ubi eadem habetur sententia, fit comparatio inter formas rerum corruptibilium duntaxat, ubi dicitur quod in istis rebus corruptibilibus formæ imperfectiores quæ sunt debilioris virtutis, habent paucas operationes; anima vero, cum sit majoris et altioris virtutis, potest esse principium diversarum operationum.

« Quarta objectio esse posset, quia Aristoteles, in lib. *De causa motus animalium*, inquit animam esse duntaxat in quodam principio corporis : ergo non est in qualibet parte.

« Respondetur quod cum anima diversas operationes per diversas potentias exerceat, quæ sunt diversarum partium corporis actus, secundum unam potentiam dicitur esse in una parte tantum, non autem in aliis, licet in omnibus sit secundum suam essentiam : et propter hoc dixit Aristoteles, in loco allegato, quod anima est in una tantum parte corporis, quia ibi loquebatur de virtute motiva secundum quam anima est tantum in corde, per quod totum corpus movet : non autem voluit quod secundum essentiam esset in una tantum parte. Hanc materiam habes a sancto Thoma plenissime explanatam in prima parte, in *Quæstionibus de anima*, et *De spiritualibus creaturis*, ac etiam in primo *Sententiarum* ; ideo non est in ea amplius immorandum. »

QUOD INTELLECTUS POSSIBILIS NON EST UNUS IN OMNIBUS HOMINIBUS. (Cap. 73.)

1. *Ex præmissis autem evidenter ostenditur non esse et unum intellectum possibilem omnium hominum, qui sunt, et qui erunt, et qui fuerunt, ut Averroes in tertio* De anima *fingit. Ostensum est autem quod substantia intellectus unitur corpori humano ut forma; impossibile est autem unam esse nisi unius materiæ, quia proprius actus in propria potentia fit : sunt enim adinvicem proportionata. Non est igitur intellectus unus omnium hominum.*

2. *Adhuc unicuique motori debentur propria instrumenta. Alia enim sunt instrumenta tibicinis, alia architectonis ; intellectus autem comparatur ad corpus ut motor ipsius, sicut Aristoteles declarat et determinat in tertio* De anima, *sicut impossibile est quod*

architecton utatur instrumentis tibicinis, ita impossibile est quod intellectus unius hominis sit intellectus alterius hominis.

3. *Præterea, Aristoteles in primo* De anima, *reprehendit antiquos de hoc quod disserentes de anima, nihil de proprio susceptibili dicebant : quasi esset contingens, secundum Pythagoricas fabulas, quamlibet animam quodlibet corpus induere, non est igitur possibile quod anima canis ingrediatur corpus lupi, vel anima hominis aliud corpus quam hominis; sed quæ est proportio animæ hominis ad corpus hominis, eadem est proportio animæ hujus hominis ad corpus hujus hominis. Non est igitur possibile animam hujus hominis ingredi aliud corpus quam istius hominis: sed anima hujus hominis est per quam hic homo intelligit; homo enim per animam intelligit, secundum sententiam Aristotelis in primo* De anima : *non est igitur unus intellectus istius et illius hominis.*

4. *Amplius, ab eodem aliquid habet esse, et unitatem; unum enim et ens se consequuntur. Sed unumquodque habet esse per suam formam: ergo et unitas rei sequitur unitatem formæ, impossibile est igitur diversorum individuorum hominum esse formam unam : forma autem hujus hominis est anima intellectiva : impossibile est igitur omnium hominum esse unum intellectum. Si autem dicatur quod anima sensitiva hujus hominis sit alia ab anima sensitiva illius, et pro tanto non est unus homo, licet sit unus intellectus; hoc stare non potest, propria enim operatio cujuslibet rei consequitur et demonstrat speciem ipsius, sicut autem animalis propria operatio est sentire, ita hominis propria operatio est intelligere, ut Aristoteles dicit in primo* Ethic. *Unde oportet quod sicut homo individuum est animal propter sensum, secundum Aristotelem in secundo* De anima : *ita sit homo propter id quod intelligit. Id autem quo intelligit anima vel homo per animam, est intellectus possibilis, ut dicitur in tertio* De anima, *est igitur hoc individuum homo per intellectum possibilem : si igitur hic homo habet aliam animam sensitivam cum alio homine, non autem alium intellectum possibilem, sed unum et eumdem; sequitur quod sint duo animalia, sed non duo homines, quod patet impossibile esse. Non igitur est unus intellectus possibilis omnium hominum. His autem rationibus respondet commentator prædictus in tertio* De anima, *dicens quod intellectus possibilis continuatur nobiscum per formam suam, scilicet per speciem intelligibilem, cujus unum subjectum est phantasma in nobis exsistens, quod est in diversis diversum, et sic intellectus possibilis numeratur in diversis non ratione suæ substantiæ, sed ratione suæ formæ. Quod autem hæc responsio nulla sit, apparet per ea quæ supra dicta sunt; ostensum est enim supra, quod non est possibile hominem intelligere, si sic solum intellectus possibilis continuaretur nobiscum. Dato autem quod prædicta continuatio sufficeret ad hoc quod homo esset intelligens, adhuc responsio dicta, rationes supradictas non solvit; secundum enim dictam positionem nihil ad intellectum pertinens remanebit numeratum secundum multitudinem hominum, nisi solum phantasma, et hoc ipsum phantasma non erit numeratum secundum quod intellectum est in actu : quia sic est in intellectu possibili, et est abstractum a materialibus conditionibus per intellectum agentem : phantasma autem secundum quod est intellectum in potentia, non excedit gradum animæ sensitivæ.*

5. *Adhuc, non remanebit alius hic homo ab illo nisi per animam sensitivam : et sequitur prædictum inconveniens, quod non sit plures homines hic et ille.*

6. *Præterea, nihil sortitur speciem per id quod est in potentia, sed per id quod est actu, phantasma autem secundum quod est numeratum, est tantum in potentia ad esse intelligibile; ergo per phantasma secundum quod numeratur, non sortitur hoc individuum speciem animalis intellectivi, quod est ratio hominis : et sic remanebit illud quod speciem humanam dat, non esse numeratum in diversis.*

7. *Adhuc, illud per quod speciem sortitur unumquodque vivens, est perfectio prima, et non perfectio secunda, ut patet per Aristotelem in secundo* De anima; *phantasma autem non est perfectio prima, sed perfectio secunda : est enim phantasia motus factus a sensu secundum actum, ut dicitur in lib.* De anima : *non igitur est ipsum phantasma quod numeratur, a quo homo speciem habet.*

8. *Amplius, phantasmata quæ sunt intellecta in potentia, diversa sunt; illud autem quo aliquid speciem sortitur, oportet esse unum : nam species una est unius. Non igitur per phantasmata, prout ponuntur numerari in diversis ut sunt intellecta in potentia, homo speciem sortitur.*

9. *Item, illud quo homo sortitur speciem, oportet semper esse manens in eodem individuo dum durat : alias individuum non semper esset unius et ejusdem speciei, sed quandoque hujus, quandoque illius; phantasmata autem non semper eadem manent in uno homine, sed quædam de novo adveniunt, quædam et præexsistentia abolentur; individuum igitur hominis neque per phantasmata sortitur speciem, neque per ipsum continuatur principio suæ speciei : quod est intellectus possibilis. Si autem dicatur quod hic homo non sortitur speciem ab ipsis phantasmatibus, sed a virtutibus in quibus sunt phantasmata, scilicet imaginativa, memorativa et cogitativa, quæ est propria homini, quam Aristoteles in tertio* De anima *passivum intellectum vocat, adhuc sequuntur eadem inconvenientia; quia cum virtus cogitativa habeat operationem solum circa particularia, quorum intentiones dividit et componit, et habeat organum corporale per quod agit, non transcendit genus animæ sensitivæ : homo autem ex anima sensitiva non habet quod sit homo, sed quod sit animal; adhuc igitur relinquitur quod numeretur in nobis solum id quod competit homini in quantum est animal.*

10. *Præterea, virtus cogitativa cum operetur per organum, non est id quo intelligimus, cum intelligere non sit operatio alicujus organi, id quo homo est homo : cum intelligere*

sit propria operatio hominis consequens ejus speciem ; non est igitur hoc individuum homo per virtutem cogitativam ; neque hæc virtus est per quod homo substantialiter differt a brutis, ut commentator prædictus fingit.

11. *Adhuc, virtus cogitativa non habet ordinem ad intellectum possibilem quo intelligit homo, nisi per suum actum quo præparantur phantasmata, ut per intellectum agentem fiant intelligibilia actu et perficientia intellectum possibilem. Operatio autem ista non semper eadem manet in nobis, impossibile est igitur quod homo per eam vel continuetur principio speciei humanæ, vel per eam habeat speciem. Sic igitur patet quod prædicta responsio omnino confutanda est.*

12. *Item id quo aliquid operatur aut agit, est principium ad quod sequitur operatio, non solum quantum ad esse ipsius, sed etiam quantum ad multitudinem aut unitatem ; ab eodem enim calore non est nisi unum calefacere, sive una calefactio activa, quamvis possit esse multiplex calefieri, sive multæ calefactiones passivæ secundum diversitatem calefactorum simul per unum calorem ; intellectus autem possibilis est quo intelligit anima, ut dicit Aristoteles in tertio* De anima. *Si igitur intellectus possibilis hujus et illius hominis sit unus et idem numero, necesse erit etiam intelligere utriusque esse unum et idem : quod patet esse impossibile. Nam diversorum individuorum impossibile est esse operationem unam : impossibile est igitur intellectum possibilem esse unum hujus et illius. Si autem dicatur quod ipsum intelligere multiplicatur secundum diversitatem phantasmatum, hoc stare non potest : sicut enim dictum est, unius agentis una est actio, quæ multiplicatur solum secundum diversa subjecta in quæ transit illa actio. Intelligere autem et velle et hujusmodi non sunt actiones transeuntes in exteriorem materiam, sed manent in ipso agente quasi perfectiones ipsius agentis, ut patet per Aristotelem in undecimo* Metaph. *Non potest igitur unum intelligere intellectus possibilis multiplicari per diversitatem phantasmatum.*

13. *Præterea phantasmata se habent ad intellectum possibilem ut activum quodammodo ad passivum, secundum quod Aristoteles dicit in tertio* De anima, *quod intelligere quoddam pati est; pati autem ipsum patientis diversificatur secundum diversas formas activorum sive species, non secundum diversitatem eorum in numero ; in uno enim passivo sequitur simul a duobus activis, scilicet calefaciente et desiccante calefieri et desiccari. Non autem a duobus calefacientibus sequitur in uno calefactibili duplex calefieri, sed unum tantum, nisi forte sint diversæ species caloris : cum enim calor duplex unius speciei non possit esse in uno subjecto, motus autem numeretur secundum terminum ad quem, si sit unius temporis et ejusdem subjecti, non poterit esse duplex calefieri in uno subjecto; et hoc dico nisi sit alia species caloris, sicut ponitur in semine calor ignis cœli et animæ. Ex diversitate igitur phantasmatum intelligere intellectus possibilis non multiplicatur nisi secundum diversarum specierum intelligentiam, ut dicamus quod aliud est ejus intelligere prout intelligit hominem et prout intelligit equum, sed horum unum intelligere simul convenit omnibus hominibus ; ergo ad hoc sequetur quod idem intelligere numero sit hujus hominis et illius.*

14. *Adhuc : Intellectus possibilis intelligit hominem, non secundum quod est hic homo, sed in quantum est homo simpliciter secundum rationem speciei ; hæc autem ratio una est quantumcunque phantasmata hominis multiplicentur vel in uno homine, vel in diversis secundum diversa individua hominis quorum proprie sunt phantasmata : multiplicatio igitur phantasmatum non potest esse causa quod multiplicetur ipsum intelligere intellectus possibilis respectu unius speciei, et sic adhuc remanebit una actio numero diversorum hominum.*

15. *Item, proprium subjectum habitus scientiæ est intellectus possibilis, quia ejus actus est considerare secundum scientiam. Accidens autem si sit unum secundum speciem, non multiplicatur nisi secundum subjectum. Si igitur intellectus possibilis sit unus omnium hominum, necesse erit quod scientiæ habitus si sit idem secundum speciem, puta habitus grammaticæ, sit idem numero in omnibus hominibus, quod est inopinabile. Non est igitur intellectus possibilis unus in omnibus. Sed ad hoc dicunt quod subjectum habitus scientiæ non est intellectus possibilis, sed intellectus passivus et virtus cogitativa. Quod quidem esse non potest. Nam sicut probat Aristoteles in secundo* Ethicorum, *ex similibus actibus fiunt similes habitus et similes etiam actus reddunt ; ex actibus autem intellectus possibilis fit habitus scientiæ in nobis et ad eosdem actus potentes sumus secundum habitum scientiæ. Habitus igitur scientiæ est in intellectu possibili, non passivo.*

16. *Adhuc, scientia est de conclusionibus demonstrationum ; nam demonstratio est syllogismus faciens scire, ut Aristoteles dicit in* I Posteriorum. *Conclusiones autem demonstrationum sunt universales, sicut et principia ; est igitur in illa virtute quæ est cognitiva universalium ; intellectus autem passivus non est cognoscitivus universalium, sed particularium intentionum, non est igitur subjectum habitus scientiæ.*

17. *Præterea, contra hoc sunt plures rationes adductæ supra cum de unione intellectus possibilis ad hominem ageretur. Videtur autem ex hoc fuisse deceptio in ponendo habitum scientiæ in intellectu passivo esse, quia homines inveniuntur promptiores vel minus prompti ad scientiarum considerationes secundum diversam dispositionem virtutis cogitativæ et imaginativæ. Sed ista promptitudo dependet ab illis virtutibus sicut ex dispositionibus remotis, prout etiam dependet a bonitate tactus et corporis complexione, secundum quod dicit Aristoteles in secundo* De anima, *homines boni tactus et mollis carnis esse bene aptos mente ; ex habitu autem scientiæ inest facultas considerandi sicut*

ex proximo principio actus; oportet enim quod habitus scientiæ perficiat potentiam qua intelligimus ut agat cum voluerit faciliter, sicut et alii habitus potentias in quibus sunt.

18. *Item, dispositiones prædictarum virtutum sunt ex parte objecti, scilicet phantasmatis quod propter bonitatem harum virtutum præparatur ad hoc quod faciliter fiat intelligibile actu per intellectum agentem; dispositiones autem quæ sunt ex parte objectorum non sunt habitus, sed quæ sunt ex parte potentiarum; non enim dispositiones quibus terribilia fiunt magis toleranda sunt habitus fortitudinis, sed dispositio qua pars animæ, scilicet irascibilis, disponitur ad terribilia sustinenda; ergo manifestum est quod habitus scientiæ non est in intellectu passivo, ut commentator prædictus dicit, sed magis in intellectu possibili.*

19. *Item, si unus est intellectus possibilis omnium hominum, oportet ponere intellectum possibilem semper fuisse, si homines semper fuerunt sicut ponunt; et multo magis intellectum agentem, quia agens est honorabilius patiente, ut Aristoteles dicit, sed si agens est æternum et recipiens æternum, oportet recepta esse æterna; ergo species intelligibiles ab æterno fuerunt in intellectu possibili; non igitur de novo erit quod recipiat aliquas species intelligibiles; ad nihil autem sensus et phantasia sunt necessaria ad intelligendum, nisi ut ab eis accipiantur species intelligibiles. Sensus igitur non erit necessarius ad intelligendum, neque phantasia, et redibit opinio Platonis in* Meno, *quod scientiam non acquirimus per sensus, sed ab eis excitamur ad rememorandum prius scita. Sed ad hoc respondet prædictus commentator quod species intelligibiles habent duplex subjectum, ex uno quorum habent æternitatem, scilicet ab intellectu possibili; ab alio autem habent novitatem, scilicet a phantasmate, sicut etiam speciei visibilis subjectum est duplex, scilicet res extra animam et potentia visiva. Hæc autem responsio stare non potest; impossibile enim est quod actio et perfectio æterni dependeat ab aliquo temporali: phantasmata autem temporalia sunt et de novo quotidie in nobis facta ex sensu. Impossibile est igitur quod species intelligibiles quibus intellectus possibilis fit actu et operatur dependeat a phantasmatibus, sicut species visibiles dependent a rebus quæ sunt extra animam.*

20. *Amplius, nihil recipit quod jam habet, quia recipiens oportet esse denudatum a recepto secundum Aristotelem; sed species intelligibiles ante meum sentire vel tuum fuerunt in intellectu possibili; non enim qui fuerunt ante nos intellexissent, nisi intellectus possibilis fuisset reductus in actum per species intelligibiles. Nec potest dici quod species illæ prius receptæ in intellectu possibili esse cessaverunt, quia intellectus possibilis non solum recipit, sed conservat quæ recipit. Unde in tertio* De anima, *dicitur esse locus specierum; igitur ex phantasmatibus nostris non recipiuntur species in intellectu possibili; frustra igitur per intellectum agentem fiunt intelligibilia actu nostra phantasmata.*

21. *Item, receptum est in recipiente per modum recipientis, sed intellectus secundum se est supra motum; ergo quod recipitur in eo recipitur fixe ut immobiliter.*

22. *Præterea cum intellectus sit superior virtus quam sensus, oportet quod sit magis unita: et ex hoc videmus quod unus intellectus habet judicium de diversis generibus sensibilium, quæ ad diversas potentias sensitivas pertinent; unde accipere possumus quod operationes pertinentes ad diversas potentias sensitivas, in uno intellectu adunantur. Potentiarum autem sensitivarum quædam recipiunt tantum, ut sensus, quædam autem retinent, ut imaginatio et memoria: unde et thesauri dicuntur, oportet igitur quod intellectus possibilis et recipiat, et retineat jam recepta.*

23. *Amplius, in rebus naturalibus vanum est dicere quod id ad quod pervenitur per motum, non permaneat, sed statim esse desinat. Propter quod repudiatur positio dicentium omnia semper moveri, oportet enim motum ad quietem terminari: multo igitur minus dici potest quod receptum in intellectu possibili non conservetur.*

24. *Adhuc, si ex phantasmatibus quæ sunt in nobis, intellectus possibilis non recipit aliquas species intelligibiles, quia jam recepit a phantasmatibus eorum qui fuerunt ante nos: pari ratione a nullorum phantasmatibus recipit, quas alii receperunt, sed quoslibet aliqui alii præcesserunt si mundus æternus est, ut ponunt. Nunquam igitur intellectus possibilis recipit aliquas species a phantasmatibus. Frustra igitur ponitur intellectus agens ab Aristotele ut faciat phantasmata esse intelligibilia actu.*

25. *Præterea ex hoc videtur sequi quod intellectus possibilis non indigeat phantasmatibus ad intelligendum, non autem per intellectum possibilem intelligimus, neque igitur nos sensu et phantasmate indigebimus ad intelligendum; quod est manifeste falsum, contra scientiam Aristotelis. Si autem dicatur quod pari ratione non indigeremus phantasmate, ad considerandum ea quorum species intelligibiles sunt in intellectu conservatæ, etiam si intellectus possibiles sint plures in diversis (quod est contra Aristotelem qui dicit quod nequaquam sine phantasmate intelligit anima), patet quod non est conveniens obviatio; intellectus enim possibilis sicut et quælibet substantia operatur secundum modum suæ naturæ, secundum autem naturam suam est forma corporis. Unde intelligit quidem immaterialia, sed inspicit ea in aliquo materiali: cujus signum est quod in doctrinis universalibus exempla particularia ponuntur in quibus quod dicitur inspiciatur; alio ergo modo se habet intellectus possibilis ad phantasma, quo indiget ante speciem intelligibilem, et alio modo postquam recepit speciem intelligibilem; ante enim indiget eo ut ab eo accipiat speciem intelligibilem, unde se habet ad intellectum possibilem ut objectum movens:*

sed post speciem in eo receptam indiget eo quasi instrumento sive fundamento suæ speciei, unde se habet ad phantasmata sicut causa efficiens: secundum enim imperium intellectus formatur in imaginatione phantasma conveniens tali speciei intelligibili, in quo respondet species intelligibilis, sicut exemplar in exemplato sive in imagine. Si ergo intellectus possibilis semper habuisset species, nunquam compararetur ad phantasmata sicut recipiens ad objectum motivum.

26. *Item intellectus possibilis est quo anima et homo intelligit, secundum Aristotelem; si autem intellectus possibilis est unus omnium, ac æternus, oportet quod in ipso jam sint receptæ omnes species intelligibiles eorum, quæ a quibuslibet hominibus sunt scita vel fuerunt: quilibet igitur nostrum, qui per intellectum possibilem intelligit, imo cujus intelligere est ipsum intelligere intellectus possibilis, intelliget omnia quæ sunt vel fuerunt a quibuscunque intellecta; quod patet esse falsum. Ad hoc autem commentator prædictus respondet dicens, quod nos non intelligimus per intellectum possibilem nisi secundum quod continuatur nobis per nostra phantasmata; et quia non sunt eadem phantasmata apud omnes nec eodem modo disposita, nec quidquid intelligit unus, intelligit alius. Et videtur hæc responsio consonare præmissis. Nam etiam si intellectus possibilis non est unus, non intelligimus ea quorum species sunt in intellectu possibili, nisi adsint phantasmata ad hoc disposita. Sed quod dicta responsio non possit totaliter inconveniens evitare, sic patet, cum intellectus possibilis factus est actu per speciem intelligibilem receptam, potest agere per seipsum, ut dicit Aristoteles in tertio* De anima. *Unde videmus quod illud cujus scientiam semel accepimus, est in potestate nostra iterum considerare cum volumus nec impedimur propter phantasmata: quia in potestate nostra est formare phantasmata accommodata considerationi quam volumus, nisi forte esset impedimentum ex parte organi cujus est, sicut accidit in phreneticis et lethargicis, qui non possunt habere liberum actum phantasiæ et memorativæ. Et propter hoc Aristoteles dicit octavo* Physicorum, *quod ille qui jam habet habitum scientiæ, licet sit potentia considerans, non indiget motore qui reducat eum de potentia in actum, nisi removente prohibens: sed potest ipse exire in actum considerationis ut vult. Si autem in intellectu possibili sunt species intelligibiles omnium scientiarum, quod oportet dicere sit, est unus et æternus, necessitas phantasmatum ad intellectum possibilem erit sicut est illius qui jam habet scientiam, ad considerandum secundum scientiam illam: quod etiam sine phantasmatibus non posset. Cum igitur quilibet homo intelligat per intellectum possibilem secundum quod est reductus in actum per species intelligibiles, quilibet homo poterit considerare, cum voluerit, scita omnium scientiarum: quod est manifeste falsum; sic enim nullus indigeret doctore ad acquirendum scientiam. Non igitur est unus et æternus intellectus possibilis.*

COMMENTAIRE.

« Postquam determinavit sanctus Thomas de unione animæ intellectivæ ad corpus, nunc de ejus unitate determinat. Quia autem intellectus possibilis quo anima intelligit, in ipsa animæ essentia radicatur, propter quod si poneretur unus omnium hominum, oporteret dicere esse unam omnium hominum animam intellectivam; idcirco volens quærere sanctus Thomas de unitate animæ intellectivæ, de unitate intellectus possibilis inquirit: quia autem ad intelligendum concurrit esse intellectus agens, ideo post determinationem de intellectu possibili, quærit, et de intellectu agente quantum ad abstractionem et unitatem, cap. 76. Circa intellectum possibilem duo facit. Primo ostendit non esse unum intellectum omnium hominum contra Averroem dicentem unum intellectum possibilem omnium hominum qui sunt, qui erunt, et qui fuerunt secundum rationes Averroistarum solvit. Quantum ad primum arguit primo sic: Substantia intellectus, id est, substantia in qua radicatur virtus intellectiva, unitur corpori humano ut forma: ergo non est unus intellectus omnium hominum? Probatur consequentia, quia impossibile est esse unam formam nisi unius materiæ, cum proprius actus sit in propria materia, sintque adinvicem proportionata.

« Adverte, cum dicitur quod una forma non potest esse nisi unius materiæ, illud intelligendum est de materia quæ est primum perfectibile a tali forma; talis enim materia proportionatur formæ, ita quod nec forma invenitur extra illud perfectibile, nec materia est alterius formæ susceptiva: hæc enim materia requirit hanc formam, et hæc forma requirit hanc materiam; sed de materia quæ est pars primi perfectibilis, non est inconveniens unam formam plures materias informare: dictum est enim superius unam animam esse actum et formam omnium partium corporis.

« Secundo, intellectus comparatur ad corpus ut motor ipsius, ut dicitur tertio *De anima*: ergo intellectus unius hominis non est intellectus alterius. Probatur consequentia, quia unicuique motori debentur propria instrumenta: non enim architecton utitur instrumentis tibicinis.

« Sed non videtur ita ratio efficax, imo ex hoc quod intellectus comparatur ad corpus sicut motor, videtur quod non repugnet unum intellectum esse in pluribus hominibus, quia unus motor multa mobilia movere potest. Videtur etiam quod probatio consequentiæ nulla sit, corpora enim hominis sunt instrumenta intellectus unius rationis. Assumpta autem propositio, quod unicuique motori debentur propria instrumenta, intelligitur ad hunc sensum, quod unus artifex utitur instrumentis alterius rationis, ab instrumentis alterius artis, modo licet unus artifex non utatur instrumentis alterius artis, non sequitur quod non possit uti diversis numero instrumentis ejusdem artis. Antecedens enim est verum, et consequens falsum. Respondetur ad primum, quod ratio

efficax est, si bene intelligatur: quamvis enim unus motor possit diversa mobilia inadæquata movere, et pluribus instrumentis inadæquatis uti, quorum nullum per se sufficit ad operationem moventis, non tamen unus numero artifex simul utitur pluribus instrumentis et motis adæquatis, quorum scilicet unumquodque per se sufficit ad actionem moventis, ut patet per artes et per operationem naturæ discurrenti: corpus autem uniuscujusque hominis est instrumentum adæquatum intellectui, quia omnem operationem suam per unum corpus hominis sufficienter exercet; ergo non poterit unus intellectus simul uti pluribus corporibus et pluribus hominibus. Cum ergo simul plures homines moveantur ab intellectu, quia plures homines simul ex apprehensione intellectiva conjuncta imaginationi ambulant (intellectus enim practicus est motor in hominibus, ut dicitur tertio *De anima*), et similiter plures homines moventur ad intellectionem unius et ejusdem rei simul, et ad opera partis sensitivæ, quæ intellectui obediunt et ei deserviunt: sequitur quod plurium hominum plures intellectus sint, et non unus numero omnium.

« Ad secundum dicitur, quod ex eo quod unus motor et unus artifex non utitur instrumentis alterius artis, vult habere sanctus Thomas quod etiam unus numero artifex non utitur pluribus instrumentis ejusdem speciei simul, quia utrobique est eadem ratio; sicut enim instrumentum ad aliam artem pertinens esset superfluum isti artifici, ita si plura acciperet instrumenta, quorum unumquodque esset per se sufficiens, oportet alterum eorum superfluum esse: et sic ratio procedit, et consequentia optime probatur.

« Adverte autem quod hanc rationem sumpsit sanctus Thomas ab ipso Averroe III *De anima*, com. 5, ubi ait, quod si sunt aliqua animata quorum prima perfectio est substantia separata a suis subjectis, ut existimatur de corporibus cœlestibus, impossibile est ut inveniatur ex una specie eorum plus uno individuo: quod probat, quia esse eorum esset otiosum: sicut esse plus una navi in numero uni nautæ in eadem hora, est otiosum, et similiter esse plus uno instrumento ejusdem speciei, uni artifici. Et confirmat ex dictis in primo *Cœli*, ubi dicitur quod si esset alius mundus, esset aliud corpus cœleste, et haberet alium motorem numero a motore istius corporis: quia impossibile est ut unicus motor numero sit duorum corporum diversorum in numero. Tertio, anima hominis non potest ingredi aliud corpus quam hominis, ut habetur ex Philosopho, primo *De anima*, contra antiquos, tex. 53; ergo anima hujus hominis non potest ingredi aliud corpus quam hujus hominis; sed anima hujus hominis est per quam hic homo intelligit, cum anima sit per quam homo intelligit, primo *De anima*, tex. 64: ergo non est unus intellectus hujus et illius hominis. Probatur prima consequentia, quia quæ est proportio animæ hominis ad corpus hominis, eadem est animæ hujus hominis ad corpus hujus hominis.

« Adverte quod cum intellectus sit id quo proxime intelligimus tanquam principio elicitivo intellectionis, si ponatur hominem per animam intelligere, oportet aut ut illa sit intellectus, aut habeat intellectum tanquam virtutem et potentiam suam; propter hoc conclusit sanctus Thomas, ex hoc quod anima qua homo non intelligit, non potest esse anima alterius hominis, quod intellectus hujus hominis non potest esse intellectus alterius hominis. Quarto, forma hujus hominis est anima intellectiva, ergo impossibile est diversorum hominum esse unam animam intellectivam, ergo, etc. Probatur consequentia, quia impossibile est diversorum individuorum hominum esse unam formam, cum unumquodque sicut a forma habet esse, ita ab unitate formæ habeat unitatem. Si dicatur animam sensitivam hujus hominis esse aliam ab anima sensitiva illius, et quod hoc sufficit ad diversitatem hominum, licet sit unus intellectus, hoc non potest stare : quia sequeretur quod isti, qui ponuntur duo homines, non erunt duo homines, sed tantum duo animalia, quod est impossibile. Probatur sequela, quia hoc individuum est homo per intellectum possibilem, sive per animam intellectivam ; ergo si habet animam sensitivam aliam ab illo, non autem alium intellectum, licet sint duo animalia, erunt tamen unus homo. Probatur antecedens, quia homo est homo per id quo intelligit, cum intelligere sit propria operatio hominis, ut dicitur primo *Ethic.*, propria enim operatio consequitur et demonstrat speciem rei, id autem quo intelligit homo vel anima, est intellectus.

« Si respondeatur ad prædictas rationes, ut respondet Averroes III *De anima*, com. 5, quod licet intellectus non multiplicetur ratione suæ substantiæ, multiplicatur tamen ratione suæ formæ, eo quod continuetur nobiscum per speciem intelligibilem cujus unum subjectum est phantasma in nobis, exsistens, quod est diversum in nobis, et per consequens ipsa species multiplicatur ratione sui fundamenti quod est phantasma; hæc responsio nulla est : et ex eo quod ostensum est supra, quod talis continuatio intellectus nobiscum non sufficit ad hoc ut homo intelligat, et ex eo quod etiam admisso quod dicta continuatio sufficeret ad intelligendum, adhuc hæc responsio supradictas rationes non solvit : quod patet, tum quia sic nihil ad intellectum pertinens remanebit numeratum secundum multitudinem hominum, nisi solum phantasma; phantasma autem secundum quod multiplicatur, non excedit gradum animæ sensitivæ, cum non multiplicetur secundum quod est intellectum in actu, sed tantum secundum quod est intellectum in potentia : id est cum secundum quod est in organo phantasiæ multiplicetur, non secundum quod est in intellectu, cum una tantum species ab omnibus phantasmatibus ejusdem speciei sit intellectu; tum quia adhuc non remanebit alius hic homo ab illo, nisi per

animam sensitivam, et sic non erunt plures homines, ut arguebatur; tum quia per phantasma non sortitur hoc individuum speciem animalis intellectivi : quod patet ex quatuor. Primo, quia est tantum in potentia ad esse intelligibile : nihil autem sortitur speciem per id quod est in potentia, sed per id quod est in actu. Secundo, quia phantasma non est perfectio prima, sed secunda, cum phantasia sit motus factus a sensu secundum actum ut dicitur in lib. *De anima*, illud autem per quod sortitur speciem unumquodque vivens, est perfectio prima. Tertio quia phantasmata quæ sunt intellecta, in potentia diversa sunt; illud autem quo aliquid speciem sortitur, oportet esse unum : species enim una est unius. Quarto, quia phantasmata non semper eadem manent in uno homine, illud autem quo homo sortitur speciem, oportet semper esse manens in eodem individuo dum durat, alias non esset semper ejusdem speciei. Ex omnibus igitur his patet quod per phantasma homo neque sortitur speciem, neque continuatur principio suæ speciei qui est intellectus possibilis.

« Dicitur forte quod non ab ipsis phantasmatibus homo sortitur speciem, sed a virtutibus in quibus sunt phantasmata scilicet imaginativa, memorativa et cogitativa, quæ est propria hominis : et a Philosopho, tertio *De anima*, vocatur *intellectus passivus*. Sed hoc etiam nihil est. Nam eadem inconvenientia sequuntur tum quia cogitativa non transcendit genus animæ sensitivæ, cum habeat operationem solum circa particularia, quorum intentiones dividit et componit, et habeat organum corporale. Homo autem ex anima tantum sensitiva non habet quod sit homo : tum quia non est id quo intelligimus, cum operetur per organum, quod non convenit actui intelligendi : id autem quo intelligimus, est id quo homo est homo, cum intelligere sit propria hominis operatio ejus speciem consequens; tum quia operatio cogitativæ, quæ est præparare phantasmata ut per intellectum agentem fiant intelligibilia in actu, et perficiant intellectum possibilem, non semper eadem manet in nobis : virtus autem cogitativa non habet ordinem ad intellectum possibilem, nisi per hunc actum.

« Circa illam propositionem : phantasma non est perfectio prima, sed secunda, dubitatur; quia perfectio secunda est operatio, phantasma autem non est operatio, cum sit similitudo individui, ut dicitur prima, quæst. 85, art. 1, ad tertium; ergo non est perfectio secunda. Responderi potest dupliciter : Primo, quod per secundam perfectionem non accipitur hoc loco operatio, sed perfectio accidentalis : ab hac enim substantia speciem non accipit, sed ab actu substantiali; et ideo cum phantasma sit accidentalis perfectio, non potest ab ipso speciem homo sortiri.

« Secundo respondetur, et melius, quod perfectio secunda dici potest non solum ipsa operatio, sed etiam terminus operationis ut sic; operatio enim cum suo termino est perfectio secunda operantis, phantasma autem est terminus operationis hominis, quia causatur a sensu secundum actum : ideo ad secundam hominis perfectionem pertinet, non autem ad primam, et propter hoc non potest dare homini speciem.

« Circa illam propositionem : Phantasmata quæ sunt intellecta in potentia, diversa sunt (quod videtur intelligendum de phantasmatibus in uno homine exsistentibus, alias non esset ad propositum), advertendum quod dupliciter potest intelligi, scilicet et de phantasmatibus quæ individua diversarum specierum repræsentant, sicut de phantasmatibus hujus hominis, et hujus equi : et de phantasmatibus individuorum ejusdem speciei, ut de phantasmate Socratis et Platonis. Utroque modo verum est quod phantasmata quæ sunt in organo phantasiæ, quæ ut sic non sunt intellecta nisi in potentia sunt diversa simul in uno homine : de primis quidem non est dubium quin sint diversa in uno homine, de secundis autem patet ex iis quæ dicuntur prima parte, q. 76, art. 2, ubi dicitur quod in uno homine possunt esse diversa phantasmata lapidis, quod videtur intelligendum non tantum successive, sed etiam simul; nullum enim inconveniens est plantasmata duorum individuorum ejusdem speciei esse simul in organo phantasiæ, quamvis accidentia solo numero differentia non possunt esse in eodem subjecto, ista enim sunt ejusdem speciei in quantum individua ejusdem speciei materialiter repræsentant; formaliter tamen sunt diversarum specierum : alterius enim speciei esse potest phantasma repræsentans proprietatem hujus individui a phantasmate repræsentante proprietates individuales alterius individui, in quantum potest phantasma hujus lapidis repræsentare lapidem hunc sub figura trianguli aut sub nigredine : phantasma autem alterius lapidis repræsentare illum lapidem sub figura quadrangulari, aut sub albedine, et sic licet idem secundum speciem materialiter repræsentent; formaliter tamen diversa specie repræsentant, et sic ipsa sunt formaliter diversarum specierum. Propterea, quamvis etiam formaliter essent ejusdem speciei, adhuc simul esse possent in organo phantasiæ secundum diversas partes organi, aut quia essent recepta in diversis spiritibus operationi phantasiæ deservientibus. Non approbo autem illam responsionem quæ dicit hujusmodi phantasmata esse ejusdem speciei in repræsentando, non autem in essendo : quia hujusmodi similitudines non accipiunt speciem aliunde quam ab objecto, sicut et species intelligibiles; et ideo si eadem formaliter secundum speciem repræsentent, sunt formaliter eadem secundum speciem : si diversa secundum speciem repræsentent, sunt et ipsæ secundum speciem diversæ, licet materialiter et subjective atque extrinsece possint aliter nominari.. Nam phantasmata lapidis in homine et in equo, licet formaliter et in seipsis considerata sint

ejusdem speciei, possunt tamen materialiter dici diversarum specierum, quia sunt in subjecto primo diversarum specierum : et quæ sunt diversarum specierum formaliter possunt dici materialiter ejusdem speciei in quantum sunt in eodem subjecto secundum speciem, sicut est de phantasmate lapidis, et phantasmate equi in homine. Sed hoc non secus dicitur quam si diceremus albedinem cycni et albedinem nivis esse diversarum specierum; aut nigredinem Socratis, et albedinem Platonis esse ejusdem speciei : quod constat non esse dictum de ipsis formaliter et in se sumptis, sed tantum materialiter et ratione subjecti, quod non est aliud dicere quam quod substantia illarum sunt unius speciei, aut diversarum specierum.

« Ex quibus sequitur, quod si diversa phantasmata idem formaliter secundum speciem repræsentantia in eodem subjecto ponantur, illa nullo modo poterunt dici secundum speciem diversa, cum et idem secundum speciem objectum repræsentent, et sint in eodem subjecto secundum speciem et secundum numerum. Et sic patet distinctionem illam nullam esse, atque etiam falsum continere.

« Quinto ad principale intentum arguitur : Intellectus possibilis est quo intelligit anima, ergo si est unus et idem numero hujus et illius hominis, et intelligere utriusque erit unum et idem : hoc autem est impossibile, cum diversorum individuorum non possit una esse operatio. Ergo, etc. Probatur consequentia, quia id quo aliquid operatur aut agit, est principium ad quod sequitur operatio non solum quantum ad esse ipsius, sed etiam quantum ad unitatem et multitudinem : ab uno enim calore non potest esse nisi una calefactio activa, quamvis possint esse multæ calefactiones passivæ.

« Ad hanc rationem dici posset, quod intelligere multiplicatur secundum diversitatem phantasmatum. Sed hoc non tollit rationem, tum quia intelligere non est operatio transiens, sed manet in ipso agente : et sic non potest multiplicari per phantasmata, tum quia phantasmata se habent ad intellectum possibilem quodammodo sicut activum ad passivum, cum intelligere sit quoddam pati; pati autem ipsius patientis, scilicet unius diversificatur secundum diversas formas aut species activorum, non secundum diversitatem eorum numeralem : quod declaratur in calefactione, in qua, cum motus numeretur secundum terminum ad quem, et duplex calor ejusdem speciei non possit esse in eodem subjecto eodem tempore, non potest esse duplex calefieri simul in eodem subjecto, nisi sit alia species caloris, sicut ponitur in semine calor ignis, cœli et animæ; et sic non oportet per phantasmata numero diversa in diversis hominibus ipsum intelligere diversificari, quo unum et idem simul intelligunt : tum quia intellectus possibilis intelligit hominem in quantum est homo simpliciter secundum rationem speciei, non in quantum est hic homo : hæc autem ratio est una, quantumcunque phantasmata hominis diversificentur, sive in uno, sive in diversis, et sic multiplicatio phantasmatum non potest esse causa quod multiplicetur ipsum intelligere respectu unius speciei.

« Circa propositionem assumptam ad probationem consequentiæ principalis argumenti, scilicet quod operatio sequitur ad id quo aliquid operatur quantum ad multitudinem et unitatem, et ab eodem calore non est nisi unum calefacere, quamvis possit esse multiplex calefieri, dubitatur; quia actio et passio sunt unum subjecto, licet distinguantur formaliter, ut dicitur tertio *Physic.*, ergo non videtur posse unum multiplicari altero non multiplicato. Si ergo sunt plura calefieri, oportet ut sint plura calefacere : et si unum est calefacere, quod sit unum calefieri et universaliter si est una actio et unum agere, quod sit una passio, et unum pati.

« Ad hujus rei evidentiam sciendum, quod cum actio, ut superius est determinatum, non dicat nisi motum in recto qui est in patiente, et habitudinem in aliquo per modum differentiæ quæ est in agente, oportet loqui de multiplicatione actionis quantum ad suum materiale, eo modo quo de multiplicatione motus : quo autem ad formale, eo modo quo de multiplicatione relationis. Cum ergo motus sit in mobili, et idem accidens numero non possit esse in diversis substantiis : et idcirco multiplicetur motus secundum multiplicationem mobilium, necesse est si plura ab uno movente moveantur, quod sint ab illo movente plures motus in pluribus mobilibus recepti : et sic cum actio materialiter sumpta, et quantum ad id quod dicit in recto, non sit aliud quam motus, necesse est ubi unum movens multa mobilia movet, quod ab illo sint plures actiones materialiter sumptæ. Cum vero relatio quæ tanquam differentia nomine actionis importatur, sit in agente, secundum numerum multiplicari non potest eodem tempore, nisi secundum multiplicationem agentium, plura enim accidentia solo numero differentia non possunt esse in eodem subjecto adæquato simul; et idcirco si unum movens simul diversa mobilia moveat eadem specie motus (quod fit dum eodem formali principio movet), non poterit esse nisi una actio formaliter, sive (quod idem est) quantum ad habitudinem obliquo importatam. Propositio ergo sancti Thomæ intelligenda est de agere et pati formaliter, sive quantum ad ipsas habitudines, non autem quantum ad id quod est materiale in actione. Materiale enim tam actionis quam passionis, dum unum agens uno principio in plura agit, multiplicatur, sed formale actionis non multiplicatur, quamvis formale passionis propter multiplicitatem subjecti multiplicetur. Ex quibus patet quod in actione immanente nullo modo fit multiplicatio secundum numerum, quando ab uno duntaxat formali principio procedit : nam materiale in ipsa, quod est qualitas, non multiplicatur, cum ejus subjectum sit unum; similiter neque relatio agentis. Et ideo optime

concludit sanctus Thomas quod si esset unus intellectus hujus et illius hominis, esset etiam ipsorum unum intelligere respectu scilicet ejusdem objecti et in eodem tempore.

« Circa multiplicitatem caloris in semine, cum inquit sanctus Thomas, quoniam in semine est calor ignis, cœli et animæ, advertendum est quod quidam tenent istos calores esse diversos secundum speciem : alii vero dicunt illos non esse diversarum specierum. Quamvis autem utraque opinio in doctrina sancti Thomæ defendi possit, tamen videtur mihi quod in hanc partem declinet, quod sint secundum speciem diversi; patet enim quod hoc loco ponit illos secundum rem et specifice distinctos, ex eo quod inquit non posse esse duplex calefieri in uno subjecto eodem tempore, nisi sit alia species caloris, et dat exemplum istius exceptionis de caloribus qui sunt in semine. Si enim intelligeret quod sunt unus calor secundum rem, sed diversificantur specie, ut ad diversa principia referuntur, non esset ad propositum suum quo vult habere duplicem calorem unius speciei non posse simul in eodem subjecto esse, sed bene multiplicem diversarum specierum. Constat enim quod plures calores ejusdem speciei vocat calores realiter distinctos.

« Præterea prima parte, quæstione centesima octava, articulo primo ad tertium : ex modo loquendi dat intelligere calores illos diversos esse, ubi ait quod præter virtutem animæ in semine exsistentem, est ibi quidam calor ex virtute cœlestium corporum, quorum etiam virtute agentia inferiora agunt ad speciem, et quod calidum elementare se habet instrumentaliter ad virtutem animæ. Si enim intenderet unum esse calorem animæ et cœli, dixisset virtutem animæ exsistentem in semine agere etiam in virtute cœli, non autem quod in spiritu præter virtutem animæ est etiam quidam calor ex virtute corporum cœlestium : et si putasset eumdem esse calorem animæ et elementi, non dixisset calorem elementi se habere instrumentaliter ad virtutem animæ. Instrumentum enim non est idem cum eo cujus est instrumentum.

« Adhuc, secundo *Sententiarum*, distinctione decima octava, quæstione secunda, articulo tertio, istis caloribus diversa attribuit. De elementari enim inquit, quod est sicut instrumentum resolvens et consumens, et hujusmodi operans, de calore qui est ab anima, dicit quod est vivificans; de calore vero cœli ait, quod spiritus in quo sunt hujusmodi calores, ejus virtute movet ad speciem determinatam. Quamvis autem hæc dicta possit aliquis glossare trahendo sanctum Thomam ad suam opinionem, sincere tamen opinionem doctoris considerando, videtur dicendum quod sint diversi calores, præsertim cum in locis allegatis ponat ipsos esse multiplices, nullibi autem dicat ipsos unum calorem esse.

« Accedit quod commentator secundo cap. *De substantia orbis*, tenet calorem cœli, et calorem elementarem distinctos esse secundum species. Sed contra hanc determinationem arguitur a quibusdam Thomistis non ex verbis sancti Thomæ, sed aliunde, dupliciter : primo, quod calor animæ et elementi sint idem, quia secundo *De anima*, textu quadragesimo primo contra Empedoclem habetur calorem animalem esse principium augmenti : non autem calorem elementarem, id est, ut ibi dicitur, calorem non secundum vim elementi, sed secundum vim animæ; secundo, quod cœlestis et elementaris calor, et universaliter calores qui sunt in semine, sint idem calor : quia commentator, XII *Metaph.*, commento decimo octavo, vult calores illos distingui sicut calorem ignis à calore artis; sed calor elementaris et artificialis non sunt duo calores, sed tantum distinguuntur, quia iste regulatur arte, ille absolute agit, ergo, etc.

« Ad primum horum dicitur primo, quod neque habetur in textu Aristotelis, neque in expositione Averroes aut sancti Thomæ invenitur quod allegatur. Non enim ibi Aristoteles mentionem facit de calore animali et elementari, sed de igne et anima. Probatur enim quod ignis non est principale agens in augmento, sed est instrumentum animæ. Dicitur secundo, quod admisso etiam velle ibi Aristotelis, calorem non secundum vim elementi, sed secundum vim animæ esse causam augmenti, quod tamen non dicit, adhuc non sequitur quod isti calores sint unus numero calor; dicitur enim, ut dicitur prima parte ubi supra, quod calor elementaris est instrumentum caloris animalis : et propter hoc dicitur quod calor est principium augmenti, non secundum vim elementi, sed secundum vim animæ, non autem quia sint unus et idem calor. Ad secundum dicitur, quod Averroes calorem cœlestem assimilat calori artis in hoc quod calor cœlestis habet mensuram propriam ad generationem ex motu et dispositione corporis cœlestis, ut ibidem inquit ipse Averroes, sicut et calor artis mensuram operationis ex ipsa arte sortitur; calor autem elementaris mensuram non habet ex ipsa forma ignis, sed si aliquam mensuram habet et limitationem, hoc sibi convenit ut est animæ instrumentum : non autem in hoc illi assimilatur, quod sit unus et idem cum calore elementari, quamvis forte dici etiam posset aliquem esse in aliquibus artis operibus calorem artificialem, qui calor elementaris non sit.

« Sexto, sequeretur unum numero scientiæ habitum esse in omnibus hominibus : hoc autem est inopinabile, ergo, etc. Probatur consequentia quia accidens, si sit unum secundum speciem, non multiplicatur nisi secundum subjectum, intellectus autem possibilis est proprium subjectum habitus scientiæ, quia ejus actus est considerare secundum scientiam. Si dicatur quod subjectum habitus scientiæ non est intellectus possibilis, sed virtus cogitativa, contra arguitur, præter rationes superius adductas, cum de unione intellectus possibilis ad hominem ageretur, tum quia ex actibus intellectus possibilis fit habitus scientiæ in nobis, et

ad eosdem actus potentes sumus secundum habitum scientiæ; ex similibus autem actibus, ut dicitur secundo *Ethicorum*, fiunt similes habitus, et similes etiam actus redeunt tum quia cogitativa non est cognoscitiva universalium intentionum, sed tantum intellectus possibilis. Scientia autem, ut dicitur primo *Posteriorum*, est de conclusionibus demonstrationum, quæ sunt universales. Videtur autem in hac responsionis inventione fuisse deceptio, quia propter diversam dispositionem cogitativæ et imaginativæ homines inveniuntur magis aut minus prompti ad scientiarum considerationem. Sed hoc nihil est, tum quia ista promptitudo ex illis virtutibus sicut ex dispositionibus remotis, sicut etiam ex bonitate tactus et corporis complexione, ut dicitur secundo *De anima*, dependet; ex habitu autem scientiæ inest facultas considerandi, sicut ex proximo principio actus, eo quod oporteat ut perficiat potentiam qua intelligimus, ut agat cum voluerit faciliter, sicut et alii habitus ita perficiunt potentias in quibus sunt, scilicet quod habens habitus illos, potest secundum eos operari cum voluerit : tum quia dispositiones harum virtutum sunt ex parte objecti, scilicet phantasmatis quod ex illorum bonitate præparatur ut fiat actu intelligibile per intellectum agentem, dispositiones autem quæ sunt ex parte objectorum, non sunt habitus, sed quæ sunt ex parte potentiarum : quod per exemplum in fortitudine ostenditur.

« Advertendum cum dicitur, quoniam propter bonitatem virtutis cogitativæ et imaginativæ præparatur phantasma ad hoc quod faciliter fiat actu intelligibile per intellectum agentem, quod hic dupliciter potest intelligi : uno modo, ut postquam phantasma est in imaginatione, virtus imaginativa aut cogitativa agat in ipsum disponendo ipsum ad susceptionem alicujus formæ ab intellectu agente per quam ipsummet phantasma sit actu intelligibile cum prius esset intelligibile in potentia ; et hic sensus non est hic intentus : non enim convenit phantasmati, cum non dicitur ipsum phantasma de potentia fieri actu intelligibile, quasi unum numero phantasma prius fit in potentia passiva, postmodum fiat in actu : nunquam enim phantasma ipsum secundum se fit actu intelligibile, cum semper sit in organo materiali : sed dicitur fieri actu intelligibile, in quantum causat in intellectu speciem quæ est actu intelligibilis. Antequam enim intellectus agens utatur ipso phantasmate ut instrumento, dicitur phantasma potentia intelligibile, in quantum potest causare aliquo modo speciem actu intelligibilem : sicut virtus formativa in semine dicitur in potentia animata, in quantum est virtus animati productiva ; et domus, quæ est in mente artificis, dicitur domus in potentia, ut inquit commentator, XII *Metaphysicæ*, comment. 18; cum autem intellectui agenti conjungitur ut instrumentum, fit actu intelligibile, in quantum forma intelligibilis quæ in ejus virtute latebat, educitur in actum virtute intellectus agentis de potentia activa phantasmatis, et in ipso phantasmate habet fundamentum. Secundo, potest intelligi dictum sancti Thomæ ad hunc sensum, quod phantasma quanto recipitur in organo imaginative et cogitative perfectius disposito, tanto ipsum est magis aptum ad hoc ut fiat actu intelligibile, et sic sensus est hic intentus, et est verissimus. Quanto enim organum imaginationis fuerit magis dispositum, tanto phantasma est magis aptum ut sua potentia activa qua potest producere speciem actu intelligibilem in intellectu possibili, reducatur in actum per intellectum agentem utentem ipso phantasmate ut instrumento, forma enim recipitur in subjecto secundum modum recipientis.

« Septimo, unus est intellectus possibilis omnium hominum, ergo est æternus, si homines semper fuerunt, ut ponunt : et multo magis intellectus agens, cum agens sit nobilius patiente, ut inquit Aristoteles tertio *De anima*, textu 19, ergo species intelligibiles ab æterno fuerunt in intellectu possibili : ergo nullas species de novo recipiet. Sed hoc est falsum, ergo, etc. Prima consequentia patet. Secunda probatur : quia si agens est æternum, et recipiens æternum, oportet recepta esse æterna. Falsitas vero consequentiæ probatur, quia sequitur quod sensus et phantasia non erunt necessaria ad intelligendum, cum sensus et phantasia ad nihil aliud sint necessaria ad intelligendum nisi ut ab eis accipiantur species intelligibiles : et sic redibit opinio Platonis quod scientiam non acquirimus per sensus, sed ab eis excitamur ad rememorandum prius scita.

« Circa istam propositionem : Si agens est æternum et recipiens æternum, oportet recepta esse æterna, advertendum quod duplicem habere intellectum potest, primus est ut intelligatur de agente et recipiente formaliter, scilicet ut agens est, et ut est recipiens : et tunc non indiget glossa. Sensus enim est, si agens ab æterno agat, et recipiens ab æterno recipiat, quod necesse est et recepta æterna esse ; quod verissimum esse constat. Secundus est ut intelligatur de agente et recipiente materialiter, id est, de illa re quæ est agens, et de illa re quæ est recipiens : et tunc indiget triplici conditione ad hoc ut vera sit. Prima est ut agens necessario agat, si enim voluntarie et libere agere posset, non ageret ab æterno, sed in tempore, quemadmodum dicimus Deum universum ab æterno, sed in tempore produxisse : et sic recepta non essent æterna. Secunda est, ut sint agens et recipiens debite approximata : si enim ignis aliquis poneretur ab æterno productus, et combustibile æternum, et ignis in oriente esset, combustibile autem in occidente, postmodum in tempore appropinquata essent per aliquam potentiam, ut ignis agere in combustibile posset, non esset inter illa actio æterna, et sic non posset esse æterna forma ignis in combustibili recepta, sed temporalis. Tertia est, ut sint deducta impedimenta, si sic agens quod impediri possit, licet autem uterque sensus verus sit modis expositis, possitque

uterque litteræ adaptari, primus tamen videtur intentus, quia proposito congruit. Cum enim intellectus possibilis non fuerit unquam otiosus, neque etiam intellectus agens si æterni ponantur, necesse est dicere et illum ab æterno fuisse in recipiente, et alium ab æterno fuisse agentem : et sic propositio assumpta videtur non materialiter, sed formaliter intelligenda esse.

« Ad hujus autem rationis consequentiam principalem respondet Averroes, quod cum species intelligibilis habeat pro subjecto et intellectum possibilem et phantasma, sicut et species visibilis rem extra animam et potentiam visivam, ab intellectu habet æternitatem, a phantasmate vero novitatem.

« Sed contra arguitur dupliciter. Primo, impossibile est ut actio et perfectio æterni dependeat a temporali, sed phantasmata temporalia sunt, et quotidie de novo fiunt : ergo impossibile est ut species intellectuales quibus intellectus possibilis fit actu et operatur, a phantasmatibus dependeant. Secundo, nihil recipit quod jam habet, cum recipiens oporteat esse denudatum a recepto secundum Aristotelem, species autem intellectuales ante intelligere meum vel tuum fuerunt in intellectu possibili, alioquin priores homines non intellexissent, ergo et cætera. Nec valet si dicatur quod species prius receptæ in intellectu cessaverunt : intellectus enim non solum recipit, sed etiam conservat quæ recipit, quod patet, tum quia secundum Aristotelem, in tertio *De anima*, dicitur locus specierum, tum quia est intellectus virtus superior quam sensus, et per consequens magis unita : quod constat, quia unus intellectus habet judicium de diversis generibus sensibilium quæ ad diversas potentias sensitivas pertinent, et sic cum quædam potentiæ sensitivæ recipiant tantum, ut sensus scilicet exterior, quædam autem retineant, ut imaginatio, ipse intellectus et recipit et retinet recepta ; tum quia cum vanum sit in rebus naturalibus dicere, ut id ad quod per motum pervenitur, non permaneat, sed statim esse desinat, cum oporteat motum ad quietem terminari, multo minus potest dici quod receptum in intellectu possibili non conservetur. Confirmatur hæc principalis ratio. Primo, quia si intellectus possibilis non recipit de novo aliquas species intellectuales, quia jam recipit a phantasmatibus eorum qui fuerunt ante nos, sequitur quod nunquam aliquas species a phantasmatibus recipiat : et sic frustra ponitur a Philosopho intellectus agens, ut phantasmata faciat intelligibilia in actu. Patet consequentia, quia pari ratione a nullorum phantasmatibus recipit quos alii præcesserunt, quoslibet autem aliqui alii præcesserunt, si mundus, ut ponunt, est æternus. Confirmatur secundo, quia sequitur intellectum non indigere phantasmatibus ad intelligendum, et sic neque nos sensu et phantasmate indigebimus ad intelligendum ; cum per intellectum possibilem intelligamus : quod est falsum et contra Aristotelis sententiam. Si autem negetur consequentia, quia eadem ratione sequeretur etiam si intellectus possibiles essent plures in diversis, quod non indigeremus phantasmate ad considerandum ea quorum specie intelligibiles sunt in intellectu conservatæ, quod est contra Aristotelem, dicentem quod nequaquam sine phantasmate intelligit anima : ista obviatio conveniens non est, quia phantasma ante speciem intelligibilem se habet ad intellectum possibilem ut objectum movens, et eo indiget intellectus ut ab eo accipiat speciem intelligibilem ; sed post speciem receptam indiget quasi instrumento sive fundamento suæ speciei : quia cum intellectus possibilis, id est anima intellectiva, sit forma corporis secundum naturam, opereturque sicut et unumquodque aliud secundum modum suæ naturæ, immaterialia quidem intelligit, sed ea in aliquo materiali inspicit, id est universalia in singulari materiali cognoscit, unde tunc se habet intellectus ad phantasma per modum causæ efficientis, in quantum secundum imperium intellectus formatur phantasma conveniens tali speciei. Consequentia ergo facta intelligetur de indigentia phantasmatis ante acceptionem speciei : quia si intellectus possibilis semper habuisset species, nunquam compararetur ad phantasmata, sicut recipiens ad objectum motivum.

« Circa illam propositionem : Intellectus intelligit immaterialia sed inspicit ea in aliquo materiali, dubium duplex occurrit. Primum est, quia ex hoc sequitur quod intellectus noster directe intelligat singularia. Nihil enim videtur in re non visa, ergo si non videt immaterialia sive universalia nisi in materiali particulari, sequitur quod videndo universale, simul etiam videat singulare, et sic singulare directe cognoscetur : quod est manifeste contra sancti Thomæ doctrinam. Secundum est, quia sanctus Thomas, 1 part., quæst. 12, art. 4, et quæst. 85, art. 2, inquit quod per intellectum connaturale est nobis cognoscere naturas quæ quidem habent esse in materia individuali, non tamen secundum quod sunt in materia individuali, sed secundum quod abstrahuntur ab ea per considerationem intellectus. Tunc sic arguitur : Cognoscitur universale per abstractionem a materia, ergo non inspicitur in materia, ut hic dicitur. Dubitatur quoque circa rationem dictæ propositionis dupliciter : Primo, quia si idcirco intellectus inspicit immaterialia in re materiali, quia est forma corporis, eo quod operetur secundum modum suæ naturæ, sequetur quod intelligere sit per organum materiale, arguendo similiter : unumquodque operatur secundum modum suæ naturæ, sed intellectus secundum suam naturam est forma corporis, ergo et per corpus intelliget. Secundo, quia transitur a modo cognitionis ut egreditur ab intelligente, ad modum objecti cogniti ut cognitum est : et sic committitur fallacia figuræ dictionis.

« Pro solutione primi dubii considerandum quod cum potentiæ tam sensitivæ quam intellectivæ in essentia animæ radicentur, anima est primum principium non solum in-

telligendi, sed etiam sentiendi : et ulterius cum pars intellectiva sit superior pars animæ natæque sint potentiæ sensitivæ obedire parti rationali, potest pars intellectiva potentias sensitivas ad earum operationes movere secundum quod congruit operationi intellectivæ (sicut movetur potentia visiva et oculus ad videndum totum aliquod lignum et totum lapidem, totamque sortem, atque eorum partes, ut in ipsa re singulari videat anima omne totum esse majus sua parte), et sic simul anima cognoscit aliquod singulare per sensum, et universale per intellectum, sicut ex eo quod per sensum videt aliquem a se ipso moveri, statim cognoscit per intellectum illud esse substantiam viventem : et sic dicitur in motu videre vitam. Hoc ergo modo dicitur anima intellectiva cognoscere immaterialia sive universalia in re materiali et singulari, non quia simul intellectus videat singulare, et in ipso singulari videat naturam universalem, sicut figura hominis videtur in speculo, sed quia per phantasma ad imperium intellectus formatum imaginatio cognoscit singulare, cujus illud phantasma est repræsentativum, et simul per speciem intelligibilem relucentem in illo phantasmate, sicut exemplar in exemplato, sine imagine intellectus naturam universalem cognoscit, et sic eadem anima intellectiva, quam hic nomine intellectus vocat sanctus Thomas, non autem eadem potentia cognoscit immateriale et universale in re materiali et singulari. Quod autem iste sit sensus hujus propositionis, apparet ex sancto Thoma, 1 part., quæst. 48, art. 7, ubi ostendens quomodo intellectus indigeat phantasmate etiam post speciem, argumentatur sic: Si non requireretur ad actum intellectus alicujus potentiæ utentis organo corporali, nullo modo impediretur in suo actu per exclusionem alicujus organi corporalis, sed videmus hoc esse falsum; ergo manifestum est quod ad hoc ut intellectus actu intelligat, non solum accipiendo scientiam de novo, sed etiam utendo scientia jam acquisita, requiritur actus imaginationis et cæterarum virtutum. Similiter hoc loco inquit, quod post speciem receptam secundum imperium intellectus formatur in imaginatione phantasma conveniens speciei intelligibili in quo resplendet, sicut exemplar in exemplato sive in imagine. Ex quibus patet eum velle simul cum actu intellectus concurrere actum imaginationis, et sic animam inspicere immateriale in re non materiali. Unde ad argumentum negatur consequentia : ad cujus probationem dicitur, quod licet non possit videri aliquid in re non visa, non tamen oportet ut per eamdem potentiam videatur utrumque, sed sufficit, quod eadem anima utrumque diversis potentiis videat, sicut vitam videt in motu ejus quod a seipso movetur, videndo motum oculo corporali, et vitam potentia intellectiva.

« Advertendum autem, quod speciem intelligibilem resplendere in phantasmate sicut exemplar in imagine, est ipsam speciem per phantasma aliquo modo reduci in actum perfectæ cognitionis ex parte objecti per ipsam repræsentati; sicut enim Hercules dicitur in sua imagine resplendere, in quantum imago visa ducit hominem in Herculis cognitionem, eo quod potentia interior excitatur ad Herculis inspectionem aut imaginationem : ita dicitur resplendere species in phantasmate causato per imperium intellectus, secundum quamdam conformitatem ad speciem, in quantum per id quod animæ per phantasma repræsentatur, excitatur anima ad cognitionem actualem ejus quod per speciem intelligibilem repræsentatur, et hoc propter quamdam convenientiam phantasmatis ad speciem intelligibilem, dum per utrumque eadem natura repræsentatur, sed per phantasma particulariter, per speciem autem universaliter.

« Ad secundam objectionem, dicitur quod inspicere in singulari naturam universalem, inspicere immateriale in aliquo materiali, dupliciter potest esse : uno modo quod cognoscatur natura secundum esse quod habet in re singulari, ita quod esse singulare ipsius naturæ sit per intellectum cognitum; alio modo non quod cognoscatur natura secundum esse singulare, sed quia ipsa natura quæ est in re singulari, cognoscitur in re singulari, ejus tamen singularitate non considerata : sicut dulcedinem pomi conjunctam albedini percipit gustus non percepta albedine. Primo modo cognoscere naturam in singulari non est cognoscere ipsam per abstractionem a singularibus, sed ut limitatam principiis individuantibus : et sic pertinet ad potentiam sensitivam, ut dicitur, 1 part., quæst. 12, art. 4. Secundo autem modo ipsam cognoscere, est ipsam per abstractionem a principiis individuantibus secundum primam intellectus operationem apprehendere : propositio ergo sancti Thomæ intelligenda est hoc secundo modo, non autem primo modo, unde consequentia assumpta falsa est, stat enim simul quod universale cognoscatur per abstractionem a materia individuali, et tamen in tali materia cognoscatur, in quantum anima per intellectum in re singulari apprehendit naturam speciei, non consideratis ejus conditionibus individualibus quibus est conjuncta, licet per sensum illas conditiones aliquo modo apprehendat.

« Quantum ad aliud dubium circa rationem propositionis assumptæ, considerandum quod cum operatio sit quasi medium quoddam inter operantem et objectum operationis, utpote ab agente proveniens et ad objectum terminata, duplex modus in ipsa intelligi potest : unus secundum quod egreditur ab agente, alius secundum quod ad objectum terminatur. Primus proportionatur modo operantis non simpliciter quantum ad modum essendi naturæ, sed quantum ad principium quo proxime operationem elicit : quia si illud principium sit in organo corporali, et operatio fiet mediante organo corporali; si autem non sit in organo corporali neque ipsa operatio mediante corporali organo producetur. Secundus autem modus proportionatur simpliciter modo essendi substan-

tiæ operantis, modo dico essendi non speciali, sed generali, quia secundum conditionem substantiæ operantis oportet sibi objectum connaturale respondere, non enim aliquid potest sua operatione naturaliter attingere aliquod quod sit superioris ordinis, sicut inferiora corpora non possunt transmutare corpora cœlestia, licet oculus corporalis illa videre possit : quia ut transmutabilia sunt, ad superiorem ordinem pertinent, et habent materiam alterius rationis a materia horum inferiorum; ut visibilia autem non sunt superioris ordinis, cum in objecto visus cum corporibus inferioribus convenientiam habeant. Unde cum anima intellectiva sit forma habens esse in materia, non potest sua intellectione attingere naturaliter nisi ea quæ habent esse in materia, ut eorum essentias videat, quamvis possit aliqualiter elevari in cognitionem imperfectam substantiarum separatarum ex rerum materialium consideratione; et sicut anima est in materia, ita intellectionem oportet ad naturas universales attingere ut in materia sunt, juxta sensum prius expositum. Propositio ergo sancti Thomæ in utroque sensu vera est, quia unaquæque substantia operatur secundum modum suæ naturæ : et quantum ad modum naturæ ut est principium elicitivum operationis in quantum operatio egreditur ab operante : et quantum ad modum naturæ simpliciter, in quantum operatio ad objectum terminatur. Sed licet utroque modo vera sit, tamen illam accipit sanctus Thomas hoc loco secundo modo, scilicet quantum ad modum essendi naturæ simpliciter, et quantum ad operationem ut terminatur ad objectum ; unde sensus propositionis est quod unumquodque sua operatione attingit tanquam naturale objectum id quod cum modo essendi ipsius operantis convenientiam habet, et ut illum essendi modum habet, non quidem ut ille modus essendi sit terminus operationis, sed ut sit conditio objecti sine qua non terminat operationem.

« Ad primam ergo objectionem dicitur primo, quod non arguitur contra intentum, quia loquitur sanctus Thomas, de operatione ut terminatur ad objectum, non autem ut egreditur ab operante, licet et sic aliquo modo habeat veritatem, objectio autem procedit de modo operationis ut egreditur ab operante.

« Dicitur secundo loquendo de operatione ut ab operante egreditur, quod si objectio procedat contra sensum propositionis declaratum minor est falsa ; non enim anima ut principium elicitivum operationis est in materia, quantum scilicet ad potentiam qua intellectionem producit, cum intelligere sibi conveniat ut excedit capacitatem materiæ, et ut habet potentiam a materiali organo separatam, licet secundum substantiam absolute acceptam sit forma in materia.

« Ad secundam patet ex dictis quod nulla committitur fallacia, quia tam in antecedente quam in consequente sumitur operationis modus ut ad objectum terminatur.

« Octavo principaliter arguitur, et primo adducitur ratio, secundo in capite sequenti ponitur Avicennæ solutio. Arguitur autem sic : Si unus sit omnium intellectus, sequitur quod quilibet nostrum intelliget omnia quæ sunt vel fuerunt a quibuscunque intellecta : hoc patet esse falsum, ergo, etc. Probatur consequentia, quia posito intellectu possibili uno et æterno, oportet in ipso esse jam receptas omnes species intelligibiles eorum quæ a quibuscunque hominibus sunt scita vel fuerunt, quilibet autem nostrum per intellectum possibilem intelligit, imo intelligere nostrum est intelligere intellectus possibilis. Si dicatur, ut inquit commentator, quod illud non sequitur, quia non sunt eadem phantasmata apud omnes, nec eodem modo disposita, nos autem non intelligimus per intellectum possibilem nisi secundum quod nobis per nostra phantasmata continuatur (nam si etiam intellectus possibilis non est unus, non intelligimus ea quorum species sunt in intellectu, nisi adsint phantasmata ad hoc disposita), contra arguitur : quia si in intellectu possibili sint species omnium scientiarum, necessitas phantasmatum ad intellectum possibilem est sicut illius qui habet scientiam ad considerandum secundum scientiam illam, quod etiam sine phantasmatibus non posset : sed intellectus factus in actu per speciem potest agere per seipsum, ut dicetur tertio *De anima*, et octavo *Physicorum*, tex. 32, et non impeditur per phantasmata, cum in potestate nostra sit formare phantasmata accommodata considerationi quam volumus, nisi adsit impedimentum ex parte organi cujus est phantasma ; ergo cum quilibet homo intelligat per intellectum possibilem reductum in actum per species intelligibiles, quilibet homo poterit considerare, cum voluerit, scita omnium scientiarum, scilicet divisim, non autem simul poterit enim et hæc scita considerare, et illa sicut sibi placuerit, et sic nullus indigeret doctore ad quærendum scientiam. Unde remanet idem inconveniens quod prius.»

UNITATE INTELLECTUS (*De*). — Titre d'un ouvrage d'Albert le Grand. Nous avons expliqué ailleurs quelle position Albert prit au milieu des discussions qui agitaient son époque. Nous citerons ici, à l'appui de ce que nous avons dit, les passages principaux du *De unitate intellectus contra Averroistas.*

Libellus contra eos qui dicunt, quod post separationem ex omnibus animabus non remanet nisi intellectus unus et anima una.

Quia apud nonnullos eorum qui philosophiam profitentur, dubium est de animæ separatione a corpore; et si separatur, quid ex ea remaneat : et si remanere concedatur secundum intellectum, qualiter intellectus remanens ex una anima se habeat ad intellectum remanentem ex anima alia, utrum sit idem illi, vel diversus ab eo : oportet nos de his duobus per rationes et syllogismos videre, quid sentiendum sit et retinendum. Et ideo quæcunque dicit lex nostra, non omnino præterimus, tantum ea accipientes

quæ per syllogismum accipiunt demonstrationem. Quæcunque autem jam probata sunt in libris nostris de anima, quod intellectus separatur a corpore, et de statu ejusdem post separationem subjaceant. De his autem jam in libro *De immortalitate animæ* sufficientes posuimus probationes, et in III *De anima*, et in II *De intellectu et intelligibili*, ubi si quis subtiliter advertat virtutem syllogismorum, puto quod de partis intellectualis separatione nullam habebit dubitationem. De hac igitur sola quæstione, utrum videlicet id quod remanet ex una anima, sit idem illi quod remanet ex alia, et sic idem sit quod ex omnibus remanet animabus, debemus facere disputationem. Ad hoc ante quod bene hæc disputatio intelligatur, oportet primum perfecte scire positionem eorum qui hoc dixerunt. Ad positionem enim simul et ad rem disputatio erit in hoc opere. Positio enim philosophorum de substantiis separatis quæ intellectus agentes proprie vocantur, et a quibusdam vocantur intelligentiæ, est duplex, sicut ostendimus summatim in lib. II *Primæ philosophiæ*.

Una quidem harum positionum est, quod omnis intellectus universaliter agens in materia quæ sibi subjicitur, sit substantia movens aliquod cœlum, ita quod motus cœli est immediatus actus ejus, et cœlum est ipsum instrumentum, cujus motu virtutes et formæ ipsius intellectus veniunt ad materiam, et educunt ex ipsa in actum id quod est in potentia in ipsa : quia id quod est in potentia, non educitur in actum, nisi per id quod est in actu; eo quod omnis generatio est a convenienti in forma. Et hi dicunt, quod motus est proportionalis mobili quod movet, et quod huic motui nihil accedit per substantiam, nec aliquid recedit de substantia ipsius. Dicunt etiam isti, quod nullus est intellectus separatus qui non sit alicujus perpetui corporis motor. Et ideo nullus est intellectus qui moveat elementa et elementata in actionem et passionem et misturam qua moventur ab invicem, sed quod iste totus modus ad motum cœli reducitur sicut ad causam. Dicunt autem motum cœli esse intellectuabilis substantiæ motum : et ideo facere omnia ad modum intellectus moventis. Et propterea in spermatibus et seminalibus dicunt fieri non unum, sed diversa : quia virtus intellectus agentis, quæ distinctiva virtus est in spiritibus spermatum, operans est cum distinctione intellectus agentis. Et hæc virtus formativa vocatur a quibusdam. A quibusdam autem vocatur intellectus propter operationis similitudinem : quia distincte multa operatur sicut intellectus. Quidam etiam vocant eam animam, non ut animam operantem, sed dicunt eam esse animam ad modum artificis ; nec tamen ex hoc sequitur, quod semen sit animatum : quia intellectus artificis est in multis diversimode, et similiter anima. Est enim in corde et in manu, et in dolabro et in ligno. Nec tamen sequitur, quod manus sit animata intellectu artificis, vel quod dolabrum sit animatum : cum tamen intellectus operans sit in omnibus illis. Dicunt etiam isti, quod nulla est substantia separata, nisi sit movens actu et sempiterno motu : quia si aliqua esset substantia separata, non movens, illa esset frustra. Frustra autem non potest esse in natura, et præcipue in rebus perpetuis, quæ sunt uno modo semper : quia si in illis esset aliquid otiosum, sequeretur confusio in tota natura : quia tota natura causatur a substantiis primis separatis, et motus ipsarum est tanquam vita exsistentibus omnibus. Sed de hoc satis in *Prima philosophia* dictum est. Horum sententia est, quod anima nobilis quæ est hominis quantum ad intellectualem ejus partem, ingreditur ab extrinsecis, et nulli aliquid habet commune, et adipiscitur seipsam in corpore. Et ideo id est quod ex ea remanet post separationem, substantia est intellectualis consona substantiis separatis, et remanens in contemplatione ipsorum, sicut nos satis determinavimus in libris *De statu animæ post mortem*, et *De perfectione animæ*. Et ideo quoad istos nulla est quæstio ista : quia secundum istos intellectuali substantiæ moventi nihil unitur per substantiam. Et si quandoque in libris eorum invenitur quod dicunt, quod anima post mortem unitur motori cœli, non refertur hoc nisi ad objectum, sicut alibi satis clare est ostensum. Et si quid est dubitationis quod remanet indiscussum, est hoc dubium secundum rem, et non secundum positionem. Quia secundum rem ipsam dubitari potest, quod differat id quod remanet ex uno homine post separationem, ab eo quod remanet ex alio.

CAPUT II. — *Hæc igitur est istorum positio, in qua omnes fere fuerunt Peripatetici.*

Est autem alia quorumdam Arabum positio, videlicet quod præter intellectus qui movent orbes, sit intelligentia agens inferioris ordinis quam cœlestis, et hoc sit quæ agit in activis et passivis, et largitur formas in eis. Dicunt enim isti, quod omne quod largitur formas, est intellectus agens : quia agere formas proprius et substantialis actus est intellectus agentis. Hoc enim ab antiquo Anaxagora verificatum est : nec est contradictio ad hoc, quin omne quod movetur ad formam, oporteat reduci ad tale movens cui substantiale est formas agere et distinguere in omnibus. Et quia isti dicunt talem esse intellectum diffusum in tota sphæra activorum et passivorum, et largiri eam formam in omnibus istis, dicunt quod lux istius intellectus ingressa in hominem, facit intellectum hominis, et hunc adipiscitur in formas intellectivas : quia formæ intellectivæ sunt in luce ejus. Et quia idem est quod adipiscitur unus homo cum eo quod adipiscitur alius homo, ideo sublato eo quod est unius divisum ab alio, idem est quod remanet ex omnibus. Dicunt autem constare, quod intelligentia sive intellectus est, quæ dat formas, cum primus fons formarum sit intellectus. Adhuc autem cum motor sit proportionatus ei quod movetur, dicunt

quod non potest dici, quod eadem substantia moveat cœlum et materiam generabilium : quia illæ duæ materiæ non sunt univoce materiæ vocatæ. Et sic oportet aliam esse substantiam quæ movet istam inferiorem generabilium materiam. Et ut summatim colligatur hoc quod dicunt, afferunt isti unam esse intelligentiam agentem in omnibus generabilibus. Unam autem dico in substantia, multiplicem vero in formis, hoc modo quo intellectus agens multiplex est in formis : hæc enim multiplicitas non est in habendo formas, sed in agendo. Dicunt autem agere formas secundum materiæ distinctionem, et in materia magis recedente a contrariorum excellentiis effici intellectum ipsum. Et rationem adhibent dicti ; fuit quia quod est causa formarum in esse formali, est etiam causa earum in esse minus formali ; quia causa formæ, in quantum est forma, non potest esse nisi una, quando reducuntur causæ in suas causas passivas. Nullus autem dubitat, quin intellectus agens sit causa formæ maxime formalis : quia intellectus agens per essentiam suam causat formas in esse formali primo acceptas ; hoc enim videmus intelligendo et in operando per artem. Cum ergo idem intellectus sit etiam causa formarum in esse minus formali, minus autem formale esse habent formæ in materia quam in anima. Et ideo in materia etiam causatur ab intellectuali substantia. Hac igitur de causa dicunt, quod largitur hujus inferioris intelligentia omnes formas generabilium, per se autem irradiat in animas hominum. Ex his autem duobus sic colligunt suam opinionem dicentes, quod si idem lumen ponatur esse causa omnium colorum, ille qui resolvit colores in causam colorum, cum reliquerit esse quod est uniuscujusque coloris proprium, non remanet ex omnibus coloribus nisi unum indifferens lumen. Quod si per situm non esset distributum, esset per substantiam et subjectum unum et indivisum. A simili igitur cum ex omnibus intellectibus speculativis, quando relinquitur id quod unicuique speculanti est proprium, non remanet nisi unum quod est causa formarum, et hoc per situm non est distributum : igitur est idem per substantiam et indivisum, et hoc adipiscitur continue omnes intelligentias secundum actum. Hoc idem est quod irradians super animam facit in eam intellectum. Sublato ergo eo quod est hujus animæ proprium, non remanet nisi id quod est intellectus agentis : hoc autem est idem quod remanet ex omnibus animabus separatum, est idem et indivisum. Hæc opinio dicit intellectualem substantiam non immediate movere cœlum, sed animas et intelligentias omnino esse separatas, et quod hujus intellectualis actus non est motus, sed potius motus est actus animæ, ut assimilet se huic intellectuali substantiæ. Et ideo dicunt, quod movent sicut desideratum tantum omnes substantiæ intellectuales. Et quia dicunt sic intellectuales substantias esse, dicunt quod non proportionantur mobili secundum vigorem movendi. Et sicut dictum est, ultimi ordinis intellectualis substantia non est cœlestis, sed ipsa per essentiam luminis sui irradiat in animam sicut per instrumentum suum in quo agit formas secundum esse formale, et irradiat super materiam sicut super subjectum sibi, in quo agit formas secundum esse materiale. Ideo cessante eo quod lucem ejus determinat, non est nisi unum quod remanet ex omnibus illis. Hæc igitur est positio ad quam est disputandum, tamen elargabimus disputationem, disputantes etiam ad rem, et inquirentes utrum secundum utramque istarum positionum, idem vel diversum sit quod remanet ex omnibus animabus.

Caput III. — *De difficultate quæstionis disputandæ, et de modo veritatis indagandæ.*

Est autem hæc disputatio difficilis valde, nec ad eam admittendi sunt, nisi qui nutriti sunt in philosophia : quia quicunque alii sunt, verba quidem audire possunt, sed ad intellectum eorum non sunt idonei. Totus enim cœtus fere loquentium de anima, transtulit se ad loquendum de ea secundum imaginationem qua imaginantur animam ut compositam quamdam substantiam, quæ est sicut quoddam particulare compositum in seipso ex materia et forma, et quod est subjectum accidentibus, sicut virtutibus et scientiis et etiam potentiis naturalibus quæ sunt vires animæ. Et nullo horum modorum loquuntur de ea philosophi : quia licet anima vires habeat, istæ tamen vires ejus sunt sicut formæ : sicut enim omnis forma ex additione se habens ad aliquam aliam formam quam præsupponit, sicut vita supponit esse, et albedo supponit lucis diffusionem, habet illius formæ quam præsupponit virtutem, nec tamen propter hoc est particulare compositum secundum se : sicut etiam superficies omnis longitudinem habet, nec tamen est composita ex linea et alio quodam. Et sic in multis potest aliquis facile invenire. Jam autem ostendimus in aliis locis, quia anima dum accipit scientiam et virtutem, suam essentialem accipit perfectionem, nec alteratur in talibus, sed perficitur. Et ideo non sequitur, quod virtutibus et scientiis sicut subjectum compositum subjiciatur. Adhuc autem in ista disputatione eo quod volumus loqui nisi ad sapientes, nihil volumus fingere, sed omnia ad veritatem rei cogere virtute demonstrationis : scitum autem est, sicut in duodecimo *Primæ philosophiæ* dictum est, quod coactum est ad disputationem. His ergo sic prælibatis ad disputationem, attingamus primo rationes adducentes, quod quidquid ex omnibus remanet animabus humanis, est idem unum.

Caput IV. — *De triginta argumentationibus quas pro suæ opinionis confirmatione erronei inducunt vel inducere possunt Averroistæ.*

Sunt autem multa valde ex quibus probare videntur isti, quod ex omnibus animabus humanis remanens est unum et idem. Et primum quidem quod inducunt, cui etiam

maxime innituntur, est quod jam in parte est superius inductum. Dicunt enim, quod unius effectus indifferentis secundum essentiam, quamvis differat secundum modum suscipientis, et non secundum naturam ejus quod efficitur, est una causa essentialis. Forma autem est ad effectum, eo quod de non esse procedit ad esse, et est effectum quoddam in anima et in materia, non differens nisi secundum modum suscipientis. Igitur est effectus unius causæ essentialis primæ : quia causæ formales et efficientes resolvuntur ad unam causam primam. Hinc ergo objiciuntur sic : Prima causa operans per essentiam, est una in omnibus effectibus suis : et si tollatur totum quod est de proprietate qua distinguitur effectus, non remanet nisi id quod est de causa et essentiali actu ejus. Cum igitur intelligentia sic causet animas in corporibus, cessante eo quod est corporum diversificantium eas, non remanet nisi id quod est de prima luce intelligentiæ, et hoc non est nisi unum : igitur unum est quod remanet ex omnibus animabus.

Tertia via est, quod omne quod habet materiam, est in potentia ad aliquid : quia etiam in cœlo in quo est materia est potentia ad ubi. Si ergo est materia in intellectuali anima, oportet quod secundum aliquid sit in potentia. Constat autem, quod non est in potentia ad actum perfectum nisi mediante actu imperfecto qui est motus : quia omne quod de potentia venit ad actum, per motum venit ad actum; hoc autem non oportet probare, quod anima intellectualis non subjiciatur motui : ergo non habet materiam. Et si non habet materiam, sublato eo quod attribuit eam huic corpori et illi, non remanet aliquid quod dividat id quod separatur ex omnibus hominibus. Igitur id quod ex omnibus remanet, est idem et unum.

Quintadecima via est subtilis valde. Dicunt enim, quod forma lucis corporeæ non habet contrarium, et ideo dividi non potest, nisi per materiam in qua est. Cum autem sit prima inter formas corporeas, non applicatur alicui, nisi per naturam, qua illud cui applicatur, communicat cum perpetuo superius corpore. Quod autem lux et lumen non habeant contrarium, patet omni philosophiam scienti. Similiter et hoc planum est, quod cum omnis divisio essentialis fiat per contrarias differentias, quod illud quod non habet contrarium, non dividitur ex aliquo communi quod sit ante ipsum. Secunda vero pars dictorum plana est : quia sive lumen sit in cœlesti, sive sit in perspicuo elementali, sive in corpore terminato, non est in aliquo nisi prout est actus perspicui aliquo modo. Et hæc communicat inferius corpus cum perpetuo superiori. Si autem sic est, ut inquiunt, in forma corporea nobilissima, necesse est ut hæc multo magis sit in illa quæ est omnium formarum prima et divinissima. Hanc autem constat esse intellectum : est enim intellectus primus post causam primam, et primus influxus lucis causæ primæ est intellectus. Igitur ista natura quæcunque est, non habet aliquod contrarium, nec participatur ab aliquo, nisi per aliquod divinum, in quo id quod accipit ipsum, convenit cum causa prima. Hæc autem non potest esse materia. Igitur intellectus est natura quæ non contrarietate aliqua, distinguitur ab aliquo, nec materia manet : igitur secundum omnem bene intelligentem indivisa et una in omnibus in quibus eodem modo participatur, et post separationem ab ipsis manet unum et idem ex omnibus relictum...

Vicesima quinta via est sumpta ex hoc quod est causa diversitatis numeri : numerus enim non est inventus nisi per divisionem, quia divisio est causa numeri. Quæramus igitur, quomodo numeretur id quod remanet ex uno homine et ex alio ? Et supponamus cum philosophis, quod nihil remanet post mortem de his quæ sunt virtutes corporeæ, secundum hoc nihil manet nisi natura intellectualis. Constat autem, quod illa non cadit in numerum per formam substantialem qua una differat ab alia : quia sic essent diversæ species animarum illæ quæ remanent in omnibus in specie convenientibus : quod est impossibile. Oportet igitur, quod si numerantur, numerentur per id quod est in anima sicut materia. Tale autem aliquid non invenimus nisi intellectum materialem, qui vocatur possibilis. Hic autem intellectus, ut probatum est in III *De anima*, nec est corpus, nec virtus in corpore, nec materia aliqua, sed est separatus sicut intellectus agens. Igitur iste cum sit separatus, communis est omnibus unus in se exsistens. Igitur nec per illum numeratur id quod remanet post mortem hominum. Igitur nullo modo cadit in numerum; et sic unum et idem est, quod remanet ex omnibus, et secundum naturam incorruptibile....

Tricesima via est fundata super hoc in quo pendet homo ad intellectum primum qui est causa omnis intellectus. Et hoc iterum extrahitur de verbis Haly Abubacher. Nos enim in aliis locis ostendimus, quod nihil est in natura sua perfectum, nisi in tantum proveniat perfectum quod attingat aliquo modo suum movens primum. Cum igitur secundum Aristotelem, solius hominis sit intellectus, oportet quod primum movens hominem ad hoc quod ejus intellectus est, sit intellectus primus. Oportet igitur, quod per aliquod simile vel idem intellectui primo dependeat ad ipsum, et quod hoc sit maximum bonorum suorum et nobilissimum. Illud autem per quod sic dependet ad intellectum primum, non potest esse nisi separatum. Igitur dependet per separatum : non autem est in homine separatum, nisi quod est non determinatum huic et illi; igitur per hoc quod non est proprium huic et illi, dependet ad intellectum. Sed nihil remanet de anima post mortem, nisi id quod dependet ad intellectum primum : igitur quod ex omnibus hominibus remanet post mortem, est quod non est alicui proprium : igitur unum commune est omnium quod remanet. Et sic habetur propositum. Hæc

igitur sunt quæ partim ingenio proprio, partim ex dictis Peripateticorum collegimus, et sunt difficilia valde ad solvendum. Sed antequam his respondeamus, disputabimus in contrarium. Et in hac disputatione sicut et in priori nihil secundum legem nostram dicemus, sed omnia secundum philosophiam.

Caput V. — *De triginta sex rationibus potissimis in contrarium opinionis Averroistarum inductis.*

Sunt autem plurima contraria illi opinioni quæ nunc probata esse videtur. Nec invenitur aliquis de Peripateticis antiquis qui hæc dixerit : sed illi qui fuerunt idearum auctores, aliquid simile dixerunt, sed illi fuerunt Stoici. Primum quod est contra istos est, quod in omni specie est vera differentia constitutiva quæ de potentia educitur in actum. Quæ autem de potentia educitur ad actum, secundum esse multiplicatur in individuis, et est forma ultima. Ergo forma ultima secundum esse multiplicatur in individuis; forma autem hominis est anima rationalis, et intellectualis secundum esse est multiplicata secundum numerum individuorum. Quod autem secundum esse vel numerum multiplicatum est, est multiplicatum secundum substantiam : igitur multæ sunt numero et substantia animæ rationales : igitur etiam post mortem remanent multæ, quia supponimus ex alibi probatis, quod anima rationalis sit immortalis.

Secunda ratio adhuc est, quod sicut vivere viventibus est esse, et sentire sentientibus est esse, ita intelligere est esse intelligentibus. Id autem quod est esse his quæ sunt, multiplicatur ad numerum eorum, cum esse sit actus essentiæ, et diffusio in eo quod est : igitur numeratur in numero ejus quod est. Intellectualis igitur natura numeratur secundum numerum animalium intellectualium : et sic substantia ejus cadit in numerum, secundum numerum intelligentium : nec potest intelligentia capere, quod ex his quæ sunt actu multa, non relinquatur nisi unum, cum multa secundum esse non resolvantur in unum secundum esse, nisi hoc fuerit genus eorum, et hoc non est hic.....

Quartadecima ratio super id fundatur : quia oportet esse in tota natura proportionem inter agens et patiens, ita quod omne patiens similiorem quam potest, suscipit actum agentis. Patiens autem quod agenti maxime appropinquat per dispositiones convenientiæ, suscipit actum univocum agenti. Cum igitur agens quod totam naturam informat, sit intelligentia secundum istos qui hunc errorem invenerunt, oportet quod in patiente quod maxime intelligentiæ appropinquat, educatur forma similis intelligentiæ. Hoc aut patiens est corpus hominis maxime æqualitati cœli conveniens, cujus ipsa intelligentia est motor. Igitur in illo faciet similem sibi : et hæc est anima intellectualis. Igitur anima intellectualis numeratur ad numerum generatorum. Et sic iterum sequetur, quod non est una numero in omnibus.....

Vicesima prima ratio est fundata super hoc quod in tota natura sive generabilium, sive perpetuorum, nunquam invenitur, quod duo vel tria vel plura nobilia æque immediate motorem respicientia, moveantur ab uno motore. Hoc enim nec in cœlis est quæ moventur a substantiis separatis, nec in generalibus quæ moventur a substantiis sibi per esse conjunctis, nec etiam in artificialibus invenitur hoc : nisi aliquis moveat plura, ita quod unum per aliud; sed quando sic moventur plura ab uno, tunc non æque respiciunt motorem ea quæ moventur ab ipso. Si ergo hoc nunquam facit natura, nec intelligi potest qualiter fieri possit, cum anima intellectualis se habeat ad corpus, sicut motor, et sic hæc habitudo hujus animæ propria, non potest intelligi, quod una anima sit movens omnia corpora quæ moventur, sed quod tot sunt animæ, quot sunt corpora mota : quia constat, quod anima non movet corpus unum per alterum. Et sic iterum sequitur, quod tot relinquentur animæ post mortem esse, quot erant corpora quæ movebantur ab ipsis....

Vicesima quarta ratio est super hoc quod secundum dictum istorum sequitur, quod anima rationalis non sit anima, sed substantia separata : sive enim accipiamus definitionem animæ quæ est sicut conclusio, sive illam quæ est sicut demonstratio positione differens, semper hoc sequitur, quod sit separatum secundum substantiam et esse : quia nec est endelechia corporis organici potentia vitam habentis, nec est causa et principium hujus vitæ, quia separatum non tangit; et si non tangit, non agit, neque operatur, nec est causa operationis. Igitur non est anima. Quod autem est, omnes confitentur. Si autem dicat aliquis, quod substantia intellectualis ita est in omnibus, quod in nullo per se, hoc ridiculum est : quia de rebus naturalibus nihil est in omnibus, nisi quod est in quocunque eorum : sed in rationibus attributionum aliquid potest attribui toti, quod non convenit partibus secundum se : sicut valor centum marcharum attribuitur alicui toti, quod non conveniret parti, vel sonus qui attribuitur cadenti in modio milii, vel tractus navis qui attribuitur aliquot hominibus, ita quod nulli secundum se. Sed id quod est natura et forma nunquam est universitatis, nisi per hoc quod est cuilibet secundum se.....

Tricesima sexta ratio est : quia secundum hypothesim istorum substantia perpetua et separata est in potentia et imperfecta, et accipit aliquo modo perfectionem a rebus generatis : quia intellectus possibilis secundum istos est imperfectus, et perficitur formis imaginatis, quæ aliquo modo movent ipsum et educunt ad actum, secundum quod sunt sub lumine agentis : sicut colores movent visum secundum quod sunt sub lumine solis. Patet autem, quod absurdum hoc fit, quod substantia æterna sit in potentia, et efficiatur in actu in tempore, et per id quod est temporale, aliquo modo scit omnis philosophus. Absurdum igitur est ponere intel-

lectum sic esse separatum : igitur numeratur numero hominum. Tamen Avempace dixit istam absurditatem in epistola quam vocavit *De continuatione intellectus cum homine*. Unde dicit, quod cum dicitur, quod puer in potentia est sciens, quod ibi triplex est potentia : una qua puer est in potentia ad formas imaginationis; secunda qua formæ imaginationis sunt in potentia ad lumen agentis; tertia qua intellectus possibilis est in potentia ad formas separatas a lumine agentis. Dum autem omnia inconvenientia istius erroris persequi volumus, nimis protenditur disputatio in prolixitatem. Hæc igitur sufficiant : quia ex istis alia his similia colligi possunt etiam a quolibet parum sciente, maxime qui legit libros de philosophia, quos edidimus *De partibus animæ* et *De prima philosophia*.

Caput VI. — *De manifestatione opinionis tenendæ de anima rationali.*

Ad hoc igitur, quod iste error bene elidatur, dicamus breviter naturam intellectus explanantes, et nostram de eo opinionem ponentes : quia nos hæc quæ hic dicimus, alibi probavimus, et prolixe tradidimus. Dicimus igitur in nostra anima partem esse intellectualem, et ipsam quæ dicitur anima rationalis, dicimus esse substantiam, ex qua emanant potentiæ, quarum quædam sunt separatæ, ita quod non sunt corporeæ virtutes, neque virtutes in corpore; quædam autem emanant ex ipsa, quæ sunt virtutes operantes in corpore. Et illæ quæ non sunt virtutes in corpore, sunt in ea, ex similitudine sua ad causam primam per quam est, et per quam stat esse ipsius. Illæ autem quæ sunt virtutes in corpore, sunt in ea secundum quod ipsa est anima, cujus proprium est esse actum corporis et agere in corpore et in natura : quia sic natura et naturales potentiæ ejus sunt instrumenta. Et ideo dicitur a quibusdam esse in horizonte æternitatis et temporis. Et intellectus est qui fluit ex ipsa secundum quod ipsa emanat a causa prima, et stat per ipsam in esse. Propter hoc variatur et efficitur varius in se et in speculatione : quoniam id quod fluit ab ea secundum quod ipsa est naturæ intellectualis primæ, conversa ad primam causam per lucis suæ participationem, est in ea sicut lux, et est intellectus agens. Quod autem fluit ab ea secundum quod ipsa est substantia per quam est natura corporalis stans et fixa et conjuncta, est intellectus possibilis. Et ideo habet tres theorias : quoniam theoria sua secundum lucem agentis est philosophia prima, secundum autem conversionem ad imaginationem habet theoriam mathematicam, et secundum conversionem ad sensum communem habet theoriam physicam : omnium enim Peripateticorum est ista sententia, quod substantia intellectualis quam Arabes philosophi vocant intelligentiam, est substantia stans et in esse fixa per causam primam, et ab ipsa habet in suo esse necessitatem. Sed est intellectualis natura vicinior causæ primæ, et est intellectualis natura vicinior naturæ : et illa quidem quæ vicinior est causæ primæ, secundum suos ordines movet orbes, et est in quolibet orbe intelligentia ordinis alterius et alterius secundum naturam : quia si in orbe uno essent intelligentiæ duæ, hoc esset sicut quod unum mobile haberet duos motores separatos, sicut si una navis haberet duos gubernatores, quorum uterque eodem modo simul totam navim gubernaret. Et hoc esse non potest. Si autem plures orbes haberet, unus motor : hoc esse non potest : quia sicut si duæ naves omnino dissimiles gubernarentur ab uno gubernatore; quod est impossibile : quia oportet, quod cuilibet mobili secundum naturam suus proponatur gubernator. Illa autem natura intellectualis quæ vicinior est naturæ, illa proponitur naturæ sicut motor ipsius, et illa est natura corporis nobilissimi in genere corporum naturalium. Naturam autem voco prout est principium motus et status per se et non secundum accidens : sic enim corpora superiora potius sunt loca et principium naturæ quam naturalia. Et quia hæc natura intellectualis est motor naturalis corporis, et cum hoc est stans per causam primam, oportet quod secundum quod est motor, fluant ab ipsa potentiæ vitæ, quibus secundum opera vitæ movet naturam corporis : et secundum quod stat per causam primam, fluant ab ipsa potentiæ quibus pendet ad causam primam : et ideo ipsa una manens in substantia sic habet duplex esse, sicut patet per ante dicta. Cum autem per hoc quod pendet ad causam primam, nullo modo sit in potentia, sed actus purus, secundum hoc est in ea intellectus agens universaliter; et cum ipsa sit in potentia secundum seipsam, sicut et aliæ substantiæ intellectuales, secundum hoc est in ea intellectus possibilis : omnis enim intellectualis natura in seipsa considerata non est nisi in potentia, et similiter omne causarum in se non est nisi in potentia : sed quod est a causa prima, est in actu, et accipit sui esse necessitatem. Et de hoc late tractatum est in II *Primæ philosophiæ*.

His ergo duobus accipimus intellectum agentem et intellectum possibilem : quia omnis intellectualis natura necessitatem habens a prima causa, et possibilitatem a seipsa, potest converti supra seipsam; et in conversione illa lux quæ est a causa prima, penetrat possibilitatem quam habet in seipsa. Ideo et anima convertens se supra se, accipit intellectum terminum, quod est informatio agentis qua informat possibilem luce sua, sicut oculus informatur per lucem corpoream, ut videat. Et hunc intellectum quidam vocant formalem, et aliquando improprie loquentes vocant eum speculativum. Sic autem informatur intellectus possibilis apud se habens intellectum principiorum ex lumine illo, quo omnia quidem principia unum sunt et simpliciter, secundum quod pendent ex uno lumine intellectus : divisionem tamen habet et compositionem et intellectionem secundum quod lumen id determinatur et definitur ad terminos dignitatum : et ideo non naturaliter sunt in nobis principia, nec

discimus eo nisi in quantum terminos accipimus. Sicut autem lumen solis se habet ad colores, ita quod non nisi sub actu lucis abstractu videntur : ita etiam est de formis imaginatis et in sensitivis acceptis a lumine intellectus agentis. Et ideo non accipiuntur ab intellectu possibili, nisi separatæ sint ab eadem luce quæ est actus et perfectio possibilis : et sub actu luminis agentis fiunt in intellectu possibili, non omnino sicut in materia, quia forma accepta in materia perficit eam secundum esse et speciem : et ideo quando accipit unam, non est possibilis ad eam quæ est opposita illi vel disparata, nec etiam cognoscit eam, quia accipit eam secundum esse individuum. Sed intellectus potius accipit intentionem formæ quam formam, nec accipit eam secundum intentionem individui, nec sicut in subjecto, sed potius sicut locus et species formarum, et est locus secundum quod est potentia ambiens tales formas. Species autem est per lumen agentis penetrans ipsum et perficiens : et ideo cum fiat unum tertium a componentibus, quando aliquid componitur ex materia et forma, non fit sic unum quando componitur intentio universalis cum intellectu possibili, sed fit unum actu : quia idem est actus intelligibilis qui est actus possibilis intellectus. Et sic intelligitur similiter quod in his quæ separata sunt a materia, cum non possint separari nisi per influxum eis lumen intellectus, idem secundum actum est intelligens et intellectum. Et hæc compositio singularis inest intellectui, quando alterum componentium efficitur unum in actu cum componente reliquo : et in hoc differt a compositione materiæ et formæ. Et iste pro certo fuit intellectus Aristotelis in verbis suis de intellectu, et solus iste est verus et nullus alius. Et iste intellectus qui componitur ex intelligibilibus ad formam et actum intellectus, mediantibus principiis quæ se habent ad operationem, secundum meam opinionem vocatur *speculativus :* et quia iste intellectus in omnibus quæ speculantur invenit actum suum, ideo si resolvat speculata in actum suum, in omnibus speculativis intelligit seipsum, et adipiscitur sic se, et quanta sit virtus ejus, et quantum sit pulchritudo sua : et sic cognoscit et quid sit, et quantus sit, et quam speciosus, et hic vocatur intellectus *adeptus*, et non est nisi quando convertit speciositatem suam ad intelligentias unde venit primo ista speciositas : et sic per omnes deveniens ad causam primam unde dependet secundum esse suæ necessitatis : et sic continuabitur radici immortalitatis et felicitatis æternæ, et hoc est quod verius de intellectu dici potest, et natura ipsius : et disputavimus de hoc latius in libro *De perfectione animæ*, qui secundus est in libro *De intellectu et intelligibili* quem scripsimus.

V

VANITATE (*De*) *SCIENTIARUM*, un des ouvrages les plus curieux du XVIe siècle, et qu'il faut connaître pour avoir une idée de l'état des esprits au déclin de la scolastique. — On sait qu'il est du fameux Cornélius Agrippa, et qu'il porte ce titre : *De incertitudine et vanitate scientiarum, atque artium declamatio invectiva seu cynica, nusquam certi quidquam perpetui et divini, nisi in solidis Dei eloquiis atque eminentia Verbi Dei latere.*

Cet ouvrage est une sorte de pamphlet contre toutes les sciences et tous les arts à la mode au XVIe siècle. Il se rapproche à la fois du *Novum organum* de Bacon et du *De docta ignorantia* du cardinal de Cusa; mais il n'a pas la sagesse un peu vague de l'un, ni l'esprit profondément métaphysique de l'autre, et cette hardiesse soutenue, qui va parfois jusqu'à la région des chimères, jamais jusqu'à celle du délire. Du reste, cette verve de satire qui se laisse emporter à tous les excès et presque à toutes les impressions du moment, est précieuse pour le froid lecteur du XIXe siècle qui voit à travers cette fièvre passer le siècle qu'elle évoque tout entier pour le maudire. Rien, en effet, n'échappe aux traits d'Agrippa vieilli et désabusé, pas même les méthodes qu'il avait aimées et pratiquées dans sa jeunesse, et il suffit pour s'en apercevoir de parcourir la *table* suivante qu'il place lui-même à la tête de son ouvrage ou, comme il dit, de son *invective*.

1. *De scientiis in generali.* — 2. *De litterarum elementis.* — 3. *De grammatica.* — 4. *De poesi.* — 5. *De historia.* — 6. *De rhetorica.* — 7. *De dialectica.* — 8. *De sophistica.* — 9. *De arte Lulli.* — 10. *De arte memorativa.* — 11. *De mathematica in genere.* — 12. *De arithmetica.* — 13. *De geomantia.* — 14. *De aleatoria.* — 15. *De sorte Pythagorica.* — 16. *Adhuc de arithmetica.* — 17. *De musica.* — 18. *De saltationibus et choreis.* — 19. *De gladiatoria.* — 20. *De histrionica.* — 21. *De rhetorismo.* — 22. *De geometria.* — 23. *De optica, vel perspectiva.* — 24. *De pictura.* — 25. *De statuaria et plastica.* — 26. *De speculatoria.* — 27. *De cosmimetria.* — 28. *De architectura.* — 29. *De metallaria* — 30. *De astronomia.* — 31. *De astrologia judiciaria.* — 32. *De divinationibus in genere.* — 33. *De physiognomia.* — 34. *De metoscopia.* — 35. *De chiromantia.* — 36. *Iterum de geomantia.* — 37. *De aruspicia.* — 38. *De speculatoria.* — 39. *De somnispicia.* — 40. *De furore.* — 41. *De magia in genere.* — 42. *De magia naturali.* — 43. *De magia mathematia.* — 44. *De magia venefica.* — 45. *De goetia et necromantica.* — 46. *De theurgia.* — 47. *De cabala.* — 48. *De præstigiis.* — 49. *De philosophia naturali.* — 50. *De principiis rerum naturalium.* — 51. *De mundi pluralitate, et ejus duratione.* — 52. *De anima.* — 53. *De metaphysica.* — 54. *De morali philo-*

sophia.—55. *De politica.*—56. *De religione in genere.*—57. *De imaginibus.* —58. *De templis.* — 59. *De festis.* — 60. *De cæremoniis.* — 61. *De magistratibus Ecclesiæ.* — 62. *De sectis monasticis.* — 63. *De arte meretricia.* — 64. *De arte lenonia.* — 65. *De mendicitate.* — 66. *De œconomia in genere.* — 67. *De œconomia privata.* — 68. *De œconomia regia, sive aulica.* — 69. *De nobilibus aulicis.* — 70. *De plebeis aulicis.* — 71. *De mulieribus aulicis.* — 72. *De mercatura.* — 73. *De quæstura.* — 74. *De agricultura.* — 75. *De pastura.* — 76. *De piscatione.* — 77. *De venatica et aucupio.* — 78. *De agricultura, residuum.* — 79. *De arte militari.* — 80. *De nobilitate.* — 81. *De arte heraldica.* — 82. *De medicina in genere.* —83. *De medicina operatrice.*—84. *De pharmacopolia.* — 85. *De chirurgia.* — 86. *De anatomistica.* — 87. *De veterinaria.* —88. *De diætaria.* — 89. *De arte coquinaria* —90. *De alcumistica.* — 91. *De jure et legibus.* — 92. *De jure canonico.* —93. *De arte advocatoria.* — 94. *De arte notariatus, et procuratoria.* — 95. *De jurisprudentia.* — 96. *De arte inquisitorum.*—97. *De theologia scholastica.*— 98. *De theologia interpretativa.*—99. *De theologia prophetica.* — 100. *De verbo Dei.* — 101. *De scientiarum magistris.* — 102. *Ad encomium asini digressio.*—103. *Operis peroratio.*

Le chapitre 1er est l'exposé de la thèse générale et philosophique que l'auteur se propose de soutenir. Et quelle est cette thèse? Celle du scepticisme; mais d'un scepticisme qui sent qu'il a un suprême refuge dans la parole divine mystiquement interprétée; car il ne faut pas l'oublier, Agrippa est un mystique. Du reste on sentira, par la lecture même de ce chapitre, que tout en attaquant la science en général Agrippa a surtout en vue celle qui s'agitait sous ses yeux.

« Vetus opinio est, et ferme omnium philosophantium concors et unanimis sententia, qua arbitrantur scientiam quamlibet homini ipsi pro utriusque captu ac valore nonnihil divinitatis afferre, ita ut sæpe ultra humanitatis limites in deorum beatorum choros eos referre possint : hinc varia illa et innumera scientiarum encomia prodierunt, quibus unusquisque eas artes atque disciplinas, in quibus jam diuturno exercitio ingenii sui vires exacuit, non minus ornato, quam longo sermone nititur omnibus anteferre, et vel supra cœlos ipsos extollere. Ego vero alius generis persuasus rationibus, nil perniciosius, nil pestilentius hominum vitæ, animarumque nostrarum salutiposse contingere arbitror, quam ipsas artes, ipsasque scientias. Ideoque converso ordine agendum censeo, et scientias ipsas non tantis præconiis extollendas, sed magna ex parte vituperandas esse, mea opinio est, nec ullam esse, quæ careat justa reprehensionis censura, neque rursus, quæ ex seipsa laudem aliquam mereatur, nisi quam a possessoris probitate mutuatur. Ea autem modestia hanc sententiam meam a vobis accipi volo, ut me nec alios reprehendere, qui diversum sentiunt, nec mihi aliquid arrogare insolentius putetis. Itaque mihi in hoc a reliquis dissentienti veniam dabitis, donec a singulis per ordinem litterarum facultatibus, hanc sententiam auspicabimur, non vulgaribus duntaxat argumentis, et a superficie rerum sumptis, sed rationibus firmissimis, et ex intimis rerum visceribus eductis, non illa Demosthenis aut Chrysippi argumentosa eloquentia, quæ mihi sacras litteras profitenti opprobrio esset futura, tanquam adulationes amanti, si fucos dicendi sequar. Nam loqui proprie, non eloqui; et rei veritatem, non sermonis ornatum, sacrarum litterarum possessorem intendere decet. Non enim in lingua, sed in corde veritatis sedes est. Nec interest in dicendis veris quali sermone utamur. Mendacium enim eloquentia, verbisque phaleratis indiget, ut se possit hominum mentibus insinuare; veritatis autem sermo, ut scribit Euripides, simplex exsistit, non quærens fucum, nec pigmenta. Quod si ergo assumptum negotium absque omni eloquentiæ flore (quæ ea ipsa quoque nunc a nobis, etiam non tam negligenda, quam damnanda erit), vestris delicatissimis auribus offundam, ea vos precor feratis patientia, qua Romanus ille imperator, quondam cum exercitu constitit, ut audiret mulierculam, atque Archesilaus rex interdum audire voluit raucos et inamœnæ vocis homines, quo audiens postea eloquentes plus caperet delectamenti. Memineritis illius Theophrasti sententiæ apud maximos quosque et elegantissimos viros etiam rudes loqui posse, dummodo fide et ratione loquantur : atque ne quasi oscitantes vos auribus pendere sinam, quibus vestigiis et indiciis veluti canibus hanc narratam opinionem meam venatus deprehenderim, nunc proferam in medium : si modo id vos prius commonuero, scientias omnes tam malas esse quam bonas : nec aliam nobis supra humanitatis metam afferre deitatis beatitudinem, nisi illam forte, quam antiquus ille serpens pollicebatur primis parentibus, inquiens: *Eritis sicut dii scientes bonum et malum.* (*Gen.* III, 5.) In hoc itaque serpente glorietur, qui gloriatur se scire scientiam, quod probe factitasse legimus Ophitos hæreticos, qui serpente in sacris suis colebant, dicentes ipsum in paradiso virtutis cognitionem induxisse. Astipulatur istis Platonica historia, Theutum quemdam humano generi infensum dæmonem scientias primum excogitasse, non minus offensivas, quam utiles, ut prudentissime disseruit ille totius Ægypti rex Thamus, de scientiarum ac litterarum inventoribus. Hinc est, quod grammatici plerique dæmones quasi scientes exponunt: sed esto, has fabulas suis poetis philosophisque relinquamus, et non sint alii scientiarum inventores, quam homines, atque illos scimus fuisse pessimæ generationis filios, filios inquam Cain, et de quibus vere dictum est : *Filii hujus sæculi prudentiores sunt filiis lucis in generatione hac.* (*Luc.* XVI, 8.) Si itaque nunc scientiarum inventores homines sunt, nonne *Omnis homo*

mendax (*Rom.* III, 4), *nec est qui faciat bonum usque ad unum.* (*Psal.* XIII, 3.) Sed esto : rursus sint homines aliqui boni nihil scientiæ ipsæ bonitatis, nihil veritatis habebunt, nisi quantum ab ipsis inventoribus vel possessoribus mutuantur, vel acquirunt. Nam si in malum quempiam inciderint noxæ erunt, illumque ex malo reddent deteriorem ut perversum grammaticum, vaniloquum poetam, mendacem historicum, rhetorem palponem, memoriographum ostentatorem, litigiosum dialecticum, sophistam perturbatorem, linguacem Luilistam, arithmeticum sortilegum, lascivum musicum, impudicum saltatorem, geometram jactatorem, cosmographum erronem, architectum perniciosum, nautam piratam, astronomum fallacem, magum flagitiosum, perfidum caballeum, physicum somniatorem, portentosum metaphysicum, morosum ethicum, iniquum politicum, principem tyrannum, magistratum oppressorem, populum seditiosum, sacerdotem schismaticum, monachum superstitiosum, prodigum œconomum, mercatorem falsijurium, quæstorem compilatorem, segnem agricolam, pastorem abigeum, piscatorem maledicum, venatorem latronem, militem prædonem, nobilem exactorem, medicum occisorem, pharmacopolam veneficum, coquum helluonem, alchimistam impostorem, jurisconsultum versipellem, causidicum mille scelerum protectorem, tabellionem falsarium, judicem venalem, et e sublimi tribunali latronem, theologum hæreticum, et universæ multitudinis seductorem. Nihil autem inauspicatius, quam ars, quam scientia impietate constipata, et malarum rerum perniciosissimus est maximus quisque artifex et doctissimus auctor.

« Quod si etiam in non tam malum, sed stultum aliquem incidat, nil illo insolentius ac importunum magis, nam præter id, quod illi de cognata stultitia superest tuetur illum doctrinæ auctoritas, habetque litterarum instrumenta, quibus suam defendat amentiam, quibus cæteri stulti carentes mitius insaniunt, quemadmodum de rhetore ait Plato : *Nam quo erit*, inquit, *ineptior atque indoctior, hoc plura narrabit, imitabitur omnia, nihilque se indignum existimabit.* Nihil igitur exitialius, quam cum ratione insanire. Si quis autem vir bonus et sapiens possideat, fortassis bonæ erunt scientiæ, ac reipublicæ utiles, possessorem autem suum nihilo reddent beatiorem. Non enim, ut aiunt Porphyrius et Jamblichus, verborum accumulatio disciplinarumque multitudo beatitudo est, quæ nec ullum insuper pro rationum ac verborum qualitate accipit incrementum : quod si ita esset, nihil prohiberet illos, qui omnes congregaverunt disciplinas, esse beatos; hunc vero qui his careat, nequaquam : essentque philosophi sacerdotibus beatiores. Vera enim beatitudo non consistit in bonorum cognitione, sed in vita bona; non intelligere, sed in intellectu vivere. Neque enim bona intelligentia, sed bona voluntas conjungit homines Deo, nec aliud efficiunt disciplinæ foris adhibitæ, nisi quia conditionem nobis quamdam purgatoriam adhibent, ad beatitudinem aliquid conducentem, non tamen rationem ipsam, qua nobis beatitudo compleatur, nisi eis adsit et vita in ipsam bonorum translata naturam; sæpissime enim est compertum, ut ait Cicero *Pro Archia*, ad laudem atque virtutem naturam sine doctrina, quam doctrinam sine natura valuisse. Non igitur tam longa, tam difficili, et vix unquam perscrutabili, ut Averroistæ contendunt, scientiarum omnium disciplina animum imbuere opus erit, quam ipse etiam Aristoteles beatitudinem ait valde commune, et quam cuncti facile adipisci queant per disciplinam quamdam et diligentiam, quam scilicet ait facilem, et quasi communem facultatem contemplandi objectum omnium nobilissimum, scilicet Deum : qui quidem tam facilis omnibus communis contemplandi actus, non syllogizando et demonstrando perficitur, sed credendo et colendo. Quæ ergo nunc scientiarum felicitas? quæ sapientum philosophorumque laus et beatitudo, quibus scholæ omnes perstrepunt, resonantque encomiis eorum, quorum animas diris cruciatibus distrahi audiunt, videntque inferi? Vidit hæc Augustinus et timuit, exclamans illud Pauli : *Surgunt indocti et rapiunt cœlos, et nos cum scientia nostra mergimur in infernum.* Quod si audendum est verum fateri, tam est scientiarum omnium periculosa, inconstansque traditio, ut longe tutius sit ignorare, quam scire. Adam nunquam e beatitudinis paradiso pulsus fuisset, nisi serpente magistro didicisset scire bonum et malum. Et Paulus ejiciendos censet de Ecclesia, qui plus scire volunt quam oportet. Socrates, dum omnes ferme disciplinas perscrutatus esset, tunc primum ab oraculo sapientissimus omnium judicatus est, cum se nihil scire palam fateretur. Tam est scientiarum omnium cognitio difficilis, ne dicam impossibilis, ut prius vita tota hominis deficiat, quam vel unius disciplinæ minima ratio perfecte investigari possit. Quod mihi hic affirmare videtur *Ecclesiastes*, dum ait : *Intellexi, quod omnium operum Dei nullam possit homo invenire rationem eorum, quæ fiunt sub sole, et quanto plus laboraverit ad quærendum, tanto minus inveniat, etiamsi dixerit sapiens se nosse, non poterit reperire.* (*Eccle.* VIII, 17.) Nihil homini pestilentius contingere potest quam scientia : hæc est vera illa pestis, quæ totum ac omne hominum genus ad unum subvertit, quæ omnem innocentiam expulit, et nos tot peccatorum generibus, mortique fecit obnoxios, quæ fidei lumen exstinxit, animas nostras in profundas conjiciens tenebras, quæ veritatem damnans, errores in altissimo throno collocavit. Quare jam non vituperandi mihi videntur, Valentinianus ille imperator, quem acerrimum litterarum hostem exstitisse aiunt atque Licinius imperator, qui litteras virus ac pestem publicam dictabat : quin et Ciceronem ipsum fontem litterarum abundantissimum refert Valerius tandem litteras contempsisse. Tanta autem est veritatis ampla libertas, liberaque amplitudo, ut

nullius scientiæ speculationibus, non ullo sensuum urgenti judicio, non ullis logici artificii argumentis, nulla probatione evidente, nullo syllogismo demonstrante, nec ullo humano rationis discursu possit deprehendi, nisi sola fide : quam qui habet, is ab Aristotele, in *Priorum resolutionum* libro dicitur melius dispositus, quam si esset sciens: quod exponens Philoponus, ait, id esse melius cognoscentem, quam per demonstrationem, quæ per causam fit.

« Et Theophrastus in suis *Transnaturalibus* sic ait: *Usque ad aliquid quidem possumus per causam speculari, principia a sensibus sumentes: quando autem ad ipsa extrema et prima transierimus, non amplius possumus scire, sive quia non habemus causam, sive propter intellectus nostri infirmitatem.* Et Plato in *Timæo* ait, quod illa explicare plus est, quam vires nostræ sufficiunt, sed credi jubet iis, qui ante dixerunt, quanquam nulla demonstrationis necessitate loquantur; fuerunt enim Academici philosophi in pretio, qui dixerunt, nihil posse affirmari, fuerunt Pyrrhonici, et alii multi, qui quidem nihil affirmabant. Nihil itaque præcipuum habet scientia supra ipsum credere, ubi videlicet probitas auctoris movet discipulorum liberam credendi voluntatem. Hinc Pythagoricum præsumptum illud de magistro responsum : *Ipse dixit.* Et Peripateticorum illud vulgatum proverbium : *Unicuique perito in arte sua credendum est.* Sic creditur grammatico de verborum significationibus; credit dialecticus de parte orationis a grammatico accepta; assumit a dialectico rhetor argumentationis locos; poeta mensuras mutuatur a musico; geometra proportiones sumit ab arithmetico ; astrologus utrisque fidem dat. Deinde transnaturales conjecturis utuntur naturalium, et quisque artifex recte præsumit de statutis alterius. Habet enim quævis scientia certa quædam principia, quæ credere oporteat, nec ullo modo queant demonstrari : quæ si quis pertinacius negare velit, non habent philosophi illi, quod contra illum disputent, moxque dicent contra negantem principia non esse disputandum, aut ad alia, quædam extra scientiæ metas relegabunt, ut si quis (dicunt) neget ignem esse calidum, projiciatur in ignem, et quæratur ab eo quid sentiat. Ita demum ex philosophis tortores fiunt et carnifices, volunt nos vi cogere fateri id, quod ratione debuerant docere. Proinde nil reipublicæ infensum ac perniciosum magis quam litteræ, quam scientiæ : in qua si qui eruditione et scientia præditi sunt homines, eorum arbitrio, veluti plus sapientium plurimum resgeruntur, ac plebis simplicitate, multitudinisque imperitia freti omnem magistratus auctoritatem sibi soli usurpant, unde reipublicæ status a populari in oligarchiam migrat, atque exinde in factiones divisa, in tyrannidem facile transit, quam nemo unquam uspiam terrarum obtinuisse legitur sine scientia, sine doctrina, sine litteris, præter unum L. Syllam dictatorem, qui solus sine litteris rempublicam occupavit, in quo tamen litterarum ignorantiæ vel hoc respublica maxime debet; quod tyrannidem sponte tandem deposuerit. Præterea omnes scientiæ nil nisi decreta et opiniones hominum sunt, tam noxiæ, quam utiles, tam pestiferæ, quam salubres, tam malæ, quam bonæ, nusquam completæ, sed et ambiguæ, plenæ erroris et contentionis: atque id nunc ita esse per singulas scientiarum disciplinas progrediendo ostendemus.»

On voit qu'Agrippa s'appuie sur la révélation pour nier toute raison en général, et en particulier la raison de son siècle. Ce qu'il y a de bizarre et de caractéristique, c'est que le même philosophe qui nie toute science semble pardonner à la magie, du moins à ce qu'il appelle la magie naturelle, et croire à la magie *venefica.*

Ce double fait jette, je crois, une vive lumière sur les développements de l'esprit philosophique et sur les origines du protestantisme. Nous ne voulons rien dire qui puisse paraître blessant à nos frères égarés ; mais il est historiquement certain que le protestantisme n'a pas le caractère original qu'on lui prête dans certains écrits. Il ne commence pas une époque pour l'esprit humain; il ne constitue pas une tendance nouvelle dans l'histoire de la civilisation ; il est l'effet, la déviation, l'exagération d'une tendance antérieure. Dès le XIVe siècle, les éléments péripatéticiens, qui s'étaient mêlés à certaines explications théologiques, sont réputés suspects; la métaphysique d'Aristote est battue en brèche, soit directement, soit indirectement ; et en attendant qu'une autre métaphysique, déjà en voie de formation et très-puissante, ait eu le temps de se laisser voir et de se poser d'une façon explicite, un immense dégoût de toute métaphysique, de toute raison, et par là même de toute science, se produit de toutes parts. Nous le trouvons dans Pierre d'Ailly, dans Gerson, dans Cusa, dans tous ceux qui n'ont pas dans les anciens une confiance absolue. Tant que ce dégoût, avec les chauds appels à un exercice de la pensée humaine plus en rapport avec la foi, n'excédait pas certaines limites, il avait son utilité ; il portait les intelligences à réagir contre une astronomie, une physiologie et une ontologie inexactes, infécondes, mortes. En général il eut ce caractère au XVe siècle. Dans Agrippa, il devient déjà un système, et alors il donne lieu à des intempérances d'imagination qui détournent des vraies découvertes; c'est ainsi que l'on peut constater que le savant et hardi médecin ne se sert pas contre l'astronomie de Ptolémée des arguments des coperniciens; on dirait qu'il a méprisé ou qu'il ne connaît point Copernic. Le protestantisme fit un pas de plus ; il condamne la raison non pas au nom de la raison (ce qui n'est que médiocrement dangereux), mais au nom de la *foi;* et d'une façon générale l'affirmation d'un ordre surnaturel lui semble devoir emporter la négation de l'ordre naturel. Dès lors, il n'y a plus lieu pour l'âme humaine qu'à l'*inspiration;* l'inspiration remplace tout le reste; bien entendu,

elle est *individuelle*, parce que tout mouvement de la sensibilité est *individuel*, mais l'interprétation des Ecritures, qu'elle demande, tout individuelle qu'elle soit, n'est nullement une interprétation *rationnelle:* elle n'est nullement une part faite à la *raison* dans les sciences théologiques; il suffit de lire Luther et Calvin pour s'en apercevoir. Suivant eux, ce n'est pas la raison humaine qui se met en rapport avec le sens caché des livres saints; c'est l'Esprit-Saint lui-même, qui nous pénètre, nous illumine, nous possède, et lit pour ainsi dire par notre bouche les mots sacrés qu'il avait placés sur les lèvres des prophètes ou sous le stylet des apôtres. Le protestantisme (nous ne parlons pas de ce rationalisme déguisé, qui s'est produit au XVIIIe siècle et qui a succédé au vrai protestantisme) est donc l'immolation absolue de la nature sur l'autel de la grâce. On peut donc le regarder comme la suite et l'exagération du mouvement qui produisit les Cusa, les Agrippa, les Van-Helmont; ou plutôt c'est ce mouvement même au moment où il se dévoie d'une façon absolue et au lieu de conduire à un progrès radical de la science et de la philosophie, les nie et les supprime.

Le lecteur aura sans doute remarqué l'observation qui termine le chapitre. Le principe en est emprunté à Aristote, et pour le dire en passant, ce détail et quelques autres encore qu'il serait superflu de citer ici prouvent qu'Agrippa ne contredisait point le Stagirite sans le connaître. Aristote est un de ceux qui ont le mieux assigné les causes de la tyrannie chez les Grecs. Néanmoins, si Agrippa avait non-seulement lu la *Politique*, mais encore médité sur ses théorèmes, il n'aurait pas regardé la science comme nécessaire au tyran pour arriver au pouvoir sur les débris des lois. En effet Aristote fait de la tyrannie une sorte de résultat nécessaire des désordres antécédents; d'où il suit que quiconque se trouve où passe cette résultante n'a qu'à consentir au rôle immoral d'oppresseur et de violateur des libertés publiques pour que la puissance lui soit acquise. La science, l'héroïsme, le courage, le talent administratif contrarieraient ses desseins ambitieux plus qu'ils ne les aideraient. On raconte qu'un sage de je ne sais quelle république ayant été mis en rapport avec un citoyen factieux qu'on accusait de tendre au renversement des lois et des libertés de sa patrie, écrivit sur ses tablettes après son entrevue: *N... est un esprit mesquin, étroit, ignorant; — il est d'autant plus dangereux.* Ce mot était vrai et profond. Celui qui rêve de guider ses semblables à travers les luttes de la liberté, doit être éclairé, et son ambition même (quoique l'ambition ne soit jamais un sentiment honnête) peut s'allier à de nobles et généreuses passions. Celui qui se propose au contraire de les mener par la force, et sans qu'il soit permis à personne de les éclairer, n'a besoin que d'une sorte d'audace brutale et impudente qui est assez naturelle aux âmes ignorantes et grossières et réussit pendant quelque temps. Son ambition est moins un sentiment qui naît dans les hauteurs de l'esprit qu'un instinct qui se nourrit dans ses parties basses. Elle a toutes les forces et toutes les faiblesses de l'instinct. L'homme qui est poussé par lui, si incapable qu'il soit d'ailleurs, accomplit avec une certaine sûreté une multitude de petites finesses qui ne trompent pas les intelligents, mais qui trompent la foule ignorante; il arrive ainsi à son but à travers mille détours, semblable au chien courant qui force enfin la proie. Seulement, si l'instinct a une sorte de sûreté pour ce qui est de sa compétence, il ne sait rien, il ne peut rien hors d'un certain cercle; et c'est pourquoi on a vu la plupart des empereurs romains déployer une étonnante habileté pour arriver au pouvoir, et puis une fois arrivés, gaspiller les finances de l'Etat, se jeter dans des guerres impolitiques et en un mot faire preuve de l'ignorance la plus profonde. Ils conservaient leur instinct, et la preuve, c'est qu'ils persuadaient à la foule qu'ils étaient habiles; le stupide vulgaire auquel ils donnaient des jeux et du pain, et au profit duquel ils démolissaient et rebâtissaient sans cesse la ville de Rome, disait dans ses fêtes et à la vue des édits et des sénatus-consulte placardés sur les édifices : Il a commis bien des crimes, mais il est heureux et il sait gouverner. — Il le disait jusqu'au jour où un incident, la veille imprévu, renversait le colosse aux pieds de boue et montrait à nu la faiblesse de son pouvoir et l'inintelligence de son administration. La sottise et l'immoralité ne sont pas toujours des obstacles dans les autres carrières; dans celle de la tyrannie, elles sont de merveilleux auxiliaires. Mais revenons à la métaphysique. Agrippa mêle par esprit de satire toutes les sciences et tous les arts pour les attaquer tous ensemble; la dialectique et l'art de l'histrion, la métaphysique et la magie sont placés par lui au même rang. Notre analyse ne portera que sur la critique qu'il a cru devoir faire de la philosophie et de la théologie scolastiques.

« CAPUT VII. — *De dialectica.*

« Succedit istis in subsidium dialectica : et ipsa quidem non nisi contentionis ac tenebrarum artificium est, per quam reliquæ omnes scientiæ obscuriores, ac cognitu difficiliores redduntur : atque hæc etiam sese, logicam, videlicet dicendi et ratiocinandi scientiam vocat. Miserum profecto et irrationale hominum genus, si absque hac disciplina nesciat raciocinari : hanc tamen Servius Sulpicius omnium artium maximam esse dixit, et quasi lucem ad ea quæ ab aliis doceantur : cum ipsa, ut ait Cicero, rem universam doceat distribuere in partes, et latentem definiendo explicare, interpretando obscuram explanare, ambiguam contemplari et distinguere, atque regulam de iis omnibus tradat, qua vera et falsa judicentur. Præterea pollicentur dialectici, se cujusque rei essentialem, ut aiunt, defini-

tionem posse invenire : tamen hanc nullis unquam verbis præstare possunt tam lucidam, quin æque nescius maneat animus, quin dicat, quis idiota pro homine animal rationale mortale, minus intelliget, quam si dixisset hominem? Plura de his scripsit inter Latinos Boetius, cujus opera non habentur : sed præstant omnibus, quæ scripsit Aristoteles, *Prædicamenta*, *Elenchos*, *Topica*, *Perihermenias*, *Analytica*, et reliqua : quem secuti Peripatetici, opinantur nihil stare, aut sciri posse, nisi quod syllogizando probetur per demonstrationem, eam videlicet, quam depingit Aristoteles, sed nunquam in dogmatibus suis observavit, cum omnes suæ argumentationes ex præsuppositis ab eo deducantur, quem secuti omnes isti scientiarum pollicitatores, hactenus nullas, aut paucissimas veras demonstrationes dederunt, ne dum in naturalibus : sed omnes deducunt illas ex præacceptis, aut ab suo Aristotele, aut ab alio, qui illa prior dixerit, quorum auctoritatem servant sibi pro principiis demonstrationis : veram autem demonstrationem, quæ facere debeat scientiam, docet Aristoteles eam esse, quæ fit per quidditates, ut loquuntur dialectici, per proprias rerum differentias nobis occultas et ignotas. Ait insuper, demonstrationem ex causis fieri, ex iis quæ sunt *de*, *per*, *se*, et secundum quod ipsum : quæ quidem enuntiationes cum sint convertibiles, se ad invicem inferentes, tamen ait non dari, nec concedi demonstrationem circularem ex causis. Si itaque nunc principia demonstrationis plurimam ignota sunt, et circulatio non admittetur, certa nulla inde aut paucissima, eaque incerta haberi potest scientia. Credere enim oportebit demonstratis per fragilia quædam principia, quibus aut propter præcedentem prudentium auctoritatem, veluti notis terminis assentimur, aut quos ex experientia comprobamus per sensus. Omnis enim notitia, ut aiunt, ortum habet à sensibus : et experimentum sermonum verorum, ut ait Averroes, est, ut concordent sensatis. Et illud notius est et verius, in quod plures sensus conveniunt. Ex sensibilibus itaque, eorum scientia manu ducimur ad omnia ea, quæ a nobis sciri possunt. Jam enim cum sensus omnes sæpe fallaces sunt, certe nullam nobis sinceram probare possunt experientiam. Præterea cum sensus intellectualem naturam nequeant attingere, et rerum inferiorum causæ, ex quibus illarum naturæ effectus et proprietates seu passiones demonstrari deberent, sint omnium consensu nostris sensibus penitus ignotæ, nonne convincitur veritatis via sensibus esse præclusa? quare etiam omnes illæ deductiones et scientiæ, quæ in ipsis sensibus radicitus fundatæ sunt, omnes incertæ erunt, et erroneæ, et fallaces. Quæ ergo nunc utilitas dialecticæ? quis fructus scientificæ illius demonstrationis ex principiis et experimentis quibus cum veluti notis terminis assentire necesse erit, nonne jam ipsa principia et experimenta magis scientur, quam demonstrata? Sed hæc ars nunc paulo remotius nobis repetenda est. Dialectici decem numerant prædicamenta, quæ vocant genera generalissima : hæc sunt, *Substantia*, *Quantitas*, *Qualitas*, *Relatio*, *Quando*, *Ubi*, *Situs*, *Habitus*, *Actio*, *Passio*, quibus omnia constare putant, et intelligi, quæcunque in toto universoque orbiculari mundo continentur. Tradunt insuper, quæ de iis ipsis ac earum partibus prædicentur : quinque videlicet, *Genus*, *Speciem*, *Differentiam*, *Proprium*, *Accidens*, quæ ob id prædicabilia nominarunt. Porro invenerunt quatuor cujuslibet rei causas, *materialem*, *formalem*, *efficientem*, et *finalem*, ex quibus omnium rerum veritatem et falsitatem sese invenire posse arbitrantur quadam infallibili, ut putant, demonstratione, hoc est syllogismo, quem altero trium ordinum ut vocant figurarum supra unde viginti modos esse oportebit. Componunt autem omnem syllogismum, sive demonstrationem, ex tribus terminis, qui sunt subjectum quæsiti, et dicitur *major;* tertius est medium inter utrumque participans, et juxta hos duas formant propositiones, quas *præmissas* appellant, *majorem* et *minorem* : ex illis tandem nascitur *conclusio* scilicet de altero ad extremum, alterum tanquam a limine ad metam procurrentes. Hoc totum est egregium illud artificium : hæc ejus sunt extrema confinia, quibus omnia combinare, dividere et concludere opinantur, per quædam, quæ refelli posse impossibile putant, axiomata atque hæc sunt logici artificii portentosa et alta mysteria, magnoque labore exquisita a magistris fallacibus, quæ tanquam occulta quædam et arcana non omnes profiteri licet, nec discere, nisi illos, qui grandes mercedes pro illis præstare possunt, magnisque sumptibus auctoritatem hanc sibi inter scholasticos coemerint. Denique ii sunt eorum canes, hæc illa retia, quibus, illorum opinione, rerum omnium sive naturæ subjectarum, ut physica, sive naturam ipsam comitantium, ut mathematica, sive naturam ipsam quodammodo superantium, ut metaphysica, venantur veritatem, quam tamen artificio, juxta P. Clodii atque Varronis proverbium, nimium altercando amittunt : atque hæc sunt duntaxat veterum dialecticorum confinia.

Caput VIII. — *De sophistica.*

« Sed longe plura prodigia majoraque portenta iis addidit recentior sophistarum schola, de terminorum passionibus, de infinito, de comparativis, de superlativis, de differt aliud ab, de incipit et desinit, de formalitatibus, hæreditatibus, instantibus, ampliationibus, restrictionibus, distributionibus, intentionibus, suppositionibus, appellationibus, obligationibus, consequentibus, indissolubilibus, exponibilibus, reduplicativis, exclusivis, instantiis, casibus, particularisationibus, suppositis, mediatis et immediatis, completis, incompletis, complexis et incomplexis, et cæteris intolerandis, vanisque vocabulis, quæ traduntur in parvis logicalibus, quibus omnia, quæcunque re

ipsa falsa sunt, et impossibilia, vera esse facile convincent : et e contrario, quæcunque vera sunt, velut ex equo Trojano erumpentes, iis machinis subito verborum incendio atque ruina vastabunt. Sunt rursus, qui non nisi tria prædicamenta recipiunt; nec nisi duas syllogismorum figuras, et tantum octo illorum modos probant : modales autem propositiones, concretos insuper et abstractos terminos rideant. Nec desunt, qui undecimum numerent prædicamentum, et quartam syllogismorum figuram, augeantque prædicabilium et causarum numerum, totque invictas et Stoicas subtilitates invexerunt, ut Cleanthis Chrysippique argutiæ cum Daphidæ, Euthydemi, Dionysiodori circumventiunculis, penitus crassæ, rusticanæque futuræ sint si cum iis novis Sophistarum nostrorum inventis conferantur, in quibus nunc passim fere omnis scholasticorum turba, cum misero labore ac damnabili studio occupata, nil magis agere videtur, nisi ut discat errare, ac perpetuis digladiationibus explicandam veritatem obscuriorem reddere vel amittere, quorum tota disciplina non aliud quidquam est, quam captio quædam ex depravatis verborum dictionibus subdola quadam cavillatione pervertens usum loquendi et vim inferens linguæ, quam ignorat, transvertens veritatem secundum verisimilem expositionem, quorum gloria non nisi in conviciis et strepitu sita est, ut qui non tam victoriam appetant, quam certamen, nec veri inveniendi, sed altercandi propositum sit, adeo ut inter hos primas partes teneat, quicunque clamosissimus est, et impudentissimus, et linguæ fremitu audacissimus, de quibus ait Petrarcha : *Sive is styli pudor, sive ignorantiæ confessio est, lingua implacabiles sunt, calamo non contendunt, nolunt apparere, quia frivola sunt, quibus ornantur : ideoque more Parthico fugitivam pugnam exercent, et volatilia verba jactantes quasi ventis vela committunt.* Hi sunt enim, quos Quintilianus dicit in disputando mire callidos : cum autem ab illa cavillatione discesserint, non magis sufficere in aliquo graviore actu, quam parva quædam animalcula, quæ in angustiis mobilia, campo deprehenduntur ; itaque campum timent, verumque est illud, diverticula et anfractus suffugia esse infirmitatis, ut qui parum cursu valent, flexu eludant. Sic et sophistæ metuunt sub notariis, et collatis libris, et auctoribus pugnare, se solius memoriæ et linguæ viribus et fugitivis clamoribus, non ad calamos, sed ad obliviosas aures concertare volunt ; nec referre putant, qua quisque ratione utatur, dum modo instantiam det; nec curandum, quidquid sentiat, aut dicat, modo loquatur, et strenue contendat. Nam qui verbosior est, is inter eos vadetur doctior, iis præstigiis circumeunt scholas et plateas et mensas, quærunt æmulos, quos ut congrediantur, invitant, instant, insiliunt; si congreditur et urget, ad diverticula prolabuntur, et latebras quærunt, et ad usitata recurrunt, tot facientes anfractus, ac si labyrinthum circumiri oporteat; quod si quis nolit, aut pigeat cum illis decertare, subdola aliqua interrogatione, et quam quis non optima cognitione inquisivit, aggrediuntur, ut si vel ex improviso respondentem de errore convincant, aut scire se negantem verecundiæ reum faciant et explodant, atque ipsi in utramque partem doctrinæ vindicent gloriam. Sed quod fructus nobis in Ecclesia Christi peperit, pariatque dialectica cum suis sophistis, spectemus, qui non assentientes divinæ traditioni, illam compositis, et ex fallacibus sensibus, deductis rationibus confundunt : quibus dum nimium credunt, recedente luce veritatis, succrescunt tenebræ, quibus obvoluti et excæcati, factique magistri et duces cæcorum, multos secum iis falsis argumentationibus et apparentibus rationibus trahunt in foveam, semperque ignorantiæ profundum, errorumque pelagus innatantes, serpentum more lubrici, fraudulentiæ et seductionis verbis subinvolantes, imperitiores seducunt ad credendum figmentis suis et extollentes ea, persuadere audent sacratissimam theologiam sine logica, sine dialectica, sine rixa, sine altercatione, sine sophismatibus constare non posse. Non inficior dialecticam ad scholasticam exercitationem, conferre, sed ad theologicam contemplationem quid conferat non video, cujus summa dialectica est in oratione constituta. Neque enim vana promissione pollicitus est nobis Christus, inquiens : *Petite, et accipietis.* (*Joan.* XVI, 24.) Itaque priusquam contentiosi scholastici suam dialecticam discant, isti Christi fideles ab ipso Magistro veritatis impetrant omnem necessariam veritatem. Præterea dialectica per varias ambages tandem non altius pertingere potest, quam ad philosophiam; sed per fidelem orationem recta et certissima via conscenditur ad summam divinarum atque etiam humanarum rerum sapientiam. Errant igitur, quicunque dicunt, dialecticam hanc esse evertendorum hæreticorum machinam omnium potentissimam, cum revera ipsa sit robur omnium hæreticorum : hac arte freti quondam Arius et Nestorius hæretici tam impudenter desipuerunt, ut ille diversas per gradus et tempora in Trinitate substantias assereret : alter Mariam virginem theotocon esse negaret, quia divinas operationes logicis sophismatibus metiri præsumpserunt, plus Aristotelis observantes dialectica sophismata, quam divinæ Scripturæ animadvertentes verba. Omnia namque, ut ait Hieronymus, hæreticorum dogmata sedem sibi et requiem inter Aristotelis et Chrysippi spineta repererunt. Inde Eunomius profert, quod natum est, non fuit antequam nasceretur. Inde Manichæus, ut Deum liberet a conditione malorum, alterum mali indicit auctorem. Inde Novatus subtrahit veniam, ut tollat pœnitentiam. De illis fontibus universa hæreticorum dogmata argumentationum suarum rivulos trahunt. Nam cum nullus sermo sit, qui non recipiat contradictionem, nec ulla argumentatio, quæ non possit per aliam subverti : inde est, quod ad

nullum finem scientiæ, ad nullam cognitionem veritatis per dialecticas disputationes homines pervenire possunt; sed et multos contingit declinare a veritate in hæreses, dum speciem sibi validioris veritatis logicis argumentationibus reperisse se credunt, aut sic hæreticos reprobant, ut ipsi nihilo saniora restituant : quare Plato ipse sero admodum voluit dialecticam attingi a veritatis custodibus, eo quod hæc in utramque partem disserat, et minus firmos reddat de honesto aut inhonesto rationes. Hæc de dialectica hactenus.

« Caput IX. — *De arte Lulli.*

« Invenit autem Raymundus Lullus recentioribus temporibus dialecticæ haud absimilem prodigiosam artem, per quam, tanquam olim Gorgias Leontinus, qui primus in conventu litteratorum hominum poscere ausus est qua de re quisque audire vellet, de quovis subjecto sermone abunde quis valeat disserere, atque invenire quadam artificiosa nominum ac verborum perturbatione, atque in utramque partem de omni sermone curioso hoc plus quam eleganti artificio garrula loquacitatis ostentatione disputare, neque ullum vincendi locum aliis relinquere, et res minutissimas et pusillas in immensum dilatare. Sed hæc altius repetere non est necesse, nos ampla satis commentaria in hanc artem dedimus alibi : verum nolo hæc alicui fucum faciant in artificio admodum levi quod etsi eisdem extollere visi sumus, tamen res ipsa palam se faciet, ut opus non sit circa hanc magnopere depugnare. Hoc autem admonere vos oportet, hanc artem ad pompam ingenii et doctrinæ ostentationem potius, quam ad comparandam eruditionem valere, ac longe plus habere audaciæ, quam efficaciæ. Esse præterea totam ineruditam ac barbaram, nisi elegantiore quadam litteratura adornetur. »

Les trois chapitres qui précèdent renferment les observations de Cornélius Agrippa sur la logique scolastique ; il considère tour à tour deux écoles qu'il appelle, l'une *dialectique*, l'autre *sophistique*, et enfin l'art de Lulle. On se demande naturellement à qui il fait allusion par les deux premières expressions. Que sont les dialecticiens du moyen âge, et quels sont les sophistes? Si je ne m'abuse, les premiers sont les thomistes, qu'Agrippa regarde, dans tout le reste de son ouvrage, comme des péripatéticiens; un mot qui désigne les sophistes, celui de *formalitatibus*, semble indiquer que les sophistes ne sont autre chose, suivant lui, que les disciples de Scot.

Scot, en effet, a désorganisé complétement la scolastique en introduisant dans les cadres inféconds, mais réguliers, de la métaphysique péripatéticienne des entités nouvelles qui étaient un pressentiment heureux des immortelles découvertes que devaient faire Descartes et Leibnitz, mais qui ne purent se mêler aux vieilles entités d'Aristote sans produire un fouillis inextricable de réalités fictives, et de distinctions chimériques. C'est ce désordre et cette série inextricable d'argumentations dialectiques qui frappèrent surtout l'esprit chagrin de Cornélius Agrippa.

Du reste, son attaque contre les dialecticiens, c'est-à-dire contre l'école péripatéticienne, mérite d'être remarquée; elle touche rapidement à quatre grandes questions :

1° L'autorité exagérée qu'on accordait à Aristote et aux anciens;

2° La démonstration péripatéticienne est circulaire parce que les divers principes dont elle part et auxquels elle aboutit sont des énonciations qui peuvent se convertir les unes dans les autres ;

3° La connaissance, suivant Aristote, vient des sens ; mais les sens n'ont que des révélations incertaines ; toute connaissance humaine est donc frappée d'inexactitude. D'ailleurs les sens ne peuvent saisir ce qui est spirituel, et les effets, les propriétés, les phénomènes des choses matérielles qui nous entourent, proviennent de causes qui leur sont inconnues : les sens ne peuvent donc nous donner la vérité : « Voilà pourquoi « les déductions et les sciences qui ont toutes leurs racines dans le témoignage des sens, sont incertaines, erronées et trompeuses. »

4° Les dix catégories, les cinq universaux, les quatre espèces de causes sont autant de filets dans lesquels des maîtres trompeurs et avides prennent non pas la vérité, mais des disciples ignorants et naïfs.

Voilà, si nous ne nous abusons, l'analyse complète du chapitre 8 du livre d'Agrippa. On voit que l'argument principal contre la scolastique thomiste est tiré de la part trop grande qui, suivant l'auteur, est faite à l'élément sensible dans la connaissance humaine. Nous sommes bien loin (qui le niera?) de ce préjugé vulgaire et trop durable, qui s'imagine que la Renaissance a déclaré la guerre à la scolastique au nom de l'observation et des sens. C'est la thèse contraire qu'il faudrait soutenir pour être dans le vrai. A cet égard, Galilée parle, dans ses immortels *Dialogues*, comme Agrippa, dans son *De vanitate scientiarum*, comme Cusa dans son *De docta ignorantia*, comme Descartes dans sa 2e méditation. Newton a réclamé contre le cartésianisme, au nom des *faits;* et l'on a supposé que Galilée, Képler, Copernic, tous les rénovateurs de l'astronomie et des sciences naturelles, avaient parlé vis-à-vis de la scolastique expirante, comme les newtoniens vis-à-vis des disciples de la grande théorie des tourbillons. Mais l'histoire prouve qu'il n'en fut pas ainsi. Cusa, Copernic, Képler, Galilée, Descartes, s'appuyaient principalement sur les données de la raison et sur l'analyse, pour réfuter la physique et la métaphysique péripatéticiennes ; ils leur reprochaient non de ne pas croire aux sens, mais d'y croire aveuglément. On trouvera dans ce livre une foule de citations et de faits, qui établissent à nos yeux, d'une manière irréfragable, la vérité de cette thèse ; celle d'Agrippa, dans tous

les cas, nous paraît difficile à contester.

Nous verrons ailleurs la théorie de ce philosophe sur la cause efficiente et la cause formelle.

Voyons ce qu'il reproche aux *sophistes*, c'est-à-dire aux scolastiques qui subirent l'impulsion de l'école franciscaine. Ce qu'il y a de particulier, c'est qu'il ne leur reproche aucune erreur spéciale, mais seulement un abus effrayant des formes logiques où se perdait la raison humaine. Quant à l'art de Lulle, dont il avait été le commentateur, il se montre ici fort désabusé à son endroit; et il conclut que tout exercice purement logique est incapable de fonder la vérité, et n'a d'autre résultat que d'enfanter des hérésies inextricables.

Agrippa, après avoir nié le rôle de la logique, s'attaque aux principes mêmes de la philosophie du moyen âge, et il examine successivement la physique, la psychologie, la métaphysique, la morale et la politique des anciens scolastiques. Le chapitre qu'il consacre à la morale a malheureusement peu d'intérêt; il semble purement et simplement une négation du caractère rationnel du devoir, mais sans vue profonde sur la morale ancienne. Au contraire, les autres chapitres nous semblent avoir un intérêt particulier, et surtout ils sont très-propres à nous faire comprendre ce que le XVe et le XVIe siècles reprochaient à la scolastique. Ils n'ont que le tort d'être un peu vagues pour nous, parce que, trop éloignés des débats sans fin de ces siècles, nous ne comprenons pas toute la portée des allusions.

« CAPUT XLIX.— *De philosophia naturali.*

« Cæterum nunc ad ulteriora procedamus, ipsiusque philosophiæ placita, et quæ naturam ipsam scrutantur, rerumque principia et fines vafris syllogismis inquirunt, scientias investigemus. Quæ profecto quam habeant certitudinem aliam a doctorum suorum fide, omnis homo ignorat. Hanc primo poetæ professi sunt, e quibus Prometheus, Linus et Musæus et Orpheus, porro Homerus primi inventores numerantur. Philosophia itaque nunc quam nobis veritatem præstare poterit, quæ ipsa ex poetarum nugis fabulisque progenita est? Quod ita esse, manifestis indiciis probat Plutarchus omnes videlicet philosophorum sectas ab Homero principium sumpsisse : ipse Aristoteles fatetur, etiam philosophos natura philomythos, hoc est, fabularum studiosos esse. Sectas philosophorum alii novem, alii decem, sed multo majori numero illas Varro partitus est. Quod si quis etiam omnes philosophos in unum congregaverit, adhuc inter eos constare non poterit, quæ secta potior dicenda sit, quorum dogmatibus potius parendum : adeo circa singula inter se pugnant atque dissentiunt, perpetuamque hanc per sæcula litem alunt : et, quod ait Firmianus, unaquæque secta omnes alias evertit, ut se suaque confirmet, nec ulla alteri sapere concedit, ne se desipere fateatur. Cumque de singulis philosophia disputat, et opinatur, de nullis certa est; unde philosophos an inter bruta, an inter homines numerem, plane nescio : brutis siquidem præstare videntur, eo quod rationem habeant et intelligentiam : homines autem quomodo erunt, quorum ratio nihil constans persuadere potest, sed semper in lubricis opinionibus vacillat, quorum intellectus ad omnia incertus, non habet quod teneat, aut sequatur : idque nunc ita esse, diffusius ostendamus.

« CAPUT L.— *De principiis rerum naturalium.*

« Nam in primis de rerum naturalium principiis super quibus tota hæc facultas fundatur, acerrima pugna inter gravissimos philosophos certatur,

Et adhuc sub judice lis est.
(HORAT., *De arte poet.*, vers. 78.)

quis eorum melius dixerit, admodum persuasibiles, invincibilesque de contrariis afferunt rationes. Nam Thales Milesius, primus sapiens ab oraculo judicatus, ex aqua omnia constare voluit; ejus auditor et in schola successor Anaximander rerum principia dixit infinita; illius autem discipulus Anaximenes, infinitum aerem esse rerum principium astruit; Hipparchus, Heraclitus Ephesius ignem, his ambobus quodammodo assentit Archelaus Atheniensis, Anaxagoras Clazomenius, infinita principia tanquam particulas minutas et confusas, sed divina mente in ordinem postea redacta; Xenophanes unum esse omnia, neque id ipsum motabile; Parmenides calidum et frigidum tanquam ignem qui moveat, terram quæ formet; Leucippus, Diodorus, Democritus, plenum et vacuum; Diogenes Libertus aerem, divinæ tamen rationis compotem; Pythagoras Samius numerum statuit rerum principium, quem sequitur Alcmæon Crotoniates, Empedocles Agrigentinus litem et amicitiam, ac quatuor elementa; Epicurus atomos et inane, Plato ac Socrates Deum, Ideas materiam, Zeno Deum, materiam et elementa. Aristoteles materiam ad appetitum formæ per privationem, ipse quam inter principia tertium ponit, contra id, quod alibi docuit, æquivoca non debere annumerari : quare alii recentiores Peripatetici loco privationis motum quemdam utraque cogentem posuerunt, qui cum sit accidens, quomodo erit principium substantiæ, aut quis erit ejus motus motor? Ideo Hebræorum philosophi materiam, formam et spiritum statuerunt.

« CAPUT LI.—*De mundi pluralitate, et ejus duratione.*

« Cæterum cum de mundo disputant, nihilominus dissentiunt. Thales unum mundum censuit, illumque Dei facturam asserit. Empedocles similiter unum, sed universi tantum exiguam esse particulam. Democritus et Epicurus contra, mundos esse innumerabiles, quos sequitur Metrodorus horum discipulus, dicens, innumerabiles esse mundos, quia causæ eorum innumerabiles sint : nec minus absurdum esse, tantum unum in universo esse mundum, quam in agro

unam duntaxat nasci spicam. De mundi autem duratione locuti Aristoteles, Averroes, Cicero, Xenophanes, illum æternum omnis corruptionis expertem dicunt. Nam cum non possunt intelligere, ut Censorinus ait, ovane an aves ante generatæ sint, cum et ovum sine ave, et avis sine ovo gigni non posset, hinc arbitrati sunt, mundum hunc, et uniuscujusque geniti initium simul et finem perpetua revolutione sempiternum. Pythagoras et Stoici a Deo genitum, et aliquando, quantum ex sui natura est corrumpendum : queis consentiunt Anaxagoras, Thales, Hierocles, Avicenna, Algasel, Alcmæus, et Philo Hebræus; sed Plato asserit, a Deo illum ad sui exemplar fabricatum, nunquam desiturum; Epicurus contra plane interiturum. Democritus semel mundum genitum docet et interiturum, nec unquam reparandum. Empedocles et Heraclitus Ephesius non semel, sed semper mundum generari et corrumpi asserunt. Agamus liceat de re quapiam quam illi a causa naturali potissimum procedere dicunt, puta de terræ motu, adhuc ipsum unanimiter advenire nequierunt, sed per multa vagati, causam ejus Anaxagoras ætheradixit, Empedocles ignem, Democritus et Thales Milesius aquam, Aristoteles, Theophrastus, et Albertus ventum, vel vaporem subterraneum, Asclepiades casum, vel ruinam; Possidonius, Metrodorus, Callisthenes Parcas; Seneca et alii in diversa distracti, causam ejus effectus frustra inquisiverunt : propterea veteres Romani, ubi terram tremuisse senserant, nuntiatumve esset, ferias quidem imperabant, sed cui deorum servari illas oporteret, non edicebant : quoniam qua vi, et per quem deorum tremeret, adhuc incertum esset.

« Caput LII. — *De anima.*

« Quod si de anima ab illis aliquid scisciteмur, multo minus conveniunt : nam Crates Thebanus nullam esse animam ait, sed corpora sic a natura moveri. Qui autem animam fassi sunt, plerique illam corporum tenuissimum opinati sunt, huic crasso corpori suffusum : sed illorum alii illud esse igneum dixerunt, ut Hipparchus et Leucippus, quibus quodammodo consentiunt Stoici, dicentes animam esse spiritum fervidum, ac Democritus, dicens illam esse spiritum mobilem et ignitum atomis insertam. Alii dixerunt, esse aerem, ut Anaximenes et Anaxagoras, Diogenes Cynicus, et Critias, quibus astipulatur Varro, inquiens : *Anima est aer conceptus ore, defervefactus in pulmone, temperatus in corde, diffusus in corpus.* Alii aqueum, ut Hippias; alii terreum, ut Heliodorus et Pronopides, quibus quodammodo assentiunt Anaximander et Thales, ambo concives Milesii. Alii mistum ex igne et aere spiritum, ut Boetes et Epicurus; alii ex terra et aqua, ut Xenophanes; alii ex terra et igne, ut Parmenides; alii sanguinem, ut Empedoles et Circias; alii spiritum tenuem per corpus diffusum, ut Hippocrates medicus; alii carnem cum sensuum exercitio, ut Asclepiades. Multi autem alii arbitrati sunt animam non corpusculum illud, sed illius quamdam qualitatem, vel complexionem, per illius particulas sparsam, ut Zeno Cithicus, et Dicæarchus animam definiens quatuor elementorum complexionem; atque Cleanthes, Antipater, Possidonius dicentes illam esse calorem, sive complexionem calidam : quibus adhæret Galenus Pergamenus. Sunt et alii, qui dixerunt animam non eam esse qualitatem seu complexionem, sed tanquam ad ejus punctum aliqua certa corporis parte, ut corde vel cerebro, residentem, et exinde totum corpus gubernantem : ex quorum numero sunt Chrysippus, Archelaus et Heraclitus Ponticus qui animam vocavit lucem. Sunt rursus alii, qui adhuc liberius quoddam opinati sunt animam ut punctum aliquem liberum, nulli corporis parti alligatum, sed ab omni determinato situ seclusum, et totum cuique corporis parti præsentem, quem sive complexio genuerit, sive Deus creaverit, tamen ex materiæ gremio eductus sit. Hujus opinionis fuerunt Xenophanes Colophonius, Aristoxenus et Asclepiades medicus, dicentes, animam esse sensuum coercitationem, et Critolaus Peripateticus, dicens, eam esse quintam essentiam, ac Thales Milesius, dicens animam esse naturam irrequietam sese moventem, et Xenocrates vocans eam se moventem numerum : quem sequuntur Ægyptii, dicentes, animam esse vim quamdam in omnia corpora transmeantem; et Chaldæi, inquientes, eam virtutem absque determinata forma, omnes tamen exteras suscipientem. Omnes quidem in hoc convenientes, quod anima sit vis quædam agilis ad movendum, vel esse partium corporalium sublimem quamdam harmoniam, sed tamen ab ipsa corporis natura dependentem. Atque horum vestigia sequitur dæmoniacus Aristoteles, qui invento novo vocabulo, animam vocat *entelechiam*, scilicet perfectionem corporis naturalis organici, potentia vitam habentis, dantem illi principium intelligendi, sentiendi et movendi. Atque hæc receptissimi philosophi animæ futilis definitio, quæ non essentiam, naturam, aut ejus originem declarat, sed affectus. Porro supra hos omnes sunt alii, qui dixerunt animam esse divinam quamdam substantiam, totam ac individuam, ac toto ac cuique corporis parti præsentem, ab incorporeo auctore taliter productam, ut ex sola agentis virtute, non ex materiæ gremio dependet. Ejus opinionis fuerunt Zoroastes, Hermes Trismegistus, Orpheus, Aglaophemus, Pythagoras, Eumenius, Hammonius, Plutarchus, Porphyrius, Timæus Locrus, et divinus ille Plato, dicens, animam esse essentiam sui motricem intellectu præditam. Eunominius episcopus partim Aristoteli, partim Platoni consentiens, definit, animam esse substantiam incorpoream in corpore factam : super qua definitione deinde reliqua sua dogmata fabricavit. Cicero, Seneca, Lactantius, quid sit anima, dicunt penitus ignorari. En videtis de animæ essentia quam inter se dissident, nec minus ridicule de ejus sede inter se variant : nam Hippocrates et Hierophilus

in cerebri ventriculis illam ponunt; Democritus in toto corpore; Erasistratus, circa membranam epicranidem; Strabo, in superciliorum interstitio; Epicurus, in toto pectore; Diogenes, in cordis arteriato ventriculo; Stoici cum Chrysippo, in toto corde ac spiritu circa cor versante; Empedocles, in sanguine, cui astipulatur Moyses, idcirco prohibens vesci sanguine, quia animalis anima sit in illo; Plato et Aristoteles, et reliqui nobiliores philosophi, in toto corpore; Galenus autem, in quavis corporis particula suam esse animam putat: sic enim ait libro *De partium utilitate : Multæ animalium etiam particulæ, hæ quidem majores, aliæ minores, aliæ vero omnivariam in animalium speciem indivisibiles, necessario autem iis omnibus anima quævis indiget; corpus enim hujus organum, et propterea multum a se invicem animalium particulæ differunt, quia et animæ* Neque vero hic prætereundum censeo Bedæ theologi sententiam, qui scribens super Marcum: *Animæ locus*, inquit, *principalis non juxta Platonem in cerebro, sed juxta Christum in corde est.*

« De animæ autem duratione Democritus et Epicurus, una cum corpore interituram aiunt. Pythagoras et Plato omnino immortalem, sed egressam corpore ad sui generis naturam devolare. Stoici tanquam inter hos medii, animam corpus relicturam, sic ut quæ in vita hac nullis sublimata virtutibus infirmior sit, una cum illo emori : sin autem heroicis formata virtutibus, permanentibus illam naturis sociari, et ad sublimiores sedes evadere putent. Aristoteles quasdam animæ partes, quæ corporeas sedes habeant, ab illis inseparabiles esse unaque cum illis interire dicit : intellectum autem, qui nullius sit corporei organi, velut perpetuum a corruptibili separari, sed adeo nihil manifesti dicit, ut interpretes adhuc de ea re disputent. Alexander Aphrodisæus ait manifesto, eum mortalem posuisse animam : idem sentit ex nostris Gregorius Nazianzenus. Contra hos Pleton, et ex nostris Thomas Aquinas, pro Aristotele digladiantur, illum de animæ immortalitate recte sentire. Porro Averroes, eximius ille Aristotelis commentator, hominem quemque propria anima pollere putat, sed mortali. Mentem vero humanam, seu intellectum dicamus esse usquequaque ab omni, tam anteriori, quam posteriori, parte æterna sed omnibus hominibus, seu humanæ speciei unam, qua tantum in vita uteremur. Themistius vero ait, Aristotelem mentem quidem agentem unicam, capacem autem multiplicem posuisse, atque utramque perpetuam. Horum præterea philosophorum opera factum est, ut etiam inter Christianorum theologos de animarum origine ortum sit dissidium, quorum aliqui a mundi origine factas in cœlo omnium hominum animas putant, inter quos est unus de multis doctissimus Origenes. Augustinus quoque primi parentis animam cœlitus ortam putat corpore antiquiorem, idque postea, tanquam aptum sibi contemplatum domicilium voluntario motu expetisse : quanquam ne hoc quidem satis constanter affirmare videatur. Alii extraduce animam propagari putant, sic anima ab anima generari quemadmodum a corpore corpus : in qua opinione fuit Apollinaris Laodiceæ episcopus, et Tertullianus, Cyrillus et Luciferianus, contra quorum hæresim disputat Hieronymus. Alii a Deo animas quotidie creari tradunt : hos sequitur Thomas, eo Peripatetico argumento pugnans, quod, cum anima sit corporis forma, eam non seorsum, sed in corpore creari debere : quam opinionem sequitur jam fere omnis recentiorum theologorum schola. Mitto gradus animarum, ascensiones et descensiones, quas Origenistæ inducunt, sed divinis Scripturis non corroboratas, nec Christianorum dogmatibus conformes : adeo nihil neque apud philosophos, neque apud theologos de anima certum. Nam Epicurus et Aristoteles mortalem putant; Pythagoras in gyrum ducit. Et sunt, ut quodam loco ait Petrarcha, qui eam contrahunt ad suum corpus; sunt, qui etiam spargunt in corporibus animantium; sunt, qui cœlo reddant; sunt, qui circa terras exsulare cogant; sunt, qui inferos asserunt; sunt, qui negent; sunt, qui unamquamque per se; sunt, qui omnes simul animas creatas putent. Hæc ille, fuit et Averroes, qui mirabilius quiddam dicere ausus, unitatem, ut dixi, attulit intellectus. Manichæi hæretici dixerunt, unam solam esse omnium seu universi animam, in singula corpora, tam animata, quam inanimata, dispertitam : sed minus participare, quæ nobis videntur animæ expertia, magis autem quæ animata, maxime vero cœlestium atque sic tandem concludunt, non nisi universalis animæ partes esse singulares animas. Plato etiam unam quidem universi animam astruit : particularium vero alias, quasi separatim universum sua anima exsistat animatum, divisim item particularia. Præterea alii unam animarum speciem, alii non unam, sed duas, rationalem et irrationalem; alii multas, et tot, quot sunt animalium species, affirmant. Galenus medicus diversis juxta speciem, diversas item esse animas sentit : insuper et multas in eodem corpore animas ponit. Sunt et, qui in homine duas animas ponunt, unam sensitivam a generante, aliam intellectivam a creante . inter quos est Occam theologus. Plotinus aliam esse animam, et alium asserit intellectum : quem sequitur Apollinaris. Quidam non distinguunt ab anima intellectum, sed illum substantiæ animæ principalem partem esse dicunt : verum Aristoteles hunc potentia ad esse hujusmodi, atque actu deforis illi supervenire opinatur, neque ad naturam hominis et essentiam conferre, sed ad perfectionem cognitionis et contemplationis : ideoque paucos homines, et solos philosophos illum, qui actu intellectus dicitur, habere affirmat. Quippe etiam gravis inter theologos disputatio est, an (quæ Platonicorum opinio est) in animabus exutis eorum quæ in vita gesserint, reliquerintque memoria, sensusque supersint,

aut istorum cognitione omnino careant : quod Thomistæ cum suo Aristotele firmiter tenent et Carthusiensis exemplo confirmant, de Parisiensi illo theologo ab inferis reverso, qui interrogatus, quid illi restaret de scientia sua? respondit, nihil se scire nisi pœnam : et, citato Salomonis verbo, Non est ratio, non scientia, non opes apud inferos (*Eccles.* IX, 10), conclusisse illis videbatur, nullam mortuis superesse cognitionem : quod tamen manifeste est, non tam contra Platonicorum assertionem, quam contra Scripturæ auctoritatem, veritatemque cum dicat Scriptura, visuros, et scituros impios, quia ipse Deus est : quin et omnium, non modo factorum, sed et verborum otiosorum, et cogitatuum rationem reddituros. (*Matth.* XII, 36.) Sunt etiam, qui de animarum separatarum apparitionibus plura scribere, et referre audent, eaque non raro ab evangelica doctrina, et sacro canone aliena; atque cum præcipiat Apostolus, nec angelis de cœlo credendum esse, si quid renuntiarent aliud, quam quod traditum est (*Galat.* I, 8), adeo penes istos antiquatum est Evangelium, ut citius, magisque credant uni ex mortuis renuntianti, quam prophetis, quam Moysi, quam apostolis, quam evangelistis. Talis profecto fuit doctrina atque sententia divitis sepulti in inferno, qui putabat tunc crediturros superstites fratres, si quis ex mortuis iret, et testificaretur illis. Cui sic opinanti in Evangeliis contradicit Abraham, inquiens : *Si Moysi et prophetis non credant, neque, si quis ex mortuis mittatur, crediturros.* (*Luc.* XVI, 31.) Neque tamen propterea pias defunctorum apparitiones, admonitiones et revelationes omnino inficior, sed valde suspectas esse admoneo, Satana sese sæpissime in lucis angelum, et animarum effigiem transfigurante. Quocirca credendi anchora in illis non est figenda, sed ad ædificationem pie acceptanda sunt, sicut alia, quæ extra sacrum canonem, vel inter apocrypha sunt. Circumferuntur de his nugis multi fabulosi libelli, *Tundali*, et qui *Consolationis animarum* inscribitur : et alii, quorum exemplis concionatores quidam imperitam plebeculam territant, et munuscula contorquent. Scripsit etiam recentibus diebus de spiritu quodam Lugdunensi fabulam protonotarius quidam Gallus, homo nequam et impostor. Ex laudatis autem scriptoribus agit de istis Cassinus et Jacobus de Paradiso Carthusianus : verum nihil unquam solidæ veritatis, aut abditæ sapientiæ, quæ veram charitatem et animarum nostrarum salutem ædificarent, ab his animarum apparitionibus revelatum est, sed duntaxat eleemosynæ, peregrinationes, orationes, jejunia, et reliqua popularis pietatis opera persuasa sunt, quæ tamen multo melius salubriusque docent sacræ Litteræ, præcipitque Ecclesia. Verum de his apparitionibus late scripsimus in dialogo nostro *De homine*, et in libris *De occulta philosophia* : sed modo redeamus ad philosophos. Ethnici omnes, qui animam immortalem asseruerunt, animarum transmigrationem communi consensu astruunt, et rationales animas ad rationis expertia corpora, ad plantas usque transmeare per temporum quasdam periodos, vel ut aliter contigerit : harum transmigrationum auctorem ferunt Pythagoram, de quo in *Transfigurationibus* sic cecinit Ovidius :

> Morte carent animæ, semperque, priore relicta
> Sede, novis dotibus vivunt, habitantque receptæ.
> Ipse ego, nam memini, Trojani tempore belli
> Panthoides Euphorbus eram, cui pectore quondam
> Sedit in adverso gravis hasta minoris Atridæ.
> Cognovi clypeum lævæ gestamina nostræ,
> Nuper Abanteis templo Junonis in Argis.
>
> (*Metam.*, lib. XV, vers. 158-164.)

Multo plura de hac Pythagorica migratione scripserunt Timon, Xenophanes, Cratinus, Aristophon, Hermippus, et Lucianus, et Diogenes Laertius : verum Jamblichus et plerique alii cum Trismegisto, non ab hominibus ad rationis expertia animalia, neque ab illis item ad homines transmigrationes duntaxat fieri consentiunt. Sed et sunt philosophi, ex quorum numero Euripides Anaxagoræ consectator, et Archilaus physicus, atque post eos Avicenna, qui primos homines olerum more ex terra natos tradant, eo ipso non minus ridiculi poetis qui homines quosdam sativos ex serpentum dentibus progerminasse fabulantur. Sunt, qui generationem omnino negent, ut Pyrrho Eliensis; sunt et, qui negent motum, ut Zeno.

« CAPUT LIII. — *De metaphysica.*

« Sed ad ulteriora progrediamur, ostendamusque philosophos illos non solum de iis, quæ in rerum natura videntur, sed etiam de figmentis cogitationum suarum digladiari, atque de iis rebus, quæ nullis principiis firmantur, neque certum est, an sint, vel non sint, ut quas absque corpore et materia subsistere opinantur, quasque formas separatas vocant : quæ, quoniam in rerum natura non sunt, sed supra illam esse putantur, idcirco *transnaturalia*, seu *metaphysica* vocant. Hinc illæ innumerabiles de diis, et undique sibi repugnantes, nec minus impiæ, quam indoctæ opiniones prodierunt; nam Diagoras Milesius, et Theodorus Cyreniacus nullum prorsus Deum esse dixerunt : Epicurus autem esse quidem Deum asseruit, sed nulla inferiorum cura teneri. Protagoras, esset, necne, nihil scire posse dixit. Anaximander nativos deos putabat, longisque intervallis orientes occidentesque. Xenocrates octo esse deos dixit; Antisthenes multos quidem deos populares, sed unum naturalem summum artificem. Sed in tantam insaniam multi eorum prolapsi sunt, ut quos adorarent deos, propriis manibus ipsi sibi fabricarent : ut erat statua Beli apud Assyrios, quos tamen factitios deos mirum quam extollat Hermes Trismegistus in suo Æsculapio. De divina autem essentia locuti, Thales Milesius mentem dixit Deum, qui ex aqua cuncta formaverit; Cleanthes et Anaximenes aera Deum dixerunt; Chrysippus naturalem vim ratione

præditam, seu divinam necessitatem; Zeno divinam naturalemque legem; Anaxagoras, infinitam mentem per se mobilem; Pythagoras animum per naturam rerum omnium intentum et commeantem, ex quo omnia vitam capiunt; Crotoniates Alcmæon solem, lunam, cæterasque stellas deos dixit; Xenophanes omne, quod esset, Deum esse voluit; Parmenides continentem quemdam lucis orbem, quem Stephanon, hoc est, coronam, pro Deo statuit; Aristoteles quasi ex cœlorum motu satis explorata deorum cognitio haberi posset, ex illorum natura deos commentus est, ac divinitatem modo menti tribuit, modo cœli auctorem Deum dicit, modo mundum ipsum Deum statuit, modo alium illi Deum præficit. Hunc eadem inconstantia sequitur Theophrastus.

« Transeo, quid Strato, Perseus, Aristo Zenonis discipulus, Plato, Xenophon, Speusippus, Democritus, Heraclitus, Diogenes, Babylonius, Hermes Trismegistus, Cicero, Seneca, Plinius et reliqui censuerunt, quorum opiniones tamen a prioribus illis, et jam recitatis non longe discedunt. Possem etiam reliquas illorum lites, et verborum portenta percurrere de ideis, de incorporeis, de atomis, de hyle, de materia, de forma, de vacuo, de infinito, de æternitate, de fato, de transcendentibus, de introductione formarum, de materia cœli, an ex elementis sidera constant, an ex quinta essentia, quam Aristoteles introducit, deque similibus, quæ insanis hominibus opinandi ac dubitandi contendendique materiam præbent : sed satis me indicasse arbitror, quam nihil inter philosophos de veritate ipsa conveniat, quibus quo quis redditur propinquior, eo magis a vero ipso longiusque abest, et catholica religione aberrat. Hinc errasse scimus Joannem XXII, Romanum pontificem volentem animas beatas non visuras faciem Dei ante diem judicii. Scimus Julianum Apostatam Christum abnegasse non alia causa, quam, quod philosophiæ studiosior, humilitatem fidei Christianæ irridere ac contemnere cœpit. Eadem causa Cœlius, Porphyrius, Lucianus, Pelagius, Arius, Manichæus, Averroes, multique alii tanta rabie adversus Christum et Ecclesiam ejus oblatrarunt. Hinc natum illud apud vulgus proverbium : Maximos quoque philosophos, maximos esse hæreticos solere; sed et Hieronymus vocat eos patriarchas hæreticorum, et primogenita Ægypti, et vestes Damasci, nimis vere dicta, nam quidquid hæresum unquam fuit, totum hoc et omne ex philosophiæ fontibus, ceu primo seminario scaturiit. Ab hac ferme tota theologia adulterata est, ac pro evangelicis doctoribus pseudoprophetæ, hæretici ac philosophi nati sunt, qui divina oracula humanis inventis æquarunt, ac mirabilibus hominum dogmatibus polluerunt, ipsamque simplicem theologiam, ut ait Gerson, ad verbosam et sophisticam loquacitatem, ac chimerinam mathematicam reduxerunt, quod prævidens Paulus apostolus, toties nos hortatur, ac cavere jubet, ne quis nos per philosophiam deprædetur, vel seducat. (*Ephes.* v, 6.) Augustinus *Civitatem Dei* ab illa tuetur atque defendit : reliqui ferme omnes theologi et sancti Patres eam a Christianis scholis procul propellendam, penitusque exstirpandam censuerunt. Nec desunt etiam ethnicorum exempla, quibus aliquando factitatum legimus, nam sustulerunt Athenienses Socratem philosophiæ parentem : ejecerunt urbe philosophos Romani, Messanique et Lacones, nec admisere unquam; qui etiam sub Domitiano urbe exacti sunt, et tota insuper Italia interdicti. Exstat etiam Antiochi regis decretum in adolescentes, qui philosophari ausi sunt, atque etiam in parentes, qui liberis id admittebant. Nec modo ab imperatoribus regibusque damnati pulsique, sed a doctissimis viris editis libris reprobati : e quorum numero sunt Phliasius Timon, qui opus nomine *Syllos* in derisionem philosophorum scripsit; et Aristophanes, qui in eos comœdiam scripsit, cujus nomen *Nubes*, et Dion Prusæus orationem scripsit contra philosophos omnium eloquentissimam. Scripsit etiam orationem Aristides contra Platonem, quo quatuor Atheniensium proceribus multo eloquentissimam, sed et Hortensius Romanus, vir nobilissima familia, et eloquentissimus, validissimis rationibus philosophiam insectatus est. Sed de iis hactenus. »

Le lecteur aura sans doute été surpris de voir que Cornélius Agrippa donne une si petite place aux principes généraux de physique. Il sera plus surpris encore s'il se souvient que, dans le chapitre où cet écrivain parle d'astronomie, il blâme les côtés factices du système de Ptolémée et semble ignorer jusqu'à l'existence du système de Copernic. En général, les questions de l'ordre physique sont rares dans Agrippa, et ce sont celles pourtant sur lesquelles les XVe et XVIe siècles travaillèrent avec le plus d'efficacité; mais les mystiques ne s'en occupèrent qu'à moitié, et les protestants se jetèrent et jetèrent les esprits dans une voie toute différente de celle où ces questions devaient aboutir. C'est Descartes et ses prédécesseurs immédiats qui revinrent dans la voie malheureusement abandonnée, et c'est grâce à eux que la rénovation des sciences, compromise par l'illuminisme et le protestantisme (deux choses identiques à cette époque), put enfin être reprise et aboutir.

Il faut noter cependant dans le chapitre 50 du *De vanitate scientiarum* un renseignement qui a son importance. Agrippa nous apprend que quelques scolastiques de son temps répugnaient à admettre la *privation* au rang des principes naturels, et qu'ils proposaient de la remplacer par le *mouvement*, qui aurait été alors un principe et le lien primitif de la *matière* et de la *forme*. Cette innovation est originale et elle atteste une modification profonde dans les esprits ou du moins le vif besoin de cette modification. En effet, lorsque le Sagirite regarde la *privation* comme un *principe*, il veut dire que la chose n'est qu'en puissance passive

vis-à-vis des formes diverses qu'elle revêt, et qu'elle demande une cause extérieure pour avoir le *mouvement* qui s'ajoute à elle sans sortir d'elle, sans avoir en elle son foyer; de plus, comme nous l'avons souvent répété, cette théorie implique que le mouvement, extérieur à l'objet quant à sa source, soit déterminé par l'objet lui-même quant à sa direction. Les scolastiques, qui remplaçaient la *privation* par le *mouvement* dans leur classification des principes naturels, tendaient nécessairement à reconnaître ou à faire reconnaître que le mouvement n'était pas un accident qui dépendait de la forme, et qu'ainsi la théorie du mouvement naturel était fausse. Ils sortaient des données fondamentales de la physique, de l'astronomie et de la métaphysique des anciens.

Il est fâcheux que nous ne sachions pas quels étaient ces scolastiques novateurs dont je n'ai pas encore, pour ce qui me regarde, retrouvé la trace. Une monographie sur ce sujet que nous indiquons aux érudits serait des plus utiles et des plus intéressantes au point de vue de l'histoire de la philosophie.

Quand Agrippa aborde la métaphysique, il se borne à dire en passant un mot de mépris sur les *formes substantielles* et il attaque, sans insister, la théorie reçue de la matière, de l'*hyle* (qu'il semble distinguer de la matière), des idées, du vide, de l'infini, de la génération et de la corruption, de la quintessence et de la nature du ciel. On peut inférer de cette attaque brève et dédaigneuse que ces diverses théories étaient depuis longtemps battues en brèche; il est plus original et plus vif quand il passe à la politique, voici le chapitre qu'il lui consacre.

« CAPUT LV. — *De politica.*

« Ad hanc philosophiam pertinet etiam politica, quæ est ars administrandæ reipublicæ. Ejus vero tres sunt species, videlicet monarchia, quæ est unius regimen; aristocratia, quæ est paucorum, sed nobilium, divitum, seu optimatum; democratia, quæ est plebis, sive popularis. His affines sunt tyrannides, oligarchia et anarchia : verum quæ istarum præferenda sit, inter scribentes nondum convenit. Nam qui monarchiam antecellere disputant, naturæ exemplis opinionem suam muniunt, dicentes, quod, sicut in universo unus est summus Deus, in stellis unus sol, rex unus in apibus, dux unus in gregibus, in armentis rector unus, et grues unum sequuntur, sic in republica oportere unum esse regem tanquam caput, a quo nequaquam membra dissentiant. Hanc præ cæteris probarunt Plato, Aristoteles, Apollonius : quibus subscribunt ex nostris Cyprianus et Hieronymus. Qui vero aristocratiam extollunt, aiunt nihil melius rebus magnis administrandis, quam plurium optimorumque in unum consentientium consultationes. Nam expluribus optimis necesse est optima constare consilia : neminem autem solum satis sapere : solius Dei hoc munus esse. Huic quoque opinioni subscribunt Solon, Lycurgus, Demosthenes, Tullius, et ferme omnes illi veteres legislatores, etiam Moyses : quibus consentit etiam Plato, eam rempublicam et civitatem, inquiens, in optimo felicissimoque statu videri constitutam, quæ a sapientibus regeretur : cui si placet, adjiciamus etiam a nobilibus, siquidem hæc et opinio multorum consensu firmata. Qui autem popularem rempublicam prætulerunt, hanc omnium pulcherrimo nomine appellarunt *isonomiam*, hoc est, juris æqualitatem. Nam omnia illis in commune referuntur, et consilia omnia a multitudine, cui haud dubie omnia insunt, capiuntur certiora. Denique vox populi, vox Dei : hinc quidquid omnibus placet, quidquid communis populi consensu statuitur, hoc tanquam a Deo ipso ordinatum, optimum atque justissimum esse præsumatur, necesse est.

« Hoc denique regimen tutius esse aiunt, quam optimatum, ex eo quod minime subjacet seditioni : populus enim nunquam, vel raro, inter se dissidet, optimates autem maxime et sæpissime. Præterea in populari regimine omnis inest æqualitas atque libertas nullorum tyrannide oppressa, ubi pares honorum gradus : nec quisquam vicino præstat, sed unusquisque et omnis multitudo per vices imperat, et imperatur. Hanc igitur præ cæteris laudarunt Othanes Persa, Eufrates, et Dion Syracusanus, et nos videmus hodie hac democratia Venetos et Helvetios præ omnibus Christiani orbis principatibus maxime florere, prudentiæque et potentiæ, divitiarum et justitiæ laudem, atque victoriæ palmam obtinere; quin et Atheniensium respublica olim latissime potentissimeque imperans, sola democratia regebatur, omniaque agebantur a populo et apud populum. Atque Romani olim omnes has administrationes perpessi, maximam imperii partem sub populari democratia adepti sunt, nec unquam pejus habuere, quam sub regibus et optimatibus, pessimeque sub imperatoribus, sub quibus omnis eorum potentia naufragium fecit. Itaque quæ istarum trium melior, potiorque non facile dijudicari potest, cum quæque suos assertores habeat, et impugnatores. Reges enim, quibus pro libidine omnia licet impune facere, rarissime bene imperant, nec unquam sine bellorum strepitu regnant. Habet quoque hoc in se regalitas pestiferum malum, ut etiam ii qui olim fuerint viri optimi, omniumque consensu probati, mox regiam adepti, tanquam peccandi licentiam, insolentes pessimique evaderent : quod in Caligula, Nerone, Domitiano, Mithridate, et plerisque aliis visum est; quin etiam in Saule, Davide, Salomone, electis a Deo regibus sacræ Litteræ produnt, atque ex omnibus regibus Judæ vix pauci sunt probati, ex Samariæ regibus nullus. Sed qui hodie reges et imperatores et principes habentur, non pro populo, pro civibus, pro plebe, pro justitia, sed pro nobilitate tuenda confirmandaque nati constitutique sibi videntur; atque sic regunt, ut non eorum custodiæ traditæ, sed rapinæ, et depopulationi datæ

civium omnium fortunæ videantur, omnia ab omnibus auferentes; ac subjectis utuntur pro arbitrio, interdum etiam pro placito, et concessa eis desuper potestate in subditos abutuntur, cives mutationibus, plebem indictionibus, alios exactionibus, cæteros vectigalibus aliis super aliis sine modo, sine fine onerantes. Quod si qui modestiores hæc remittant, tamen non in commune bonum, sed in sua commoda illud faciunt, permittentes subditis bene esse, quo ipsis bene sit, habeantque, cum velint, quod rapiant : quin et quo justitiæ laudem aucupentur, leges arcte sanciunt, sed avaritiam et crudelitatem justitia vestiunt : prævaricationis reos terribilibus suppliciis, bonorum proscriptionibus et multis enormibus afficiunt, in hoc tyrannis non meliores, quo cupiunt quam plurimos esse prævaricatores. Nam ut scelera delinquentium vires sunt tyrannorum, sic multitudo transgressorum divitiæ sunt principum. Erat mihi olim in Italia cum potente principe consuetudo admodum familiaris, quem cum hortarer aliquando, ut Gibellinorum ac Guelforum factiones in dominatu suo compesceret, fassus est mihi, illius factionis occasione ad duodecim millia ducatorum in multis fisco suo quotannis inferri. Verum de hoc latius in libro *De nobilitate politica* disseremus. Ubi autem reipublicæ regnum optimates tenent, in eadem cum ipsis republica degunt ira, odium, æmulatio. Quapropter rarissime inter se concordes regnant, et dum unusquisque suam sententiam præferri, ac primus esse vult, odia inter se privata excitantur : unde sæpe factiones, seditionesque et cædes et civilia bella in reipublicæ perniciem exoriuntur. Cujus mali infinita exempla et Græcorum et Latinorum historiæ commemorant, et hodie adhuc plures Italiæ civitates misera illorum spectacula præbent. Administrationem vero popularem, perinde ac pessimam, censent ferme omnes. Hanc multis rationibus Vespasiano dissuadet Apollonius : et Cicero ait, non esse rationem in vulgo, non consilium, non discrimen, non diligentiam, ut poeta canit :

Scinditur incertum studia in contraria vulgus.
(Virgil., *Æneid.* lib. II, vers. 39.)

« Et Otbanes Persa ait, populari multitudine nihil esse insolentius, nihil insipientius, propriumque plebi nihil intelligere, sed ad res obeundas sine consilio præcipites ruere, torrenti flumini similes. Demosthenes quoque populum malam bestiam vocat, et Plato hunc belluam multorum capitum nominat, cujus meminit Horatius, et Phalaris ad Egesippum scribens : *Populus omnis*, inquit, *temerarius est, demens, desidiosus, promptissimus in quodcunque contigerit mutare sententiam, perfidus, incertus, velox, proditor, fraudulentus, voce tantum utilis, et ad iram et laudem facilis.* Hinc est, ut qui in agenda republica populo placere annititur, honestis pereat contumeliis. Sed et Lycurgus legislator Lacedæmonius interrogatus aliquando cur in republica statum popularem non constituisset, respondet interroganti ; *Tu prius in domo tua efficito principatum popularem.* Aristoteles quoque in *Ethicis* censet, administrationem populi esse pessimam, unius vero optimam.

« Est enim plebs errorum princeps, et pravarum consuetudinum magistra, ingensque malorum cumulus. Nec rationibus, nec auctoritatibus, nec suasionibus flecti potest, cum illas non intelligat has aspernatur, ad persuasiones vero indocibilis est et obstinata, cujus mores inconstantissimi, semper nova cupiens et odiens præsentia, nec sapientum doctrina, nec patrum disciplina, nec magistrorum auctoritate, nec majestate principum contineri potest, quam penes nunquam sine periculo, aut frustra sapientum consilia audita sunt, semper fere multitudinis stultitia prævalente, sicut notum est in Socrate de deorum opinione ad Athenienses, in Campo Trojano de equi introductione, in Magio Campano, ne Annibal in urbem reciperetur consulenti, in Paulo Æmilio pugnam Cannensem detrectanti : denique in tot prophetarum Domini prædictionibus a populo Judaico minime exauditis. Proinde populi statuta ac plebis placita quomodo poterint esse bona, cum popularis illa multitudo fere semper quæ optima sunt ignoret ? Cum major illius pars manuarii sint opifices, tum quia non in justitiæ et æquitatis ratione, sed in numero consistant in quo semper plures sunt mali quam boni : nec exactor rerum ducitur judicio, sed studio multitudinis et numero, sicut ait Plinius ille Junior : numerantur enim sententiæ, non ponderantur. Non enim quod prudentioribus, sed quod pluribus visum est in populari consultatione majores obtinet vires. Inter quos, cum omnes sibi æquales, nihil est tam inæquale quam inæqualitas ipsa. Promiscuo itaque plebis impetu nihil salubriter instituitur, nihil eorum quæ in pejus collapsa sunt in melius restituitur, quin quæ optima instituta sunt, plebis licentia potius conturbantur tollunturque. Inter has autem tam diversas reipublicæ administrationes plerique mistam ex duabus speciebus politicam delegerunt ; ut qualem Solon ex optimatibus et populo instituit, omnibusque eo modo suos honores communicavit, plerique etiam mistam ex omnibus, cujusmodi erat Lacædemoniorum. Rex enim apud eos erat perpetuus, sed qui tantum bellorum tempore dominaretur, eratque optimatum senatus e potentioribus et ditioribus. Ephoros quoque ex plebe creabant decem perpetuos qui vitæ necisque haberent potestatem, statum plebis repræsentantes. Apud Romanos olim democratiæ propter senatus auctoritatem mista erat aristocratia, multa enim apud populum novella apud senatum imperabantur ; hodie multis locis reges et principes pro arbitrio imperant, tamen optimates provinciarum ac magistratus consiliis rebusque gerendis adhibent. Atque hinc oritur quæstio quæ respublica tutior sit, an in qua princeps malus et consiliarii boni, sive ubi princeps bonus probusque, sed consiliarii pravi ? Marius

Maximus et Julius Capitolinus ac multi alii priorem eligunt; quibus tamen alii multi graves auctores non assentiunt, cum experientia ipsa videamus sæpe a bono principe malos corrigi quam malum principem a bonis emendari. Tandem vero ut respublica optime administretur, nulla philosophia, nulla ars, nulla scientia præstat, sed probitas rectorum. Optime enim unus, optime pauci, optime populus imperant, si probi sint, pessime autem si sint improbi. Sed quod omnem vincit improbitatis temeritatem, cum agrum colere, gregem pascere, navim regere, familiam gubernare, filios educare, multi se aut ignorare, aut nescire, aut non posse fateantur, tamen magistratum in urbibus agere, regem et principem se gerere, et quod difficillimum est, populis et nationibus imperare, nemo sibi a natura negatum putat. Cæterum quod spectat hic ad civilium legum scientiam quibus omnes respublicæ et civitates constant, reguntur, augentur atque servantur, dicemus inferius. »

Venons enfin au chapitre important, à celui qui traite de la théologie scolastique. Voici en quels termes s'exprime Cornélius Agrippa :

« Caput XCVII. — *De theologia scholastica.*

« Postremo nunc restat de theologia dicere. Præteribo autem gentilium theologiam a Musæo, Orpheo, Hesiodo quondam descriptam, quam omnino poeticam et fabulosam esse in confesso est, quam Eusebius et Lactantius et aliorum Christianorum doctores jamdudum validissimis rationibus profligarunt, neque etiam de Platonis cæterorumque philosophorum quos omnes errorum magistros ostendimus superius; sed de Christianorum theologia nobis duntaxat hic sermo esto, hanc certum est non nisi a doctorum suorum fide dependere cum nullam sub artem cadere queat. Primum autem dicamus de theologia scholastica quæ a Parisiensium Sorbona mistione quadam ex divinis eloquiis et philosophicis rationibus tanquam ex Centaurorum genere biformis disciplina conflata est; insuper et novo quodam ac ab antiquorum usu alieno tradendi genere per quæstiunculas et argutos syllogismos absque omnis sermonis elegantia conscripta, alioquin tamen judicio et intellectu plenissima et quæ ad revincendos hæreticos non modicum attulerit Ecclesiæ emolumentum, ejus auctores et qui in ea excelluerunt, fuerunt magistri Sententiarum, Thomas Aquinas, Albertus cognomento Magnus et multi alii excellentes viri; porro Joannes Scotus doctor intellectu subtili, sed in contentionem proclivior. Hinc tandem scholastica theologia in sophismata paulatim delapsa est, dum recentiores isti theosophistæ ac verbi Dei cauponatores, qui non nisi empto titulo theologi sunt, ex tam sublimi facultate quamdam logomachiam fecerunt, circumeuntes scholas, moventes quæstiunculas, fabricantes opiniones et Scripturis vim inferentes, intricatis verbis alienum sensum illis obducentes, paratiores ventilare quam examinare, multa admodum jurgiorum seminaria excogitare ausi, quibus ligitiosis sophistis contendendi materiam præbent, dum formas abstrahunt, dum discutiunt intellectus, dum voces ipsas genera dicunt et species, dum alii rebus, alii solis nominibus inhærent, et quod uni subtrahunt, alteri inscribunt, alii indifferenter hoc accipiunt et student quisque quibus suam hæresim possint confirmare. Atque ipsam fidem nostram sacrosanctam apud sapientes hujus sæculi, quod etiam Thomas Aquinas conqueritur, risui ac diffidentiæ exponunt, dum relictis post terga canonicis Spiritus sancti Scripturis, multas admodum aptas jurgiis de divinis quæstiones sibi delegerunt, in quibus ingenium suum exercentes et ætatem consumentes, totius theologiæ doctrinam in illis solis collocarunt; quibus si quis sacrarum Litterarum auctoritate resistere velit, mox auditurus est : littera inquirendum dicent, moxque ad interpretandum, ad exponendum, ad glossandum, ad syllogizandum conversi quemvis potius alium quam proprium litteræ sensum illi induunt; si instas acrius, si urges, contumelias recipies et asinus diceris, qui quidquid latet in littera non intelligas, sed tanquam serpens sola terra vescaris, adeo nulli penes eos pro theologis habentur, nisi qui norint egregie contendere et ad omne propositum instantiam dare, prompte fingere et novos sensus invenire, ac monstruosis vocabulis sic obstrepere quo non pro rei difficultate, sed præ verborum portentis intelligantur a nemine. Atque hi tunc doctores vocantur cum id effecerint ut intelligantur quam minime, his tunc auditorum circumstrepit multitudo, qui quidquid ex istis hauserint, ex intimis theologiæ abditis depromptum putant, jurantque in verba magistri et inopinabile putant, si quid illi fuerit ignotum illiusque opinionibus sic captivantur ut nullis adversis rationibus vincantur, nullis Scripturis acquiescant, sed ad sinum matris suæ in quo geniti sunt, more Antæi vires reparare contendunt suosque doctores in subsidium vocant :

Tunc vultur jumento canibus trucibusque relictis
Ad suos properat, partemque cadaveris aufert.
Hic est ergo cibus magni quoque vulturis, et se
Pascentis, propria cum facit arbore nidum.

« Hinc effectum est ut scholasticæ theologiæ sublimis gymnasiorum facultas ab errore malitiaque non sit immunis, tot sectas, tot hæreses introduxerunt pravi hypocritæ temerariique sophistæ qui, ut inquit Paulus (*Philip.* I, 15), non propter bonam voluntatem, sed propter contentionem Christum prædicant, ut facilius inter philosophos conveniat quam inter theologos qui omnem illam antiquæ theologiæ gloriam humanis opinionibus novisque erroribus exstinxerunt, ac variis exponendi institutis, seu labyrinthis excogitatis, fucatis titulis detestandam doctrinam professi, sacræ theologiæ nomen sibi furto et rapina usurpant, ac sanctorum doctorum nominibus et institutis abutentes sectas introduxerunt, sicut olim in Ecclesia dictum : Ego Apollo, ego Pauli, ego Cephæ

prætendentes studia eorum quorum opera initiati sunt doctrinis, et jurantes in verba magistri cæteros spernunt, et non quid, sed a quo quid dicatur attendentes. Atque hi sectatores insuper inter se multifariam secti sunt. Nam aliqui eorum quibus sublime ingenium est, quique peritiores prophetis et apostolis videri volunt: ea quæ sola fide creduntur, etiam suis syllogismis sese invenire et demonstrare posse præsumunt, atque de divinis philosophantur deploratis quæstionibus contenduntque prodigiosa confidentia, variis nonnunquam etiam absurdis opinionibus, ut cum divinam essentiam a relationibus alii re ipsa, alii duntaxat ratione distinguunt, alii infinitas, ut loquuntur, realitates tanquam Platonicas ideas astruunt, illas rursum alii negant atque rident, tot præterea de Deo portenta, tam varias divini Numinis formas, tot phantasmatum cogitationumque suarum de divinis idola fabricant Christumque Salvatorem opinionum suarum pravitate discerpunt, atque tam variis sophismatum larvis vestiunt ac tanquam cereum idolum in quamvis volunt figuram, suis absurdis suppositionibus formant atque reformant, quod eorum doctrina mera videri posset idololatria. Cæteri vero quibus ad tam alta non est ascensus, hi divorum construunt historias, pie nonnihil admentientes, supponunt reliquias, fabricant miracula confinguntque quæ exempla vocant, vel plausibiles, vel terribiles fabulas, numerant preces, ponderant merita, mentiuntur cæremonias, nundinantur indulgentias, distribuunt venias, vendunt sua benefacta ac medicandi populi devorant peccata. Atque de apparitionibus, adjurationibus responsisque defunctorum veluti certa lege pronuntiant atque ex Tundali Brandariique libris, aut ex Patricii antro edocti ludunt purgatoriorum tragœdias et indulgentiarum comœdias, et a suggesto veluti scena tam militari audacia, tam Thrasonica jactantia, tam arrogantibus oculis commutato vultu, protensis brachiis, multiformibus gestibus, cujusmodi Proteum describunt poetæ, sese transformantes ventosa lingua ac Stentorea voce ad plebem denotant. Qui vero ex his ambitiosiores cyclicæ doctrinæ pariter et eloquentiæ decorem sibi arrogant, hi in clamando, declamando dicere putavi, canunt poemata, narrant historias, disputant opiniones, citant Homerum, Virgilium, Juvenalem, Persium, Titum Livium, Strabonem, Varronem, Senecam, Ciceronem, Aristotelem et Platonem, atque pro Evangeliis, pro verbo Dei meras nugas et humana verba crepant, prædicantes Evangelium novum, adulterantes verbum Dei quod annuntiant non ad gratiam, sed ad quæstum et ad pretium; viventes autem non ad veritatem verbi, sed ad voluptatem carnis; et cum interdiu e suggesto de virtute vario errore locuti sunt, sero in latibulis clunes agitant labore nocturno. Atque hæc est via eorum qua itur ad Christum. Denique ubi vitia reprehendenda occurrunt, mirum qua linguæ maledicentia irascantur, qua gestuum insolentia debacchentur, qua sermonis turpitudine incandescant, qua vocis impudentia exclament, ac si Christus sui verbi præcones non attrahentes a dextris molli reticulo piscatores, sed persequentes a sinistris sagittarios ac vulnerarios venatores esse voluerit: aut ipsi etiam non homines sint atque iis ipsis vitiis quæ insectantur, vel majoribus obnoxii sint, aut aliquando fuerint, vel adhuc obnoxii fieri possint; ita isti piscatores hominum quibus lingua pro reti est, ut trahant malos ad salutem facti sunt venatores etiam bonorum in exitium: os habent quasi arcum mendacii, sagitta vulnerans lingua eorum. Sed dimissis istis ad veram theologiam nunc properemus, atque hæc etiam bifariam partita est, nam una prophetica est, altera interpretativa est: de posteriore prius dicemus. »

Ce qui aura frappé le lecteur, sans doute, dans cette amère philippique, c'est un singulier ensemble de contradictions manifestes. En premier lieu, Agrippa considère la scolastique comme un mélange des théories péripatéticiennes et des dogmes chrétiens, et il l'attaque à ce titre. Puis il semble absoudre complétement Albert, saint Thomas, Scot, pour ne réserver ses colères qu'à leurs successeurs. Enfin, quand on examine la liste des questions inutiles qu'il les accuse d'avoir soulevées, au lieu de se nourrir de la parole du Christ, on trouve que ce sont les questions suivantes:

1° La question des *formes substantielles;* 2° la question des universaux; 3° la question du mode particulier de distinction qu'il faut admettre, en Dieu, entre son essence et ses relations; 4° la question des formalités. Or, toutes ces questions sont débattues entre les disciples de saint Thomas et ceux de Scot.

Nous remarquerons ici que Cornélius Agrippa accuse les scolastiques d'avoir érigé les mots en genres et en espèces, et que néanmoins il ne se prononce point pour le nominalisme; nous remarquerons, de plus, qu'il semble indiquer entre ce dernier système et celui des scotistes une doctrine intermédiaire, qui nous paraît être le conceptualisme.

Ces deux faits sont curieux et mériteraient l'un et l'autre une étude spéciale, car ils nous introduisent peut-être dans une des particularités curieuses de l'histoire intellectuelle du XVIe siècle.

On a dû remarquer aussi la dernière page de ce chapitre. Elle est écrite dans le style qu'affectaient les disciples de Luther et de Calvin. Ce n'est pas que nous voulions prétendre qu'Agrippa doit être considéré comme gagné à la cause du protestantisme. Souvent il attaque certaines idées qui étaient très-chères à la prétendue Réforme; souvent aussi il proteste de son horreur pour toute hérésie et de son attachement à la cause catholique. Mais autre chose est l'homme, autre chose le philosophe. Agrippa a pu être Catholique sincère et néanmoins se trouver dans ce même courant d'idées qui entraî-

naient tant d'intelligences à l'hérésie. C'est précisément, croyons-nous, ce qui est arrivé; et l'analyse du chapitre suivant nous en convaincra encore davantage. Citons d'abord :

« Caput XCVIII. — *De theologia interpretativa.*

« Putant enim interpretativi theologi, quod quemadmodum naturæ liberalitate, uvæ, olivæ, frumenta, linum, et hujusmodi plura crescunt et maturantur, e quibus tandem hominum ingenio et adjumento formantur vinum, oleum, panes, tela, et sic reliqua naturæ opera humanis artibus complentur : ita etiam divina oracula admodum obscura et abscondita, data nostris interpretationibus explicanda, non quidem ex nostris viribus aut adinventionibus quasi Dei oracula sicuti naturæ opera opus habeant nostro adjumento, sed ex ipsomet Scripturarum illarum sancto Spiritu, qui distribuit dona sua omnibus secundum quod vult et ubi vult, faciens alios quidem prophetas, alios prophetarum interpretes. Hæc itaque divinorum interpretandi theologia, non Peripateticorum more definiendo, aut dividendo aut componendo, quorum modorum nullus ad Deum attingit, cum ille nec definiri nec dividi nec componi possit, progreditur : *sed alia constat, cognoscendi via, quæ inter hanc et propheticam visionem media est, quæ est adæquatio veritatis cum intellectu nostro purgato, veluti clavis cum sera, qui ut est veritatum omnium cupidissimus, ita intelligibilium omnium susceptivus est, atque idcirco intellectus passibilis vocatur, quo etsi non pleno lumine percipimus ea, quæ depromunt prophetæ, et hi qui ipsa divina conspexerunt, aperitur tamen nobis porta, ut ex conformitate veritatis perceptæ, ad intellectum nostrum, et ex lumine, quod ex ipsis penetralibus apertis nos illustrat, multo certiores reddamur, quam ex philosophorum apparentibus, demonstrationibus, definitionibus, divisionibus et compositionibus, daturque nobis ut legamus et intelligamus non oculis et auribus exterioribus, sed percipiamus melioribus sensibus, et ablato velamine et revelata facie hauriamus veritatem, a medulla sacrarum litterarum emanantem, quam sub velaminibus tradiderunt hi, qui vero intuitu conspexerunt, quæ a sapientibus hujus mundi et philosophis cognitionibus abscondita est, eamque nos tanto certitudinis judicio apprehendimus, ut omnis amoveatur perplexitas.* Atque cum hæc veritas in sacris Litteris multiplex lateat, hinc sancti et spirituales viri varias et multiplices sacrarum Litterarum expositiones adorti sunt. Nam alii per corticem litteræ leni decursu incedentes, scripturas concordantes, et litteram per aliam litteram exponentes, ex verborum ordine, et etymologiis, proprietatibus, atque ex vocabulorum viribus et similibus sensum aliquem convincentes scripturæ veritatem venantur, quam expositionem idcirco litteralem vocant. Alii quæcunque scripta sunt, ad animæ negotium et justitiæ opera referunt, quorum expositio idcirco moralis dicitur. Alii hanc per varios tropos, sive figuras ad Ecclesiæ arcana revocant, quorum sensus propterea tropologicus vocatus est. Alii supernæ vitæ contemplationi dediti, omnia ad cœlestis gloriæ arcana referunt, quam expositionem anagogicam nuncupant. Atque hæ sunt quatuor in Ecclesia exercitatæ theologorum expositiones : præter quas sunt adhuc aliæ duæ, quarum una ad temporum vicissitudines, regnorum mutationes et sæculorum restitutiones omnia referens, idcirco typica dicta est : in qua excelluerunt Cyrillus, Methodius, et Joachim abbas, atque ex recentioribus Hieronymus Savonarola Ferrariensis. Altera in ipsis sacris Litteris ipsius universi, et sensibilis mundi, totiusque naturæ, ac mundanæ fabricæ vires virtutesque exquirit, quam expositionem inde physicam, sive naturalem appellant. In hac excelluit rabbi Simeon Ben Joachim, qui super Leviticum amplissimum volumen scripsit, in quo pene omnium rerum naturas discutiens, ostendit quomodo Moyses secundum triplicis mundi convenientiam et rerum naturam arcam, tabernaculum, vasa, vestes, ritus, sacrificia, et reliqua mysteria ad Deum et virtutes cœlestes placandas, et ad explicandam horum imaginem, hominem ordinavit, et hanc expositionem multi cabalistæ sequuntur, illi videlicet, qui de *beresith*, hoc est, de creatis tractant. Nam illi qui de *mercana*, hoc est, de tribunali Dei disserentes per numeros, per figuras, per revolutiones, per symbolicas rationes omnia in ipsum referunt archetypum, hi anagogicum sensum scrutantur. Hi igitur sunt sex famosissimi sacrarum Litterarum sensus, quorum auctores, expositores, et interpretes omnes communi vocabulo theologi nuncupati sunt. Ejusmodi itaque ex nostris fuerunt Dionysius, Origenes, Polycarpus, Eusebius, Tertullianus, Irenæus, Nazianzenus, Chrysostomus, Athanasius, Basilius, Damascenus, Lactantius, Cyprianus, Hieronymus, Augustinus, Ambrosius, Gregorius, Ruffinus, Leo, Cassianus, Bernardus, Anselmus, et multi alii sancti Patres, quos illa prisca tempora protulerunt : nonnulli etiam posteriores, ut Thomas, Albertus, Bonaventura, Ægidius, Henricus Gandavensis, Gerson, et plerique alii : verum omnes hi interpretativi theologi, homines cum sint, humana quoque patiuntur, alicubi errant, alicubi contraria aut pugnantia scribunt, nonnunquam a se ipsis dissentiunt, in multis hallucinantur, nec omnes omnia vident. Solus enim Spiritus sanctus plenariam divinorum scientiam habet, qui distribuit omnibus secundum certam mensuram, multa sibi reservans, ut semper nos habeat sibi discipulos, omnes enim, ut ait Paulus (*I Cor.* XIII, 9), non nisi *ex parte cognoscimus, et prophetamus.* Tota igitur hæc interpretativa theologia in libertate Spiritus versatur, et separata quædam a Scriptura sapientia est, in qua unicuique juxta suum sensum abundare datum est, per multiplices illas quas recitavimus expositiones, quas Paulus unico vocabulo mysteria, sive mysteriorum locutiones vocat, ubi

Spiritus loquitur mysteria. Unde Dionysius hanc mysticam et significativam theologiam vocat, e sanctis illis doctoribus ingentibus voluminibus tractatam. Neque vero illis per omnia credatis, nam multi illorum perseverarunt in multis erroneis opinionibus de fide, quæ per Ecclesiam pro hæreticis reprobatæ sunt. Sicut manifestum est de Papia Hieropolitano episcopo, de Victorino Pictaviensi, de Irenæo Lugdunensi, de beato Cypriano, de Origene, de Tertulliano, et multis aliis, quos constat in fide errasse, et opiniones illorum pro hæreticis damnatas, cum tamen ipsi habeantur in canone sanctorum. Hic tamen altiore opus est spiritu, qui dijudicet atque discernat, qui videlicet non ex hominibus, nec ex carne et sanguine, sed desuper datus sit a Patre luminum (*Joan.* I, 13) : de Deo enim sine cujus lumine nemo rite quidquam effari potest, lumen autem illud est verbum Dei, per quod omnia facta sunt, illuminans omnem hominem venientem in hunc mundum (*Ibid.*, 9), dans illis potestatem filios Dei fieri quotquot receperunt, et crediderunt ei (*Ibid.*, 12), neque vero alius est qui possit enarrare quæ sunt Dei, nisi proprium ipsius verbum : quis enim alius cognovit sensum Domini? aut quis alius consiliarius factus est, nisi Filius Dei Verbum Patris? (*Rom.* XI, 34.) De hoc nunc mox dicturi sumus, si propheticam theologiam prius absolverimus. »

Nous avons souligné une phrase de ce curieux chapitre, parce qu'elle nous semble montrer la pensée intime d'Agrippa, autant du moins que cet esprit puissant, mais troublé, en avait conscience.

Nous avons déjà dit qu'Agrippa, sans aller jusqu'au protestantisme, avait été, comme philosophe, sinon comme homme, sur la voie qui y mène; nous trouvons ici une preuve visible de cette assertion.

Cornélius Agrippa distingue trois espèces de théologie : une théologie qui travaille sur le dogme révélé par les procédés de la logique humaine; une seconde théologie qui est moins une science qu'une inspiration du Saint-Esprit, et sur la nature de laquelle il s'explique peu; enfin une troisième théologie qu'il appelle *interprétative*, qui consiste en effet à interpréter les saintes Ecritures, mais qui ne le fait point par des procédés logiques. Comment donc le fait-elle? Quelle est sa méthode? Quelle est la faculté qui la donne? C'est ici, si je ne me trompe, qu'apparaissent les tendances de Cornélius Agrippa à la philosophie ou plutôt à l'antiphilosophie protestante. Suivant lui, entre la pure inspiration et les procédés logiques appliqués à l'étude de l'Ecriture sainte et subordonnés à la décision souveraine de l'Eglise, il y a un procédé, un moyen de connaître intermédiaire : c'est une sorte d'éclaircissement soudain de notre intellect, qui le rend adéquat à la vérité divine. Sans doute, cette *adéquation* de l'esprit et du mystère n'est pas telle que nous le voyons avec une plénitude infinie; mais enfin elle éveille en nous un *sens* particulier, grâce auquel nous voyons sans voile (*ablato velamine*) l'objet décrit par les saintes Ecritures; et cette vision claire, face à face, est accompagnée d'une certitude souveraine qui ne laisse de place à aucune ombre de doute. D'où vient donc cette lumière interprétative? Du Saint-Esprit lui-même.

Jusqu'ici nous avons la théorie luthérienne et calviniste de l'interprétation des Ecritures. Mais voici en quoi Agrippa se sépare de cette théorie, après en avoir posé tous les principes. Si l'interprétation de l'Ecriture est le résultat ordinaire d'une intuition spéciale, d'un moyen de connaître semblable à celui de la vision béatifique, quoique d'un degré inférieur, il semble que chacun doit croire à ce qu'il a vu dans les Livres saints, grâce à une si haute faculté. Cette croyance ne saurait laisser de place au doute, et elle doit nécessairement être vraie. De là au droit de l'interprétation des Ecritures par l'inspiration individuelle il n'y a qu'un pas; mais ce pas, Cornélius refuse de le faire. Après avoir dit : *La théologie interprétative se fait dans la liberté de l'esprit*, il reconnaît, assez peu logiquement peut-être, mais contraint par l'expérience, que ce moyen supérieur de connaître peut nous tromper, et qu'il a trompé les plus saints interprètes. En d'autres termes, il admet la même faculté que les protestants, mais il refuse d'ajouter une foi entière à son témoignage; et par là il reste attaché à la foi catholique, bien qu'il mêle à ses croyances religieuses, très-sincères, croyons-nous, les idées philosophiques les plus extravagantes.

Ce chapitre qu'on vient de lire n'en jette pas moins une vive lumière sur le mouvement intellectuel du XVIe siècle. Après ces longues et singulières dissertations sur la théologie, Agrippa, avec l'intempérance habituelle de son génie, fait un chapitre spécial à l'honneur des ânes : *Ad encomium asini digressio*, où il vante fort, bien entendu, l'âne de Balaam, et professe même une sorte de croyance à l'immortalité de cet intéressant quadrupède (410). Il termine son livre par une allocution pathétique à ceux qui voudront l'imiter. Nous la citerons tout entière, comme un des signes curieux du temps.

« Vos igitur nunc, o asini, qui jam pro vestris filiis sub jugalibus jussione Christi per ejus apostolos veræ sapientiæ nuntios prælectoresque in sancto ejus Evangelio soluti estis a caligine carnis et sanguinis, si divinam hanc et veram, non ligni scientiæ boni et mali, sed ligni vitæ sapientiam assequi cupitis, projectis humanis scientiis omnique carnis et sanguinis indagine atque discursu, qualescunque illæ sint, sive in

(410) Nullum animal a mortuis suscitatum legimus, præter asinum illum, quem B. Germanus, Britanniæ episcopus, in vitam revocavit, quo insigni miraculo videtur, asinum ipsum etiam post hanc vitam participare immortalitatis.

sermonum rationibus, sive in causarum perscrutationibus, sive in operum et effectuum meditationibus vagentur, jam non in scholis philosophorum et gymnasiis sophistarum, sed egressi in vosmetipsos cognoscetis omnia : concreata est enim vobis omnium rerum notio, quod, ut fatentur academici, ita sacræ Litteræ attestantur, quia creavit Deus omnia valde bona, in optimo videlicet gradu, in quo consistere possent; is igitur sicut creavit arbores plenas fructibus, sic et animas seu rationales arbores creavit plenas formis et cognitionibus, sed per peccatum primi parentis velata sunt omnia, intravitque oblivio mater ignorantiæ. Amovete ergo nunc, qui potestis, velamen intellectus vestri, qui ignorantiæ tenebris involuti estis, evomite lethæum poculum, qui vosmetipsos oblivione inebriastis, evigilate ad verum lumen, qui irrationabili somno demulcti estis, et mox revelata facie transcendetis de claritate in claritatem : *Uncti enim estis a sancto*, ut ait Joannes, *et nostis omnia.* (*I Joan.* II, 20.) Et iterum : *Non necesse habetis, ut aliquis vos doceat, quia unctio ejus docet vos de omnibus.* (*Ibid.*, 27.) Ipse enim solus est, qui dat os et sapientiam. David, Isaias, Ezechiel, Jeremias, Daniel, Joannes Baptista, multique cæteri prophetæ et apostoli litteras non didicere, sed ex pastoribus, rusticis et idiotis effecti sunt rerum omnium doctissimi. Salomon in unius noctis somnio omnium superiorum et inferiorum sapientia repletus est, simulatque rerum gerendarum prudentia, adeo ut nullus ei par exstiterit; et omnes hi homines fuerunt mortales, sicuti et vos estis, quin et peccatores. Dicetis forsan paucissimis admodum hæc contigisse. Et

> . . . . . Pauci quos æquus amavit
> Juppiter, aut ardens evexit ad æthera virtus,
> Dis geniti potuere. . . . . .
> (VIRGIL., *Æneid.* lib. VI, vers. 129.)

« Sed nolite desperare, non est abrevitata manus Domini omnibus invocantibus eum, qui illi fidele præstant obsequium. Antonius, et barbarus ille servus Christianus, triduanis precibus plenariam dominorum notitiam, quod testatur Augustinus, consecuti sunt. Qui autem non potestis cum prophetis et apostolis et sanctis illis viris claro et revelato intellectu ea intueri, procuretis intellectum ab his, qui vero intuitu ea conspexerunt, hæc via quærenda superest, ut ait Hieronymus ad Rufinum, ut quod prophetis et apostolis spiritus suggessit, vobis studio litterarum quærendum sit, earum inquam litterarum, quæ divinis oraculis traditæ, et ab Ecclesia unanimi consensu receptæ sunt, non quæ humanis ingeniis excogitatæ sunt, quia non hæ illustrant intellectum, sed obtenebrescere faciunt. Igitur ad Moysen, ad prophetas, ad Salomonem, ad evangelistas, ad apostolos recurrendum est, qui omnimodo doctrina, sapientia, moribus, linguis, oraculis, vaticiniis, prodigiis, et sanctitate coruscantes, de divinis ex ipso, de inferioribus autem supra homines locuti sunt omnia Dei, et naturæ secreta nobis clara luce tradiderunt. Omnia enim Dei et naturæ secreta, omnis morum et legum ratio, omnis præteritorum, præsentium et futurorum notitia, in ipsis sacris Bibliorum eloquiis traduntur. Quo ergo præcipites ruitis vos, qui quæritis scientiam ab illis, qui ipsi in inquirendo omnem ætatem suam consumpserunt, et tempus et industriam perdiderunt, nec ullam veritatem invenire potuerunt? O stulti et impii, qui posthabentes dona Spiritus sancti, laboratis, ut a perfidis philosophis, et errorum magistris discatis ea, quæ a Christo et Spiritu sancto suscipere deberetis! An putabitis vos posse ex Socratis ignorantia haurire scientiam, ex Anaxagoræ tenebris lucem, ex Democriti puteo virtutem, ex Empedoclis insania prudentiam, ex Diogenis dolio pietatem, ex Carneadis Archesilai stupore sensum, ex impio Aristotele, et perfido Averroe sapientiam, ex Platonicorum superstitione fidem? erratis admodum valde, et decipiemini ab his, qui fuerunt decepti. Sed revocate vosmetipsos qui veritatis cupidi estis, discedite ab humanarum traditionum nebulis, asciscite verum lumen. Vox ecce de cœlo, vox de sursum docens, et sole clarius ostendens, quod vobis iniqui estis, et sapientiam suscipere cunctamini. Audite oraculum Baruch (III, 36-38) : *Deus*, inquit, *est, et non existimabitur alius ad illum. Hic adinvenit omnem viam disciplinæ, et tradidit eam Jacob puero suo, et Israel dilecto suo*, dans legem et præcepta, atque ordinans sacrificia : *post hæc in terris visus est, et cum hominibus conversatus est*, videlicet factus caro, et aperto ore docens, quæ in lege, et prophetis ænigmatice tradiderat. Et ne putetis ad divina duntaxat, et non etiam ad naturalia hæc referri, audite quid de seipso testatur Sapiens : *Ipse*, inquit, *mihi dedit eorum, quæ sunt, scientiam veram, ut sciam dispositiones orbis terrarum et virtutes elementorum, initium, consummationem, medietatem, et vicissitudines temporum, anni cursus, stellarum dispositiones, naturas animalium, iram bestiarum, vim ventorum, cogitationes hominum, differentias virgultorum, virtutes radicum, et quæcunque sunt abscondita et improvisa didici : omnium enim artifex docuit me sapientiam.* (*Sap.* VII, 18-21.) Indeficiens enim est divina scientia, cui nihil elabitur, nihil accedit, sed comprehendit omnia. Scitote ergo nunc, quia non multo labore istic opus est, sed fide et oratione; non longi temporis studio, sed humilitate spiritus, et munditia cordis; non librorum multorum sumptuosa supellectile, sed expurgato intellectu, et veritati veluti clavis cum cera coaptato; nam librorum turba onerat discentem, non instruit, et qui multos sequitur auctores, errat cum multis. In uno sacrorum Bibliorum volumine omnia continentur, et traduntur : ea autem lege, ut non nisi ab illustratis percipiantur, cæteris sint parabolæ et ænigmata, multisque signaculis præclusa. Orate igitur ad Dominum Deum in fide, nihil hæsitantes, ut veniat Agnus de tribu Juda, ac librum vobis aperiat signatum, qui Agnus solus es'

sanctus et verus, qui solus habet clavem scientiæ, et discretionis, qui aperit, et nemo claudit, qui claudit et potest aperire. Hic est Jesus Christus, Verbum, et Filius Dei Patris, et sapientia deificans, verus magister, factus homo sicut sumus nos, uti nos perficere filios Dei, sicut est ipse, qui est benedictus in omnia sæcula. Sed ne diutius sermocinando ultra clepsydram, ut dicitur, declamem, hic orationis nostræ finis esto. »

On sait que le livre *De vanitate scientiarum* fut l'objet de longs débats entre l'auteur et les théologiens de Louvain. Ceux-ci relevèrent et attaquèrent avec une extrême vivacité les diverses propositions d'Agrippa qui conduisent à une condamnation absolue de la science humaine; ils incriminèrent aussi quelques autres détails qui leur semblaient en rapport avec les erreurs de Luther.

Cependant, nous l'avons déjà dit, Agrippa, malgré l'inquiétude de son esprit ardent et excessif, n'alla pas jusqu'au luthéranisme explicite; il a pris soin de tracer la limite qui l'en sépare. L'étude de son *De vanitate* prouve pourtant que l'origine du protestantisme ne fut pas dans la tendance supposée du XVIe siècle à ne voir partout que l'ordre naturel, la raison, la liberté, la philosophie, mais dans une inclination généralement répandue alors à ne voir que la révélation, la grâce, l'inspiration, l'ordre surnaturel, et à se défier de la science humaine.

Agrippa a rendu, à la fois, un grand service à l'esprit humain et provoqué des obstacles énormes à son développement. Il vit avec clarté et fit comprendre les vices de cette science scolastique qui ne pouvait qu'argumenter sans fin et abstraire sans trêve sur toutes les réalités supra-sensibles, parce qu'elle déclarait que l'objet premier de notre connaissance est l'être matériel; mais, en même temps, au lieu de chercher dans l'âme une autre faculté naturelle qui eût un autre objet et qui pût servir de fondement à une philosophie renouvelée, il désespéra de la raison et ne voulut avoir recours qu'à l'inspiration surnaturelle. Cette confusion regrettable fut, du reste, très-commune au XVIe siècle; le protestantisme en fut le résultat, et, une fois développé, il la consacra. Heureusement, il ne triompha point. La réforme philosophique s'accomplit, grâce à la défaite de la prétendue réforme religieuse.

NOTES ADDITIONNELLES.

NOTE I.

(Art. Guillaume de Champeaux.)

Nous n'avons cité dans l'article sur Guillaume de Champeaux que le fameux passage de l'*Historia calamitatum* qui a été si diversement commenté par MM. Cousin, Rousselot, de Rémusat, Hauréau. Nous avons encore dans les œuvres d'Abélard deux autres textes précieux et que nous reproduisons ici d'autant plus volontiers qu'ils nous semblent confirmer notre hypothèse. Le premier est tiré du traité *Des définitions et des divisions*. « Quelques-uns disent que les différences sont prises pour des noms spéciaux et servent à désigner les espèces, de telle sorte que le *raisonnable* signifierait autant qu'*animal raisonnable*, l'*animé* autant que *corps animé*, et que les noms des différences exprimeraient non-seulement la forme, mais encore la matière. Cette opinion a été celle de mon maître Guillaume. Il voulait, en effet, je m'en souviens, pousser l'abus des mots à ce point que, lorsque le nom de la différence s'entend de l'espèce dans une division du genre, il ne fût pas pris pour le simple nom de la différence, mais fût posé comme le nom substantif de l'espèce. On peut d'ailleurs appeler cela, selon lui, la division du sujet en accidents, puisqu'il voulait que les différences fussent accidentelles dans le genre. Aussi par le nom de la différence, entendait-il l'espèce elle-même. »

Une première remarque que nous ferons sur ce passage, c'est qu'il contient une doctrine entièrement opposée à celle de Duns Scot, et que par conséquent si l'on veut voir dans le Docteur subtil un réaliste pur, au moins faut-il distinguer deux espèces de réalisme, comme nous avons distingué aussi deux espèces de nominalisme. — *Voy.* les articles Nominalisme, Ockam, Roscelin.

En second lieu, on voit également que Guillaume de Champeaux, d'après Abélard, bien loin de réaliser sans cesse des abstractions et de multiplier à plaisir les éléments de l'être ou les entités, tend au contraire à une unité qu'il ne rend que trop complète. Pourquoi enseigne-t-il que le *raisonnable* signifie autant qu'*animal raisonnable*, l'*animé* autant que *corps animé?* C'est qu'à son avis les différences sont *accidentelles dans le genre*, ou, en d'autres termes, que dans une substance il y a un seul élément fondamental et essentiel, lequel constitue ce qui en elle est semblable à toutes les substances du même genre et que ce qui la distingue n'est qu'accidentel. Voilà pourquoi, comme le dit encore Abélard, par le nom de la différence il entendait l'*espèce elle-même*. Ainsi dans ce système, comme dans le système de Roscelin qui, à certains égards, lui est diamétralement opposé, l'être est en quelque façon coulé tout d'une pièce; il n'y a pas en lui une *matière* et une *forme*, toutes les deux principes essentiels et substantiels nécessaires à le constituer; il y a une essence et des accidents; seulement l'essence dans Roscelin c'est l'individuel, et dans Guillaume, c'est l'universel. Cette essence est une, d'une unité logique, inflexible; voilà pourquoi, suivant Guillaume de Champeaux, les mots d'*animé* et de *corps animé*, sont synonymes. La qualité et l'être s'identifient dans son système comme dans celui de ses adversaires, bien qu'à un point de vue très-différent. Nous croyons donc que le texte

curieux, que nous venons de reproduire, corrobore, d'une manière notable, l'interprétation que nous avons risquée sur la première doctrine de Guillaume, et on remarquera que si cette interprétation est exacte, il est au moins très-probable que sa seconde théorie doit être entendue dans le sens que nous lui avons donné.

Le second passage dont nous parlions plus haut est un peu moins explicite; mais il mérite aussi d'être cité ; parce que rapproché des précédents, il jette une certaine lumière sur la pensée de l'évêque de Châlons : « L'homme est une espèce, une chose essentiellement une (411), à laquelle adviennent accidentellement certaines formes qui font Socrate. Cette chose, tout en restant la même essentiellement, reçoit de la même manière d'autres formes qui sont Platon et les autres individus de l'espèce *homme;* et à part les formes qui s'appliquent à cette matière pour faire Socrate, il n'y a rien dans Socrate qui ne soit le même en même temps dans Platon, mais sous les formes de Platon. C'est ainsi que ces philosophes entendent le rapport des espèces aux individus et des genres aux espèces. »

Les lecteurs attentifs qui ont suivi notre argumentation comprendront sans peine comment ce passage du *De generibus* rentre encore dans notre point de vue. Et nous croyons que s'il a échappé aux investigations savantes de MM. Cousin et Hauréau, c'est que ne se préoccupant pas assez de l'influence du dogme catholique, ils ne sont pas suffisamment entrés dans l'esprit du moyen âge ; dès lors ils n'ont pu voir, malgré leur science, l'œuvre que le XIe siècle a commencée et que le XIIIe a accomplie, et le rôle des grands hommes qui y ont contribué par leur doctrine a perdu à leurs yeux de sa netteté comme de son importance. Nous ne saurions trop engager les catholiques à faire des recherches qui condamneront ou vérifieront l'hypothèse que nous avons indiquée et les diverses interprétations de MM. Cousin, Rousselot, Hauréau, de Rémusat. Ce n'est point en distribuant à droite et à gauche les sarcasmes et les injures que nous l'emporterons sur le rationalisme, c'est en luttant avec les grands hommes qui en ont pris malheureusement la défense, sinon de génie, du moins de science, de travail, de recherches. Nous avons de plus qu'eux un instrument admirable, la foi ; sachons nous en servir et ne pas dédaigner celui de la raison. Ce n'est jamais sans péril qu'on méprise ou qu'on néglige l'un de ces grands moyens de connaître que la Providence nous a donnés. — Voy. *Abélard*, par M. de Rémusat, t. I, p. 437 et sqq.

—

NOTE II.

(Art. Nicolas de Cusa.)

I.

Plan d'un travail méthodique sur Cusa.

Chapitre premier. — Des historiens qui ont traité de Cusa. — Nécessité d'une étude radicalement nouvelle.

Chap. II. — De la méthode à apporter dans l'étude de Cusa.

Chap. III. — Cusa ne peut être classé ni parmi les réalistes ni parmi les nominalistes. — Ses rapports avec Gerson.

Chap. IV. — L'idée fondamentale de Cusa ou du *Possest*. — La vérité qui est contenue dans cette idée et le mysticisme qui devait la corrompre en partie.

Chap. V. — Des rapports de Dieu et du monde au point de vue de la conception du *Possest*.

Chap. VI. — De l'origine et de la formation des idées suivant Cusa, ou applications psychologiques de son principe métaphysique.

Chap. VII. — Application mécanique de ce même principe : — Nouvelle théorie du mouvement, introduction des mathématiques dans la physique.

Chap. VIII. — Application astronomique : — Nouvelle théorie du monde.

Chap. IX. — Application physique : — Nouvelle théorie des éléments. — Soupçon de la pesanteur de l'air.

Chap. X. — Des erreurs qui se mêlèrent aux découvertes de Cusa et des obstacles qui arrêtèrent l'essor de ces découvertes.

Chap. XI — Conclusion : la place de Cusa dans le grand mouvement scientifique du XVIe siècle.

II.

Cusa remarque (*De staticis experimentis*) que le poids de l'eau n'est pas le même avant et après la congélation.

« Experimur certam aquam in lapides verti, uti aquam in glaciem et virtutem indurativam ac lapidicativam certis fontibus inesse. Ita etiam fertur aquam quamdam in Hungaria reperiri quæ, ob virtutem vitrioli quæ in ea est, vertit ferrum in cuprum. *Ex talibus enim virtutibus constat aquas non esse pure elementares, sed elementatas.* » (*De staticis experimentis*, l. IV.)

Quod necesse est Arabes fateri Trinitatem. — Tel est le titre d'un chapitre de Cusa, dans son ouvrage : *Cribratio Alchoran.*

III.

Cusa se plaint des disputes vaines des philosophes, mais avec beaucoup moins d'amertume que Gerson.

IV.

Distinction formelle admise par Cusa.

« Qua est unus Deus, a Deo non distinguitur (Ver-

(411) On remarquera que ce passage est profondément analogue à celui de l'*Historia calamitatum;* ainsi lorsque M. Hauréau traduit cette phrase : *Ut eamdem essentialiter rem totam simul singulis suis inesse astruerit individuis*, par ces mots : qu'*une même chose est essentiellement, intégralement et simultanément en chacun de ses individus*, il commet une légère erreur ; le mot *essentialiter* porte sur *rem* et non sur *inesse*. La preuve que Guillaume déclare que c'est non l'universel qui existe essentiellement dans les individus, mais l'universel qui y a une unité essentielle, c'est que nous retrouvons dans le traité *Des genres et des espèces* la même idée et les mêmes expressions. Seulement le contre-sens de M. Hauréau n'altère que partiellement la pensée de Guillaume. Car si l'universel a une cause essentielle dans les choses, il faut qu'il y soit essentiellement ou comme constitutif de l'essence. C'est du reste ce qu'il dit ailleurs : « D'autres imaginent des essences universelles qu'ils croient exister essentiellement dans chaque individu : » *Alii quasdam universales essentias fingunt, quas in singulis individuis suis essentialiter esse credunt.* (Œuvr. inéd. d'Abélard, p. 513.) On remarquera que Robert Palleyn a dit dans le même sens : *Species est tota substantia individuorum, totaque species eademque singulis reperitur individuis : itaque species una est substantia, ejus vero individua multæ personæ et hæ multæ personæ sunt illa una substantia.* (*Sentent.*, p. I, c. 3.)

bum) reauter et essentialiter, quamvis a Patre distinguatur personaliter et realiter. Omnis distinctio essentialis est realis et non econverso. Est secundum doctores formalis sive modalis distinctio, quoniam aliquid affirmatur de uno, negatur de alio, licet unum non negetur de alio : ita essentia divina distinguitur a qualibet persona, quia aliquid affirmatur de qualibet, quod non de essentia, quia ista est vera : pater generat, et non illa : essentia generat. . . . . Formalis et personalis distinctiones tamen sunt in divinis reperibiles. » (*Excitationes*, lib. III.)

V.

Pesanteur de l'air.

Orator. Forte ad aeris pondus, etiam aliquando per conjecturas subtiles ascenderetur?

(Cusa mentionne ici diverses expériences qui ne ressemblent en rien, du reste, à celles du Puy-de-Dôme.)— (*De staticis experimentis*, lib. IV.)

VI.

Le cardinal de Cusa s'occupait de collections de botanique avec Gérard, évêque de Sologne (Solonensis).

« Dum enim inter herbarum collectionem, in mentem veniret apostolica lectio, » etc. (*De dato Patris luminum*, p. 284, édit. de Bâle.)

VII.

De mathematicis complementis.

Ouvrage du cardinal de Cusa où il explique encore son idée favorite, la solution prétendue du problème de la quadrature du cercle. Cet ouvrage est dédié à Nicolas V et son nom de *Complementum* tire son origine de la conviction profonde où était le cardinal, que les anciens avaient laissé inachevée et radicalement incomplète la science des mathématiques. Il a pour but, mais moins spécialement que d'autres traités du cardinal, de la faire entrer dans une voie nouvelle et plus large en y faisant pénétrer l'idée de l'*infini*. — Voy. Cusa, *De quadratura circuli*, *De una recti curvique mensura*, *De geometricis transmutationibus*.

VIII.

De arithmeticis complementis.

Cet opuscule n'est qu'une sorte d'appendice à son *De geometricis transmutationibus*. — Voy. art. Cusa, *De geometricis transmutationibus*.

IX.

De sinibus et cordis.

Opuscule du cardinal de Cusa ; on peut le considérer comme un éclaircissement sur un point particulier de mathématiques traité dans le *De geometricis transmutationibus* et le *De quadratura circuli*.

X.

De una recti curvique mensura.

Cet opuscule du cardinal de Cusa se rattache à l'idée favorite qu'il exprime dans le *De transmutationibus geometricis*, de ramener l'idée de la ligne courbe à celle de la ligne droite par celle de l'infini. Nous avons dit ailleurs ce que nous pensons de la valeur absolue et relative de cette idée. — *Voy.* Cusa, *De transmutationibus geometricis*.

XI.

De Genesi.

Le livre du cardinal de Cusa qui porte ce titre n'est en aucune manière une exégèse des livres saints ; c'est une théorie philosophique de la création où l'on retrouve à un très-haut degré et la forme et les idées de Platon. Dieu y est appelé le *même* (*Idem*) comme dans le *Sophiste ;* et il est le Principe suprême où viennent se confondre toutes les diversités, toutes les oppositions, celui qui est la coïncidence absolue du principe, du milieu et de la fin, et qui est la source infinie de cet accord universel qui éclate dans l'infinie société des choses. C'est dans cet être souverain, mesure de tous les êtres et les marquant tous de son empreinte, que vient enfin se reposer l'intelligence humaine, lasse de l'incertitude et des contradictions que lui présente de toutes parts le monde relatif et visible. Reste seulement à savoir, comment la variété peut sortir de l'unité, et la diversité de l'identité (412).

XII.

« Summa est igitur æqualitas centri, semidiametri et circumferentiæ circuli infiniti. Et quoniam non possunt plura esse infinita.... erunt centrum, semidiameter et circumferentia, unum infinitum. Videmus autem ex lineis rectis polygonias constitui : erit igitur hic circulus infinitus cum quo omnis polygonia coincidit, infinitorum laterum. Et quia etiam polygoniæ videmus circulos inscriptos et circumscriptos differentes a peripheria polygoniæ, et in circulo isoperimetro has tres peripherias coincidere et circulum inspicimus unitrinum : ita in theologicis, circulum unitrinum infinitum reperimus, si ad polygonias seu terminatas respicimus creaturas. Est enim circulus unitrinus, in quo centrum est circulus, et semidiameter circulus, et circumferentia circulus, et in hoc est idem qui inscriptus et scriptus et circumscriptus. Trinitatem igitur circuli infiniti non deprehenderemus, si solum infinitatem ejus intueremur. Sed dum nos ad lateratas, terminales et angulares convertimus figuras, seu formas : unitrinum esse circulum infinitum deprehendimus. Sed summa æqualitas efficit unum esse in alio et omnium esse unam peripheriam infinitam. Attendendum est diligenter nos non devenisse ad veritatem æqualitatis mensuræ circularis et rectilinealis, nisi quando respicimus circulum isoperimetrum esse unitrinum per coincidentiam differentium in polygoniis. Sic sine unitrino infinito, non potest veritas cujuscunque rei attingi. Sicut enim circulus mensurat omnem polygoniam, et nec est major, nec minor, quia est circulus unitrinus in quo omnis differentia polygoniarum coincidit, prout mathematice ostenditur : sic et unitrinum infinitum est forma, veritas aut mensura omnium quæ non sunt ipsum, et est ipsa æqualitas, quæ est veritas omnium : neque enim est majus, neque minus quocunque dabili vel formabili, sed est æqualissima forma omnis formabilis formæ et actus omnis potentiæ. Qui enim intuetur in ipsum unitrinum infinitum, ascendendo de mathematicis figuris ad theologias per additionem infinitatis ad mathematicas, et de theologicis figuris se absolvit, ut infinitum unitrinum tantum mente contempletur : ille quantum sibi concessum fuerit, videt omnia unum complicite et unum omnia explicite. Quod si ipsum infinitum sine respectu finitorum intuetur, finita nec esse, nec eorum veritatem, nec mensuram deprehendit. Non potest igitur creatura et creator pariter videri, si infinitum non affirmatur unitrinum. » (*Complementum theologicum*, c. 3.)

XIII.

« Absoluta igitur rectitudo est infinita, curvitas autem non potest esse infinita. Quapropter... non habet curvitas exemplar, nisi rectitudinem. » (*Complementum theologicum*, c. 1.)

XIV.

« Creator igitur duo fecisse videtur : scilicet

(412) « Postquam enim ad fontem per lacus et fluminis ascensum devenitur, sistitur : terminî autem non est terminus, neque principii est principium. Ubi autem est principii. »

prope nihil, punctum... et aliud prope se scilicet unum, et illa univit, ut sit unus punctus. In illo uno puncto fuit complicatio universi. » (*Ibid.*)

XV.

« Qui enim circuli quæsierunt quadraturam, coincidentiam circuli et quadrati præsupposuerunt, quæ non est dabilis in sensibilibus. Non enim dabile est quadratum quod non sit inæquale omni dabili circulo in materia... ratio non admittit coincidentias oppositarum... coincidentia autem quæri debuit intellectualiter in circulo eo qui in omni polygonia est æqualis, etiam quæ cum alia æqualis peripheriæ reperitur diversa et ad intentum devenissent. Ex quo elicitur quidquam non esse eo modo actu scibile, quo sciri potest, nisi medio intellectus infiniti qui est infinita æqualiter, omne diversum et differens et alterum et inæquale... antecedens... Et in hoc panditur secretum quomodo inquirens præsupponit id quod inquirit. » (*Complementum theologicum*, c. 4.)

XVI.

En quel sens Cusa est nominaliste et ne l'est pas.

« Veritas et præcisio cocleantalis quæ est immultiplicabilis et incommunicabilis nequaquam potest per quæcunque etiam instrumenta et quemcunque hominem perfecte sensibilis fieri... Unde genera et species, ut sub vocabulum cadunt, sunt entia rationis quæ sibi ratio fuit et concordantia et differentia sensibilium. » (*De mente idiotæ*, lib. III.)

Remarquons que bien que Cusa soit nominaliste, son nominalisme ne l'empêche point de reconnaître les natures communes :

« Si enim universorum universalis quædam concordantia communem quamdam omnibus primam universalissimamque dicit inesse naturam. » (*De conjecturis*, lib. II, c. 4.)

Ces deux propositions, dans leur concordance au sein du système de Cusa, jettent une vive lumière sur celui de Scot et réfutent, ce semble, MM. Cousin, Hauréau, Rousselot, Rémusat, qui admettent le caractère réaliste de ce dernier.

XVII.

« Quia illa universi unitas, ut principium contractum omnium est in omnibus, tunc ut denarius est radix quadrata centenarii et cubica millenarii, ita unitas universi est radix universorum, a qua quidem radice primo oritur quasi numerus quadratus, ut unitas tertia et cubicus numerus, ut unitas ultima, sive quarta; et est unitatis universi quæ est secunda unitas, prima explicatio, unitas tertia centenaria, et ultima explicatio unitas quarta millenaria; et ita reperimus tres universales unitates, gradatim descendentes ad particulare, in quo contrahuntur ut sint actu ipsum. Prima absoluta unitas omnia complicat absolute, prima contracta, omnia contracte; sed ordo habet ut absoluta unitas videatur quasi primam contractam complicare, ut per ejus medium omnia alia et contracta prima videatur secundam contractam complicare, et ejus medio tertiam contractam et secunda contracta tertiam contractam (quæ est ultima universalis unitas a quarta a prima) ut ejus medio in particulare deveniat. Et sic videmus quomodo universum per gradus tres in quolibet particulari contrahitur. Est igitur universum quasi deum generalissimorum universitas, et deinde genera, deinde species, et ita universalia sunt illa secundum gradus suos, quæ ordine quodam naturæ, gradatim ante rem quæ actu ipsa contrahit exsistunt. Et quoniam universum est contractum, tum non reperitur nisi in generibus contractum, et genera non reperiuntur nisi in speciebus. Individua vero sunt acta in quibus sunt contracte universa. Et eo quidem modo verum dicunt Peripatetici, universalia extra res non esse actu, solum enim singulare actu ens, in quo universalia sunt contracte ipsum; habent tamen universalia quod ordine naturæ quoddam esse universale, contrahibile per singulare, non quod sint actu ante contractionem aliter quam naturali ordine, ut universale contrahibile, in se non subsistens, sed in eo quod actu est : sicut punctus, linea, superficies ordine progressivo corpus in quo actu tantum sunt præcedunt. Universum enim non quia est actu nisi contracte, ideo est est rationis, ita universalia non sunt tantum entia rationis, licet non reperiantur extra singularia actu... Intellectus tamen facit ea extra res per abstractionem esse. Quoniam absolutum eis convenire nequit. Universale enim penitus absolutum Deus est. Quomodo autem universale sit in intellectu, in libro *Conjecturarum* videbimus... » (*De docta ignorantia*, lib. II, c. 6.)

XVIII.

On remarquera que dans le *Docta ignorantia* l'auteur renouvelle, au moins implicitement, le fameux argument de saint Anselme en faveur de l'existence de Dieu. Il pense contre saint Thomas et son école, que l'on peut passer de la conception abstraite de Dieu à l'affirmation de son existence actuelle et concrète. Il consacre même à cette démonstration un chapitre spécial auquel il donne ce titre : *Transsumptio sphæræ infinitæ ad actualem exsistentiam Dei.* (Lib. I, c. 23.) On voit par là que le syllogisme de saint Anselme était encore vivant dans la tradition philosophique au XVe siècle; il le fut encore pendant les deux siècles suivants, et c'est ce qui rend très-peu admissible l'hypothèse que Descartes n'en aurait eu aucune connaissance. Sans doute on a eu raison de dire qu'il était capable de l'inventer, mais il ne s'ensuit pas rigoureusement qu'il ne l'ait pas emprunté aux scolastiques, ses prédécesseurs. Néanmoins Cusa, qui fait le même emprunt, donne à cette démonstration fameuse une empreinte toute particulière. Ce qui le frappe dans la donnée de saint Anselme, c'est moins le secours logique qu'elle prête à la religion naturelle que le principe qu'il y croit voir de l'identité absolue du possible et du réel en Dieu. « En lui, dit-il, l'imperfection est l'infinie perfection, et la possibilité l'acte infini: » *Ubi imperfectio est infinita perfectio et possibilitas actus infinitus.*

XIX.

Suivant Cusa les possibles, même non réalisés, ont du moins une certaine existence dans la pensée divine, qui embrasse l'infini en embrassant non-seulement tout ce qui est et sera, mais encore ce qui n'est point et ne saurait être en vertu des faits qui sont et qui, tenant leur place dans l'espace et le temps, empêchent aux autres d'exister avec eux; en d'autres termes, les *contradictoires* existent d'une certaine façon, même dans l'ordre fini, par les rapports nécessaires de cet ordre fini, avec la sagesse infinie qui les assemble sous son regard. C'est en ce sens que le cardinal dit en propres termes : « La Providence divine unit les contradictoires (413). » En vertu de cette considération, la *matière* et la *puissance nue* de l'école se trouvaient avoir une cer-

(413) « Dei providentia contradictoria unit. » — Sicut igitur multa sunt in materia possibiliter, quæ nunquam evenient : ita per contrarium quæcunque non eveniunt, si evenire possunt, si in Dei sunt providentia, non sunt possibiliter, sed actu : nec inde sequitur quod ista sint actu. Sicut ergo dicimus quod humana natura infinita complicat et complectitur, quia non solum homines qui fuerunt, sunt et erunt, sed qui possunt esse, licet nunquam erunt et ita complectitur mutabilia immutabiliter... » (Cusa, *De docta ignorantia*, lib. I c. 22.)

taine intelligibilité; Dieu la voyait; elle était idée devant ses yeux, et la science humaine était incomplète si elle prétendait n'en tenir aucun compte et rester dans la contemplation exclusive des *essences* ou des *quiddités*. Bien plus, comme Cusa admet que les quiddités échappent à nos procédés intellectuels et à la sensation, et que l'Etre véritable, l'unité substantielle se dérobait à nos investigations, il s'ensuivait que les recherches étaient jetées, par ces théories métaphysiques, dans une voie toute différente de celle qu'elles avaient suivie.

XX.

De una recti curvique mensura.

Le titre seul de cet ouvrage de Cusa éveille l'attention quand on le reporte aux théories mécaniques des anciens et à la rénovation astronomique de Copernic, de Kepler et de Galilée.

XXI.

Peurbach était le maître, le correspondant et l'ami de Cusa. Nous le voyons par la mention qui termine constare l'ouvrage de ce philosophe sur la quadrature du cercle : *Detur venerabili nostro fideli dilecto magistro Georgio Peurbachio astronomo.*

« Sic dum se facit (aliqua res) similitudinem omnium cognoscibilium, a se movetur... Ideo anima dicitur ex eodem et diverso propter comprehendendi motum universalem omnium et particularem diversorum. » (*De ludo globi.*)

XXII.

« Quomodo concreavit Deus motum ultimæ sphæræ. — In similitudine quomodo tu creas motum globi. Et enim movetur sphæra illa per Deum creatorem, aut spiritum Dei... » (*De ludo globi.*)

XXIII.

« Circularis est motus qui manet in se totus quiescenti similis. Rectus autem supervenit iis quæ a loco suo naturali peregrinantur vel extruduntur vel quomodolibet extra ipsum sunt. Nihil autem ordinationi latius et formæ mundi tantum repugnat quantum extra locum suum esse. Rectus ergo motus non accidit nisi rebus non recte se habentibus... Præterea quæ sursum et deorsum aguntur etiam absque circulari non faciunt motum simplicem, uniformem et æqualem. Levitate enim vel sui ponderis impetu nequeunt temperari. Et quæcunque decidunt a principio lentum facientia motum, velocitatem augent cadendo. Ubi vicissim ignem terrenum (neque enim alium videmus) raptum in sublime statim languescere cernimus, tanquam confessa causa violentiæ terrestris materiæ. Circularis autem æqualiter semper volvitur : indeficientem enim causam habet : illa vero desinere festinantem per quem consecuta locum suum cessant esse gravia vel levia cessatque ille motus. Cum ergo motus circularis sit universorum, partium vero etiam rectus, dicere possumus manere cum recto circularem sicut cum ægro animal : Nempe et hoc, quod Aristoteles in sua genera distribuit motum simplicem a medio, ad medium et circa medium rationis solum modo actus deputabitur quemadmodum lineam, punctum, et superficiem secernimus quidem, cum tamen unum sine alio subsistere nequeat, et nullum eorum sine corpore. »

Ce fragment est riche d'énoncés nouveaux; cependant les deux principes sur lesquels il repose dans son entier se retrouvent déjà dans le cardinal de Cusa. Le premier, nous l'avons déjà dit, est que le mouvement circulaire et le mouvement rectiligne peuvent coïncider, le second est que les déterminations tirées du centre du monde et des mouvements qui s'exécutent à partir de lui, vers lui ou autour de lui (déterminations qui fondent la théorie des éléments et celle des astres dans Aristote, Ptolémée et Galien) sont de simples abstractions; en d'autres termes, qu'il n'y a pas de centre physique de l'univers. Ces deux propositions s'impliquent et se soutiennent réciproquement, et Copernic, encore une fois, n'est l'inventeur ni de l'une ni de l'autre. Seulement il les a développées l'une et l'autre.

XXIV.

Correctio tabularum Alphonsi.

Cet opuscule du cardinal de Cusa ne renferme aucune vue remarquable ; mais il a une certaine importance historique en ce qu'il se rattache à tout ce mouvement scientifique du XVe siècle, qui aboutit à la cosmologie de Copernic. On ne recherche guère les erreurs de détail d'une grande théorie que lorsqu'on commence vaguement à soupçonner ses principes fondamentaux.

XXV.

De transmutationibus geometricis.

Cet ouvrage du cardinal de Cusa est de la même famille que le *De æqualitate*, le *De arithmeticis complementis*, le *De quadratura circuli*, le *De sinibus et cordis*, et quelques autres du même auteur. Il serait absurde de leur donner une valeur scientifique qui leur est étrangère, et Montucla a condamné ces informes essais des mathématiques modernes ; mais enfin si informes qu'ils fussent, c'étaient des essais, c'était le germe obscur d'une science qui devait plus tard contraindre tous les hommes sensés à admirer ses résultats. Le *De transmutationibus* n'est qu'une série de corollaires du problème de la quadrature du cercle, supposé résolu par l'auteur : c'est assez dire que la donnée première en est toute chimérique. Cependant il renferme une idée féconde, celle qui, en partie, a constitué l'originalité et la grandeur des mathématiques modernes : c'est une tentative téméraire pour faire entrer dans les calculs humains certaines notions qui dérivent de celle de l'infini. Montucla a reconnu, avec une précision qui ne laisse rien à désirer, l'influence essentielle de ces notions, et il est étonnant qu'il n'ait pas vu combien le cardinal de Cusa et toute son école ont travaillé à élargir par elles les cadres de la science. Celui qui tente le premier une œuvre ne fait-il pas autant que celui qui la réalise ? Il resterait maintenant à voir comment le cardinal était arrivé à se proposer un but aussi vaste, quels étaient les précédents dont il pouvait se servir, quels furent ses auxiliaires, quels ont été, somme toute, les résultats de ses efforts ; en d'autres termes, il nous resterait à examiner l'origine philosophique et religieuse de son idée capitale et ses conséquences scientifiques ; mais nous avons indiqué la conclusion de nos recherches à cet égard à l'article Cusa. (*Voy.* aussi *De quadratura circuli*, *De æqualitate.*)

XXVI.

De dato Patris luminum.

Cet opuscule du cardinal de Cusa nous fait pénétrer à un certain degré dans l'intelligence de son système. L'auteur du *De docta ignorantia* pourrait facilement passer, si l'on n'y prenait garde, pour un demi-sceptique. Cependant, à y regarder

de près, il nous semble évident que son mysticisme, si modéré d'ailleurs, ne porte que sur un ordre d'idées : celles qui sont relatives à l'essence des corps. Le *De dato*, bien loin d'être l'œuvre d'un homme désabusé qui doute en général de la raison humaine, dénote une de ces âmes pleines de foi dans sa puissance et qui ne la limitent sur tel ou tel point que pour l'étendre sur d'autres. Dans cet ouvrage, Cusa insiste fortement sur la puissance intense de la pensée. « L'homme, » dit-il, « peut se reposer dans sa nature, parce que cette nature vient de celui qui est la perfection suprême et la suprême quiétude. » Quel est donc l'usage de cette lumière supérieure que Dieu envoie à l'homme? Cette lumière est nécessaire, parce que notre nature spécifique, si noble qu'elle soit, est en quelque manière *resserrée* (contracta) en nous par les limites étroites de notre individualité (414). Ainsi l'intelligence est parfaite en elle-même et comme germe, du moins dans certaines limites; et l'inspiration d'en haut qui n'a qu'un objet, si nous considérons l'ordre naturel, c'est de féconder ce germe. C'est en ce sens que l'Apôtre a dit que *le Fils de Dieu est venu* et que nos *ténèbres sont illuminées* (*I Cor.* IV, 5) ; c'est en ce sens encore qu'il faut entendre cette proposition : *Tout don parfait vient d'en haut du Père des lumières.* (*Jac.* I, 17.)

Cette parole, le cardinal de Cusa ne l'applique pas seulement à la fécondation de l'intelligence, mais à sa création. Et sa théorie à cet égard repose sur sa conception générale de la *forme*. L'idée de *forme* s'était singulièrement altérée pendant les discussions des XIIIe et XIVe siècles. La forme, suivant Cusa, c'est la substance elle-même; ce n'est pas l'acte pur, c'est aussi la puissance; ce n'est plus ce qui donne la réalité à la chose, c'est la chose même, avec tout ce qu'elle contient, avec tout ce que l'esprit lui reconnaît d'attributs. Le cardinal est catégorique sur ce point important et dit nettement comment par cette idée qu'il expose il se sépare du plus grand nombre des docteurs scolastiques : « Aiunt philosophi formam esse quæ dat esse rei. Hoc dictum præcisione caret, nam non est res cui forma dat esse, cum nihil sit nisi per formam (415). »

XXVII.

Corrollaria de motu.

« Fortassis admirabuntur qui ista prius inaudita legerint, postquam ea vera esse docta ignorantia ostendit. Scimus nunc ex istis, universum trinum, et nihil universorum esse, quod non sit unum ex potentia, actu et connexionis motu, et nullum horum, sine alio absolute subsistere posse : ita quod necessario illa in omnibus sunt secundum diversissimos gradus, adeo differenter, quod nulla duo in universo per omnia, æqualia esse possunt simpliciter : propter quod aliquid machinam mundanam habere, aut istam terram sensibilem, aut aerem, vel ignem aliud quodcunque pro centro fixo et immobili, variis motibus orbium consideratis, est impossibile : non devenitur enim in motu ad minimum simpliciter, puta fixum centrum, quia minimum cum maximo coincidere necesse est. Centrum igitur mundi, coincideret cum circumferentia. Non habet igitur mundus circumferentiam, nam si centrum haberet et circumferentiam, et sic intra se haberet suum initium et finem et esset ad aliquid aliud ipse mundus terminatus, et extra mundum esset aliud et locus, quæ omnia veritate carent. Cum igitur non sit possibile, mundum claudi intra centrum corporale et circumferentiam, non intelligitur mundus, cujus centrum et circumferentia sunt Deus... Terra igitur quæ centrum esse nequit motu omni carere non potest. » (Cusa, *De docta ignorantia.*)

XXVIII.

De anima sive forma universi.

« Sapientes omnes in hoc concordant, quod posse esse, ad actu esse non potest nisi peractu esse, deduci : quoniam nihil seipsum ad actu esse perducere potest, ne sit sui ipsius causa; esset enim antequam esset : unde illud quod possibilitatem actu esse facit, ex intentione agere dixerunt, ut ordinatione rationabili, possibilitas ad actu esse deveniret, et non casu. Hanc excelsam naturam, alii mentem, alii intelligentiam, alii animam mundi, alii fatum in substantia, alii (ut Platonici) necessitatem complexionis, nominarunt, qui æstimabant possibilitatem, necessitate per ipsam determinari, ut sit nunc actu, quod prius natura potuit. In illa enim mente, formas rerum actu intelligibiliter esse aiebant, sicut in materia possibiliter : et ipsa necessitas complexionis, in se veritatem habens formarum, cum iis quæ ipsas concomitantur, secundum naturæ ordinem moveret cœlum, ut mediante motu, tanquam instrumento, possibilitatem ad actum, et quanto conformius posset, conceptui veritatis intelligibili æqualem, deduceret. » (Cusa, *De docta ignorantia.*)

XXIX.

Idée de progrès.

« Etsi veteres magno ingenio præditi, sedula indagatione conati sunt multa tunc abscondita sibi et posteris nota facere perfeceruntque utiliter in plerisque maximis atque optimis artibus : non tamen omne desideratum in quibusque altioribus theoricis attigerunt, præordinante hac universorum optimo provisore, ut in nobis vis illa divina intelligentiæ non torpeat, sed admiratione vehementiori ad ipsa latentia et scitu possibilia feratur. » (Cusa, *De docta ignorantia.*)

XXX.

De conditionibus terræ.

« Ad ista jam dicta veteres non attigerunt, quia in docta ignorantia defecerunt. Jam nobis manifestum est, terram istam in veritate moveri, licet nobis hoc non appareat, cum non apprehendimus motum nisi per quamdam comparationem ad fixum. Si enim quis ignoraret aquam fluere, et ripas non videret, exsistens in navi in medio aquæ, quomodo apprehenderet navem moveri : et propter hoc cum semper cuilibet videatur, quod sive ipse fuerit in terra, sine sole, aut alia stella, quod ipse sit in centro quasi immobili, et quod alia omnia moveantur : ille certe semper alios polos sibi constitueret, ut exsistens in sole alios et alios in terra, et alios in luna, et Marte, et ita de reliquis. Unde erit machina mundi quasi habens ubique centrum, et nullibi circumferentiam. » (Cusa, *De docta ignorantia*, lib. II, cap. 12.)

XXXI.

« Secundum capitulum est quod mundus sensibilis dividitur in elementarem et in cœlestem vel ætheream regionem; nam elementarem conspicimus esse subjectam continuæ generationi et corruptioni ; cœlestem autem in perpetua incolumitate atque in omnimoda substantiali stabilitate et invariabilitate sempiterna perdurare; cum a primis diebus usque ad hæc tempora nulla circa eorum substantias facta mutatio videatur. Hæc etiam di-

(414) Quoniam autem non omnis natura data gradum perfectionis possibilis speciei suæ actu attingit, sed quælibet individualis contractio speciei ab ultima perfectione activitatis potentiæ abesse dignoscitur, tunc intellectus, cujus potentia ambit omne quod non est creator ejus, ad hoc, ut ad apprehensionem actuatur, opus habet dona gratiæ creantis.

(415) C'est d'un argument analogue que se sert Duns Scot pour prouver que toute matière a son actualité en elle même.

versitas eorum motuum naturalium qui sequuntur eorum naturas manifeste insinuat; cum enim motus rectus et circularis genere differant, ergo et naturæ mobilium quibus ii motus naturaliter competunt, essentialiter ab invicem secernuntur. » (Bernard. de Virduno, *Super astrologiam totam*, tractatus primus, cap. 2, *De incorruptibilitate cœlestium.*)

XXXII.

« Divino munere omnibus in rebus naturale quoddam desiderium inesse conspicimus, ut sint meliori quidem modo quo hoc cujusque naturæ patitur conditio, atque ad hunc finem ea operari, instrumentaque habere opportuna quibus judicium cognatum est conveniens proposito cognoscendi; ne sit frustra appetitus et ut in amato, pondere propriæ naturæ quietem attingere possit. Quod si fortassis secus contingat, hoc ex accidenti venire necesse est ut dum infirmitas gustum, aut opinio rationem seducit. Quamobrem sanum liberum intellectum, verum (quid insatiabiliter indito discursu cuncta perlustrando attingere cupit) apprehensum amoroso amplexu cognoscere dicimus, non dubitantes verissimum illud esse cui omnis sana mens nequit dissentire. Omnes autem investigantes in comparatione præsuppositi certi, proportionabiliter incertum judicant. Comparativa igitur est omnis inquisitio medio proportionis utens, ut dum hæc quæ inquiruntur, propinqua proportionali reductione præsupposito possint comparari, facile est aprehensionis judicium dum multis mediis opus habemus, difficultas et labor exoritur. Uti hæc in mathematicis nota sunt, ubi ad prima notissima principia priores propositiones facilius reducuntur et posteriores, quoniam non nisi per medium priorum difficilius. Omnis igitur inquisitio in comparativa proportione facili vel difficili exsistit propter quid infinitum ut infinitum (cum omnem proportionem aufugiat) ignotum est. Proportio vero, cum convenientiam in aliquo uno simul et alteritatem dicat, absque numero intelligi nequit. Numerus ergo, omnia proportionabilia includit. Non est igitur numerus qui proportionem efficit in quantitate tantum, sed in omnibus quæ quovis modo substantialiter aut accidentaliter convenire possunt ac differre. Hinc forte omnia Pythagoras per numerorum vim constitui et intelligi judicabat. Præcisio vero combinationum in rebus corporalibus ac adaptatio congrua noti ad ignotum humanam rationem supergreditur: adeo ut Socrati visum sit se nihil scire, nisi quod ignoraret. Sapientissimo Salomone afferente cunctas res difficiles et sermone inexplicabiles. Et alius quidam divini spiritus vir ait absconditam esse sapientiam et locum intelligentiæ ab oculis omnium viventium. Si igitur ita est (ut etiam profundissimus Aristoteles in *Prima philosophia* affirmat) in natura manifestissimis talem nobis difficultatem accidere, ut nycticoraci solem videre attentanti, profecto cum appetitus in nobis frustra non sit, desideramus scire, nos ignorare. Hoc si ad plenum assequi poterimus, doctam ignorantiam assequemur. Nihil enim homini etiam studiosissimo in doctrina perfectius adveniet quam in ipsa ignorantia quæ ipsi propria est, doctissimum reperiri, et tanto quis doctior erit, quanto se magis sciverit ignorantem. In quem finem, de ipsa docta ignorantia pauca quædam scribendi labores assumpsi.

« Tractaturus de maxima ignorantiæ doctrina, ipsius maximitatis naturam aggredi necesse habeo. Maximum autem hoc dico quod nihil majus esse potest. Abundantia vero uni convenit. Coincidit itaque maximitati unitas quæ est et entitas. Quod si ipsa talis unitas ab omni respectu et contractione universaliter est absoluta: nihil illi opponi manifestum est cum sit maximitas absoluta. Maximum itaque absolutum unum est, quod est omnia, in quo omnia quia maximum. Et quoniam nihil ei opponitur, cum eo simul coincidit minimum, quare est et in omnibus. Et quia absolutum, tunc est actu omne possibile esse, nihil a rebus contrahens a quo omnia. Hoc maximum quod et Deus omnium nationum fide indubie creditur, primo libello supra humanam rationem incomprehensibiliter inquirere (eo duce qui solus lucem habitat inaccessibilem) laborabo. Secundo loco sicut absoluta maximitas, est entitas absoluta per quam omnia id sunt, quod sunt ita et universalis unitas essendi, ab illa quæ maximum dicitur absolutum: et hinc contracte exsistens uti universum, cujus quidem unitas in pluralitate contracta est sine qua esse nequit. Quod quidem maximum, etsi in sua universali unitate omnia complectatur, ut omnia quæ sunt ab absoluto sint in eo et ipsum in omnibus; non habet tamen extra pluritatem (in qua est) subsistentiam cum sine contractione a qua absolvi nequit non exsistat. De hoc maximo universo scilicet in secundo libello pauca quædam adjiciam. Tertio loco, maximum tertiæ considerationis subsequenter manifestabitur. Nam cum universum non habet nisi contracte subsistentiam in pluralitate, in ipsis pluribus inquiremus unum maximum in quo universum maxime et perfectissime subsistit actu ut in fine, et quoniam tale cum absoluto quod est terminus universalis; unitur quia finis perfectissimus supra omnem capacitatem nostram, de illo maximum quod simul est contractum et absolutum, quod Jesum semper benedictum nominamus, nonnulla prout et ipse Jesus inspiraverit subjiciam. Oportet autem attingere sensum volentem potius supra verborum vim intellectum efferre quam proprietatibus vocabulorum insistere: quæ tantis intellectualibus mysteriis proprie adaptari non possunt. Exemplaribus etiam manuductionibus necesse est transcendenter uti linquendo sensibilia, ut ad intellectualitatem simplicem expedite lector ascendat, ad quam viam quærendam studui communibus ingeniis, quanto clarius potui aperire, omnem styli scabrositatem evitando, radicem doctæ ignorantiæ, etiam inapprehensibili veritatis præcisione statim manifestans.

« Quoniam ex se manifestum est infiniti ad finitum proportionem non esse, ut et ex hoc clarissimum quod ubi est reperire excedens et excessum non deveniri ad maximum simpliciter, cum excedentia et excessa finita sint, maximum vero tale necessario est infinitum. Dato igitur quocunque quod non sit ipsum maximum simpliciter, dabile majus esse manifestum est. Et quoniam æqualitatem reperimus gradualem ut unum æqualius uni sit quam alteri, secundum convenientiam et differentiam genericam, specificam, localem, influentialem et temporalem cum similibus: patet non posse aut duo aut plura, adeo similia et æqualia reperiri, quin adhuc in infinitum similiora esse possint. Hinc mensura et mensuratum quantumcunque æqualia, semper differentia remanabunt. Non potest igitur finitus intellectus rerum veritatem per similitudinem præcise intelligere. Veritas enim non est nec plus nec minus in quodam indivisibili consistens, quam omne non ipsum verum exsistens, præcise mensurare non potest: sicut nec circulum cujus esse in quodam indivisibili consistit, non circulus. Intellectus igitur qui non est veritas nunquam veritatem adeo præcise comprehendit, quin per infinitum præcisius comprehendi possit, habens se ad veritatem sicut polygonia ad circulum: quæ quanto inscripta plurium angulorum fuerit, tanto similior circulo, nunquam tamen efficitur æqualis etiam si angulos usque in infinitum multiplicaverit, nisi in identitatem cum circulo se resolvat. Patet igitur de vero nos non aliud scire quam quod ipsum præcise uti est, scimus incomprehensibile, veritate se habente ut absolutissima necessitate quæ nec plus aut minus esse potest quam est, et nostro intellectu

at possibilitate. Quidditas ergo rerum quæ est entium veritas in sua puritate inattingibilis est, et per omnes philosophos investigata, sed per neminem, uti est, reperta et quanto in hoc ignorantia profundius docti fuerimus, tanto magis ad ipsam accedemus veritatem.

« Maximum quo majus esse nequit, simpliciter et absolute cum majus sit quam comprehendi per nos possit, quia est veritas infinita : non aliter quam incomprehensibiliter attingimus. » (Cusa, *De docta ignorantia*, lib. I, cap. 1, 2, 3, 4.)

—

NOTE III.

(Art. Physique ou Cosmologie péripatéticienne et scolastique.)

Cet article embrasse de si nombreuses questions que nous avons dû affirmer plus que prouver.

Nous prions le lecteur de vouloir bien parcourir, pour vérifier nos assertions, les articles Air, Eau, Feu, Elément, de ce *Dictionnaire*, et de plus les deux fragments suivants d'Albert le Grand.

L'un est le commencement de son Commentaire sur le *De cœlo* d'Aristote.

L'autre est le début de son *Traité d'Alchimie*, traité peut-être peu authentique, mais qui a été écrit, sinon par lui, du moins par ses disciples.

I.

Voici ce que l'on enseignait encore dans les écoles au XVIIe siècle sur l'influence des astres. L'auteur du fragment qu'on va lire est un des hommes très-nombreux à cette époque qui cherchaient une transition entre la scolastique et les doctrines platoniciennes. Mais tout ce qu'il dit sur les astres était conforme aux théories encore proclamées parmi ceux qui restaient fidèles à Aristote et à Ptolémée.

« Caput VIII. — *A cœlo, et sideribus vim nasci, multaque inde evenire.*

« Non dubium reor inferna hæc supernis illis ancillari, et ab ætherea natura illa vim quamdam illabi, ut quæ mutationi obnoxia sint, rata lege, et continua serie corrumpantur, atque gignantur. Egyptii, quos primum liquet cœlorum effectus scrutari, et metiri ausos, postquam perpetuæ serenitatis obsequio in patentium camporum æquoribus habitantes, cum e terra nil emineret, quod contemplationi cœli officere possit, æterna semper clara, perspicuaque sidera deprehendentes, omnem curam in siderum cognitione influxuum posuerunt : cumque otiosos valde perterreret causarum aucupium, cœlo, et sideribus ascripsere cuncta, ut inde ducerent unumquodque fatum, cœlique influxum in exortus hora, et interitus, stellarum reciprocationibus effectus producebant miros : unde certis sub horis, statis temporibus, et aspectibus, omnia parari, colligique cœpere, nec ultra progressi, suam tuentur opinionem. Confirmat id Ptolemæus, qui cœlestes influxus ad normam expangere, et inde multa præsagire est ausus : et verbosa, ait, probatione non indigere. Nec minus et siderum omnium verbere, animantia, germinaque omnia crescere, decrescereque ex aliquibus crebrius, manifestiusque, aliis vero incertius, et intervallis rarius. Aristoteles dum superiorem lationem cunctorum causam, et principium esset contemplatus, quæ si desisteret, hæc illico deperirent, necessitate, inquit, fuit hic mundus superioribus lationibus contiguus, ut universa inde virtus gubernaretur : tantamque vim a sole diffundi novit, quod denuo concinne protulit. In obliquo circulo fluxuosus solis meatus progenies, et interitus caducorum omnium est, et accessu, recessuque temporum intervalla causari. Plato cœlestes quosdam circuitus causam esse fecunditatis, sterilitatisque ait. Ipse sol temporum rector, vitæque regimen est. Unde Jamblichus Ægyptiorum doctrina fretus, inquit : *Quidquid boni adest, id solari potestate adesse certum est, et si quid ab aliis habemus, ab ipso tamen absolvitur.* Vocat eum Heraclitus *fontem cœlestis lucis*, Orpheus *vitæ lumen*, Plato *cœlestem ignem, sempiternum animal, astrum animatum, maximum et diurnum*, physici *cor cœli* vocant. Affert que Plotinus, ab antiquis solem Dei loco esse veneratum. Nec minus luna sua, solis quæ virtute operatur, cum nobis affinior, et peculiarior sit. Albumasar per solem, et lunam omnibus vim infundi, insinuarique dixit ; doctissimus Hermes post Deum solem, et lunam viventium omnium vitam esse. Hæc terris citima, cæteros planetas vicinitate exsuperans, humidorum domina, et conciliatrix est, et cum ea tantam habent affinitatem, ut animata, inanimataque sui incrementa, et damna sentiant. Maria, flumina, et laticum fluctus crescunt, et deficiunt, nunc propere fluctuant, nunc tardo feruntur cursu maris æstus reciprocando perpetua vicissitudine agitatur, nec id nisi lunæ motui ascripsere cuncti, ut nunc avido haustu absorbeat, nunc vero intumescens decedendo refluat : nec apparet unde aliter evenire possit. Munificentius provocat animalia, tanquam ei mancipantia : nam orbem replens, ut ait Lucilius, alit ostrea, echinos, spondylos, conchylia, cancros, cæteraque, quia noctu tepido fulgore mitificat, gibbosa autem, vel in cornua utrinque falcata inanit, et exhausta reddit. Idem etiam quod modo retulimus sidus, sentiunt cucumeres, cucurbitæ, pepones, quique plurimum humoris habent aquei, ut adolescente gliscant, et senescente decrescant, ut Athenæus referat, maxima perspici posse soli aversa, et adversa eorum incrementa, et decrementa. Nec plantarum germina cœli statum respuunt : quod norunt agricolæ, cum sæpius exploratum habeant in insitione : nam crescens lignum non fructus incrassat, silens vero fructus, ligno languido, et macrescente. Unde agriculturæ peritiores et anni circuitum, et menstruum lunæ cursum plantis sit necessarium judicavere, ut pars hæc agriculturæ apprime necessaria sit existimata. Luna quoque, dum per zodiaci signa peragrat terrea, plantatæ arbores fortes radices, et subterraneas partes injiciunt : si per aerea migrans commorabitur, arbos diffundet ramos, foliis luxurians, et magis sursum, quam deorsum concrescens. Imo quod certius reperiri poterit signum, quam quod in punico malo cernere est, ut quot diebus ab interlunio discesserit luna, tot annis det sobolem ? Et fertur allium et si luna sub terris posita seratur, et item sub terris latente vellatur, odoris fœditate cariturum. Cædua omnia, uti trabes, lignaque, dum novum sortitur luna lumen, humore scatent plurimo, et quasi per humoris conceptionem emollita vermiculantur, et marcescunt. Unde jubet Democritus, nec Vitruvio displicet, statuta ratione innocentius in decremento cædi, ut materies tempestive cæsa, carie non deficiens, diuturnitatem recipiat. Quin ætates variando, varios demonstrat effectus : nam a solis coitu usque dum cornicularis, et dividua fuerit, humectat, et calefacit, humectans magis : signo, quod humida omnia gliscant, et humificam virtutem ab ea recipiant. Dum vero prætumida, et in orbem sinuata fuerit, æque calidum, humidumque habet : sentiunt id arbores, et mineralia. De-

crescens vero usque dum medio orbe cæsa, calida, humidaque, plus tamen caliditatis, cum plus habeat lucis; unde contingit pisces per aquarum superficiem commeare: in eo tamen occultus tepor, quia humecta diffundit, et humore aucto putredo provenit unde in tabem ea resolvit. Ubi vero denuo cum sole fiet synodus, et lumine orba apparere desierit, calida, et præstantiorem tunc cœli statum Chaldæi astruunt sapientes. Sic lunarem quoque esse herbam, rotundis foliis, circinatis, et cæruleis tradunt, quæ lunæ dies novit: nam crescens unum in die producit folium, et decrescens deponit. Latius, et crebrius id apud nos perspicere licet in mansuetis animalibus, et plantis, continuoque id experimur visu. Sentit formica minimum animal siderum vices, ut interlunio cesset, et quiescat, plenilunio in noctibus operetur. Murium fibræ lunari numero respondent, ut timido orbe crescant, cavo autem decrescant. Capilli resecti, et ungues tonsæ post interlunium celerius, ante vero serius renascuntur. Ælurorum pupillæ easdem lunæ vices novere, ut nunc ampliores, nunc arctiores cernantur, quod qui hujus rei periculum facere quæsierit, in eodem sit lumine: majus enim eximie arctat, minus vero laxiores facit. Scarabæus siderum ætates, et tempora manifestat, ex stercore pilulam in orbem conglobat, humoque effossa scrobe viginti octo diebus obruit, tantisper condens, dum ambiat signiferum luna, et ad interlunium revertatur: tunc orbem aperiens novam dat sobolem. Cœpa (quod multo mirandum est magis) inter olera omnia sola siderum vicissitudines adversas novit, et contrarias habet augendi, minuendique vires; reviviscit enim, et congerminat decedente luna, contra autem decrescit adolescente: quam ob causam Ægyptii sacerdotes eam non comedunt, uti apud Plutarchum quarto in Hesiodum commentario legi. Tithymali genus unum, quod vocant helioscopium, quasi solsequium, comam ad solis normam circumagit, ut expergiscatur, et occubet crepusculis sopitum, desiderio quodam excitum, et ut ejus ortum mane spectet, noctu vero florem comprimat. Sunt et solares herbæ multæ, ut heliotropion: jubare enim exorto interdiu semper prono vertice spectat, ut nusquam videatur ejus intorsisse folliculum, fœdere amoris quodam, seseque eodem inclinat, quo sidus defertur: sic malvæ flores, et cichorium; lupinus quoque abeuntem solem intuetur, ut caulem nusquam intorqueat, quotidie agricolis horam nubilo etiam obumbrante, uti horarum index demonstrat, eisque est confecti sideris signum: et in Euphrate, ait Theophrastus, loti florem non solum aperiri, et claudi, sed etiam caulem alias abscondere, alias patefacere a solis occasu ad mediam noctem. Sic olea, salix, tilia, ulmus, et populus alba solstitium demonstrant, frondesque obvertunt, albaque lanugine canescens dorsum ostendunt. Irium, et arentis herba pulegii, tametsi radice careant, ligno suspensa, et affixa, florent, et solstitium ostendunt. Selenites (perinde ac si lunæ jubar diceres) lapis est, quem alii aphroselinon vocant, is lunæ imaginem continet, eamque reddit in singulos dies augescentem, et decrescentem. Et lapis alius est nubeculam continens, quæ solis instar emergens, demergensque circumvolvitur. Congratulatur cynocephalus lunæ in exortu, quod stans manus in cœlum tollit, et regium insigne in capite gestat, talemque habet cum luna consensum, ut in ejus congressu, ex quo affici solet, cum intermenstrua non pernox, et blando colore illustrans omnia, sed opaca, silensque est, mas cynocephalus quoquam non intueatur, nec comedat, sed in terram demisso vultu, lunæ raptu indigne lugens mœreat, femina vero illuni nocte non contenta, nusquam oculos contorquens, eadem cum mare patitur, et e genitali sanguinem mittit; ideo ad hæc usque tempora cynocephali in sacris nutriuntur, ut ex ipsis tempus conjunctionis solis, et lunæ sciri possit, ex Oro in hieroglyphicis. Arcturus exoriens imbres, et pluvias facit. Sirii exortum canes norunt, quia in rabiem aguntur, viperæ, et serpentes furiunt, stagna moventur, in cellis vina fluctuant, et maximi sentiuntur in terra effectus, ocimum sub ejus ortu pallescit, et coriannum siccessit, a Theophrasto traditum. Caniculæ exortum quotannis observabant diligenter, et ab ea conjecturam capiebant, uti scribit Heraclides Ponticus, salubrisne, an pestilens annus futurus esset, nam si obscurior, et quasi caliginosa fuerit, pingue, et concretum esse cœlum, ut ejus qualitas gravis, et pestilens futura sit: si clara et pellicida apparuerit stella, cœlum significat esse tenue, ac purum, et propterea salubre: quam sic metuebant veteres, ut ei canem sacrificare instituerint.

Hinc mala rubigo, virides ne torreat herbas,
Sanguine lactentis catuli placatur et extis.

(Columella, *De cultu hortorum*, v. 342, 343.)

Pro cane sidereo canis hic imponitur aræ.

(Ovid., *Fast.*, lib. iv, v. 941.)

Præsentit eam fera, quam Ogigem appellat *Ægyptus*; nam solis radios tunc contuens caniculam adorat. Molestas, dicit Hippocrates, purgationes ante, et post eam, nec secandas venas; plerasque demonstrat Galenus operationes in diebus decretoriis observandas, et necessarias admodum. Nec minus in serendis segetibus, jactis seminibus, et plantarum propagationibus. Nec te magnorum siderum configurationes lateant: e signis discessus, ut aqueæ, igneæque impressiones in aere videantur. Quod si hæc æquo animo conspexeris, quis non omnium inferiorum causas sidera ipsa esse conjiciet? quibus jam ignoratis, maxima secretarium operationum scienti perire deprehenditur. Sed quid ex his nancisci poterimus, docuimus in *Phytognomonicis*.»

Caput IX. — *De superiorum virtutum attractione.*

« Diximus de cœlorum effectibus in hæc inferiora, deque rerum consensu, dissensuque, subjungemus nunc ex agnatione naturæ quomodo superiorum virtutes attrahere possimus. Platonici *magiam* vocabant attractionem unius rei ab altera, ex quadam naturæ cognatione. Mundi autem hujus partes ceu animalis unius membra, omnes ab uno auctore pendentes, unius naturæ conjunctione invicem copulantur: ideo sicut in nobis cerebrum, pulmones, cor, jecur, et reliqua membra a se invicem trahunt aliquid, seque mutuo juvant, ut uno illorum aliquo patiente, compatiantur: ita hujus ingentis animalis membra, id est, omnia mundi corpora connexa similiter mutuant invicem naturas, et mutuantur, et ex communi cognatione, comis nascitur amor, et ex amore comis attractio. Hæc vere magica est. Ab orbis lunæ concavitate propter naturæ congruitatem sursum trahitur ignis, ab ignis concavitate aer, a mundi centro terra ad infima trahitur, et a suo loco rapitur aqua. Hinc et magnes ferrum, et electrum paleas, sulphuriginem, sol flores multos, et folia ad se trahit, et luna aquas. Plotinus atque Synesius inquiunt: Magna ubique natura est, videlicet certa quædam pabulis ubique certis inescans, non aliter, quam centro terræ gravia trahens, lunæ concavo levia, calore folia, humore radices, cæteraque similiter. Quo quidem attractu secum ipso devinci mundum testantur sapientes Indi, dicentes mundum esse animal passim masculum simul atque feminam, mutuoque membrorum suorum amore ubique coire secum, atque ita constare, vinculum vero membrorum inesse per insitam sibi mentem, quæ per artus infusa, ut diximus, molem agitat, et magno corpori se miscet. Hinc Orpheus naturam ipsam mundi, Jovemque marem appellat, et feminam, usque adeo mutui suarum partium conjugii ubique mundus est avidus. Esse masculinum sexum feminino ubique commistum declarat signorum ordo, ubi præcedens mascu-

lium, subsequens femininum, sic arbores et herbæ, ut animalia utrumque sexum habent ; mitto quod ignis ad aerem, aqua ad terram, masculi ad feminam vicem habent, ut non mirum sit membra inter se mundana mutuum conjugium concupiscere. Planetæ partim quidem mares, partim feminæ, Mercurius hermaphroditus. Quod sane animal advertens agricultura, præparat agrum, seminaque ad cœlestia dona ; similia quædam efficit medicina in corpore nostro, tum ad nostram fovendam, tum ad universi naturam uberius comparandam. Sic et philosophus astrorum peritus, quem proprie *magum* appellare solemus, quibusdam illecebris, cœlestia terrenis opportune quidem, nec aliter inserens, quam insitionis studiosus agricola veterem recenti stipiti surculum. Subjicit magus terrena cœlestibus, imo inferiora passim superioribus, ut ferrum magneti trahendum, et crystallum soli illuminandum, vél ovum gallinæ fovendum. Præterea sicut nonnulli foventes ova etiam sine animalibus vitam illis ex universo conciliant, et sæpe materias quasdam opportune parantes, absque ovis, manifestis ne seminibus animalia procreant, ut apes ex bove, ex ocimo scorpionem, vitam videlicet a mundo, materiis certis, opportunisque temporibus adhibentes, sic et magus ubi cognovit quæ materiæ, sive quales, partim inchoatæ natura, partim arte perfecta, et si sparsæ fuerint congregatæ, quæ cœlitus influxum suscipere possint, has, eo regnante, potissimum colligit, præparat, adhibet, sibique per eas cœlestia vindicat. Ubicunque enim materia quædam, sic superis exposita est, sicut speculare vitrum vultui, pariesve oppositus voci, subito superne patitur, ab agente potentissimo, a potestate, vitaque mirabili ubique præsente. Proclus vero libro *De sacrificio et magia*, dicit, quod philosophi cum considerarent in rebus naturalibus cognationem quamdam, et mutuum nexum aliorum ad alia, et manifestorum ad vires occultas, et cuncta in cunctis invenirent, magiam condiderunt, agnoverunt et in infimis suprema, et in supremis infima : in cœlo quidem terrena non proprie, sed secundum causam, modoque cœlesti, in inferioribus vero cœlestia, sed modo terrestri. Nam unde putamus plantas illas, quas heliotropias nominant, ad solis motum solem versus moveri ? et selinetropias, id est lunisequas, ad lunam verti ? Quamobrem in terra quidem aspicere licet solem et lunam, sed pro qualitate terrena, in cœlo autem plantas omnes, et lapides et animalia pro cœlesti natura, quæ quidem veteres contemplati, aliis cœlestium, alia terrenorum adhibuerunt, unde divinas virtutes in locum inferiorem ob quamdam similitudinem deduxerunt : nempe similitudo ipsa sufficiens causa est ad res singulas invicem vinciendas. Si quis papyrum calefaciat, deinde subjiciat lucernæ proximæ, etiam si non tangat, videbit accensam subito papyrum, quamvis non tetigerit ignem, accensioneque desuper ad inferiora descendente. Comparemus igitur papyrum calefactam cognatione cuidam inferiorum ad superiora, appropinquationem ejus ad lucernam opportuno usui rerum pro tempore, loco, et materia. »

II.

Toute l'école cartésienne combattit la physique du moyen âge ; elle pensait comme Cusa et ses disciples que le principe de cette physique fausse est dans la thèse des formes substantielles et dans les conséquences qu'elle recèle, à savoir une fausse théorie de l'intelligence humaine et des qualités sensibles des corps et une théorie non moins fausse sur le mouvement. — (*Voy.* Malebranche, *Rech. de la vérité*, liv. III, ch. 8.)

III.

Nous l'avons déjà dit, un autre point sur lequel la querelle fut très-vive entre les scolastiques du XVIIe siècle et les cartésiens, ce fut la question des qualités secondes ou sensibles des corps.

Suivant les scolastiques, ces qualités sont l'expression de la nature même de l'objet ; et c'est ainsi qu'ils s'élevaient des qualités sensibles de *froid* et de *chaud*, de *sec* et d'*humide* à la théorie des quatre éléments.

Descartes et ses disciples détrônèrent cette théorie et toutes ses conséquences, en déclarant que les qualités sensibles ne sont que des sensations objectivées par l'âme et qui ne résident nullement dans les corps eux-mêmes.

Cette espèce de pyrrhonisme vis-à-vis des sensations fut très-bien aperçue par Bayle. Il s'en explique dans un très-joli fragment de son *Dictionnaire*.

IV.

Malebranche ne se contente pas de réfuter le caractère objectif des sensations, il montre que ce caractère admis par les scolastiques a été l'origine d'un grand nombre d'erreurs de leur physique. (*Rech. de la vérité*, liv. I, c. 15.)

V.

Leibnitz n'approuvait qu'avec beaucoup de réserve les opinions des scolastiques sur les qualités sensibles. (*Voy.* les *Nouveaux essais*.)

VI.

Voir dans Malebranche quelques-unes de ses observations sur la méthode des scolastiques dans les sciences. (*Recherche de la vérité*, l. III, c. 3.)

VII.

Voir le récit historique des démêlés qui eurent lieu au XVIIe siècle entre les scolastiques et les cartésiens au sujet de l'âme des bêtes. (*Dictionnaire* de Bayle, art. *Gomez-Pereira*.)

—

NOTE IV.

(Art. Scot (Duns) ou le Docteur subtil.)

I.

En 1627, l'université de Salamanque décréta qu'on ne pourrait enseigner la théologie que conformément à la doctrine de saint Thomas et de saint Augustin ; néanmoins la force du parti scotiste était telle que l'on fit une exception en sa faveur et en faveur de Durand de Saint-Pourçain.

« Etsi quando cathedram Scoti vel Durandi moderabor, quamvis ad id teneri nolo, licere tamen mihi vos, pro eo tantum tempore, probabiles eorum doctorum opiniones sequi, absque perjurii crimine. »

Cette décision fut considérée comme le résultat d'une violence et une injustice formelle par le conseil du roi et cassée en 1628. Les Mineurs prirent en main non-seulement la cause de Scot, mais d'Ockam et de Gabriel.

« Itane pereat Alexander Alensis et magnus Albertus, Aquinatis magister ? Ita exsulet sanctus Bonaventura, Aquinatis collega ? Ita dispereat Scotus Aquinatis exercitator ? Perpetuæ tradatur oblivioni Ockamus, nominalium antesignanus ? Silentio

obruantur Durandus, Gabriel, et aliis quique viri sapientissimi quorum elucubrationibus crevit et revirescit sacra doctrina? »....

II.

Scot et son autorité.

Dans presque toutes les universités, Scot obtint le partage de l'autorité avec son glorieux prédécesseur. Un de ses éditeurs a pu dire :

« Ad tres nobilissimas in Hispania accesis universitates, Conimbricensem, Salmanticensem, Complutensem ; in unaquaque fratrum vidi instituta subsellia et destinatos magistros pro Scoti disciplina tradenda. In Parisiensi item Academia, in Patavina, Ticinensi, imo et in ipsa urbe, orbis capite, peculiares cathedras Scotus obtinuit. Eo etiam habetur pretio, ut dignitate, stipendio, aut horæ commoditate multis in locis non cedat ejus cathedra illi quæ sancti Thomæ retinet nomen. In Conimbricensi etenim Academia æqualis sicut stipendii et auctoritatis. In Salmanticensi haud minoris emolumentis quæ Scoti est ; et magno conatu aspirant ad illam doctissimi magistri ; in Complutensi omnium primariam Scotus obtinuit. Ultra hæc stricte cavit universitas Salmanticensis ne Scoti cathedræ professor aliam quam Scotus discipulis tradat doctrinam, neque eam summatim aut per conclusiones duntaxat comprehendat. » (*Stat. Sal.*, c. 2, § 4.)

III.

Témoignages sur Scot.

« Scotus præ altitudine et subtilitate doctrinæ antonomostice nomen Doctoris subtilis obtinuit. » (Joannes de Ragusio, in *Concil. Basileensi.*)

« Ista opinio est Scoti qui super alios in subtilitate ingenii excellebat. » (Ockamus, 1, dist. 2, quæst. 6.)

« Tales suæ subtilitatis rivos profudit ut Doctoris subtilis nomen calculo omnium sibi congruentissimum invenerit.... ut Apollonius alter discipulos ex omni climate ad se traxit, fecitque ut nihil ad hæc usque nostra tempora aliud theologica gymnasia præter Scoti nomen personarent. » (Henricus Willot.)

« Inter quos (magistros), salva pace omnium, unum aliis pluribus præstantiorem Joannem Duns natione Scotum intueor.... merito omnibus admirandus, omnibus venerandus, et omnibus ut studio et charitate amplectendus ; cujus propositiones sunt, ut patebit, fecundæ. » (Paullus scriptor in primum Prolog. *Sent.*)

« Scotus, honor studii Parisiensis...., cujus dicta communem transcendunt facultatem. » (Vorelongus, in fin. *Sent.*)

« In tanta universitate, tanta scientia plenus eras ut Doctoris subtilis nomen retineres, cujus opus nullus error maculavit. Devotione consopitus præcipua scribebas. Dum nempe tuam logicam incipiebas, ita dicebas : *O Deus, qui es terminus sine termino, da mihi bene loqui de termino....* » (*Ibid.*, in princ. II *Sent.*)

IV

Textes de Scot et de ses commentateurs sur la question des universaux. (Scot., dist. 3, quæst. 1, t. VI edit. de Lyon p. 357 et seqq.)

« Dico quod substantia materialis ex natura sua non est de se hæc : quia tunc, sicut deducit prima ratio, non posset intellectus intelligere ipsam sub opposito, nisi intelligeret objectum suum sub ratione intelligendi repugnanti rationi talis objecti : sicut etiam deducit secunda ratio cum suis probationibus omnibus, aliqua est unitas in re realis absque omni operatione intellectus, minor unitate numerali sive unitate propria singularis [sic] (416) quæ unitas est naturæ secundum se : et secundum istam unitatem propriam naturæ ut, natura est indifferens ad unitatem singularem : non ergo de se est sic unitate illa, scilicet unitate singularitatis.

« Qualiter autem potest hoc intelligi, potest aliqualiter videri par dictum Avicennæ v *Metaph.*, ubi vult quod *equinitas sit tantum equinitas, nec ex se una, nec plures, nec universalis, nec particularis.* Intellige, non est ex se una unitate numerali ; nec plures, pluralitate opposita illi unitati ; nec universalis actu eo modo, quo aliquid est universale factum ab intellectu, non ut objectum intellectus : nec est particularis de se : licet enim nunquam sit realiter sine aliquo istorum : non tamen est de se aliquod istorum, sed est prius naturaliter omnibus istis : et secundum istam prioritatem naturalem est *quod quid est*, et per se objectum intellectus, et per se, ut sic, consideratur a metaphysico, et exprimitur per definitionem : et propositionis veræ primo modo sicut veræ ratione quidditatis sic acceptæ : quia nihil dicitur de quidditate per se primo modo, nisi quod includitur in ea essentialiter in quantum ipsa abstrahitur ab omnibus istis, quæ sunt posteriora ipsa naturaliter. Non solum autem *ipsa natura est de se indifferens ad esse in intellectu et in particulari, ac per hoc ad esse universale et singulare* (417) ; *sed et ipsa habens esse in intellectu, non habet primo ex se universalitatem ; licet enim ipsa intelligatur sub universalitate, ut sub modo intelligendi ipsam, tamen universalitas non est pars conceptus ejus primi.* Quia non conceptus metaphysici, sed logici. Logicus enim considerat secundas intentiones applicatas primis... »

V.

Conséquence de l'existence entitative de la matière. L'âme a en elle l'élément matériel.

Saint Thomas objectait contre cette deuxième proposition que la matière ne pouvait être divisée que par la quantité et que néanmoins la forme spirituelle et la forme corporelle ne peuvent se trouver dans la même partie de matière. A quoi les scotistes répondaient :

« Non est ergo verum, materiam necessario dividi per quantitatem, quia entitative, sua hæcceitate, dividitur hæc materia illa, et formaliter dividitur ab eadem per quamcunque formam, quam sustentat, sive sit quanta, sive non quanta. Argumentum procedit ex alia falsa opinione D. Thomæ, nempe materiam, secundum se esse puram potentiam et nihil habere entitatis. » (Scot. t. II, p. 536, éd. Lyon ; Cavellus, *annot.* in tract. *De anima*, quæst. 15.)

On voit comment se lient ces trois théories de Scot :

1° Sur l'existence de la réalité entitative de la matière ; 2° sur l'existence de l'hæccéité dans les substances ; 3° sur l'existence d'un élément qui n'est pas purement formel au sein de l'âme.

VI.

An materia sit de numero activorum. (Lychetus, *Comment.* in II, dist. 12, quæst. 1, t. VI, p. 679.)

« Licet materia prima non sit *de numero activorum*, tamen ego dico quod ipsa potest movere intellectum ad cognitionem sui causando illam partialiter et quod dico *quod non est de numero activorum*, debet intelligi de activis et passivis quæ mutuo corrumpuntur et generantur, et de qualitatibus consequentibus hujusmodi activa et passiva ; certum enim est quod materia non potest producere aliquam formam substantialem effective, nec aliquam accidentalem corporalem, sed bene potest

(416) C'est probablement *singulari* qui serait la bonne leçon.

(417) Ces expressions sont décisives, elles prouvent bien que suivant Scot l'universel n'est que dans l'intellect, ou en d'autres termes que le Docteur subtil n'est pas un pur réaliste.

producere aliquam spiritualem : hoc idem dico de quantitate. »

VII.

Puissance et acte.

« Hic ergo videndum est de potentia communius accepta : videlicet ut importat modum quemdam entis in se, sine ratione principii, et quia metaphysicus considerat ens et passiones ejus, ideo potentia sic sumpta ad considerationem metaphysici pertinet... Juxta illam potentiam proprie transsumitur nomen potentiæ ad servandum potentiam metaphysicam quæ est in mathematicis, et etiam potentiam logicam, sive quæ est in logicis sive in propositionibus possibilibus. » (*Quæst. metaphys.*, IX, 2.)

VIII.

Toute forme n'est pas active.

« Quando arguitur quod omnis forma absoluta habet propriam operationem, dicendum quod falsum est : formæ rerum naturalium, per quas agunt, sunt determinatæ propriis operationibus. » Cependant Scot dit, quelques lignes plus loin : « Formam substantialem esse activam et esse principium operationis specificæ. » (Scot, *Collat.*, VI, t. III, p. 361.)

La forme, du reste, agit et accomplit son acte, non parce qu'elle donne l'être, mais parce qu'elle s'unit à quelque chose de différent d'elle : « Forma enim, quia actis unitur, ideo perficit. » (*De rerum principio*, quæst. 9, art. 1, t. III, p. 60.)

« Quæ autem sit ratio quare quædam formæ sunt activæ et quædam non, difficile est assignare rationem communem ; quia aliquæ formæ substantiales sunt activæ, aliquæ autem formæ substantiales non sunt activæ... »

Auparavant il dit :

« Cum probatur prima propositio, primo, quia propria forma dat *esse*, ergo dat agere : nego consequentiam : multæ enim sunt formæ dantes esse, quæ non sunt activæ, et ita nullo modo dant actum secundum.... » (Lib. *Sentent.*, I, dist. 7, qu. unic., t. V, p. 696.)

IX.

La forme ne s'entend pas toujours du τό τι ἦν εἶναι.

« Forma sumitur uno modo largissime, pro omni significato terminorum abstractivorum, sicut per terminos abstractos prædicamentorum accidentium ; et sic dicitur figura, forma rei figuratæ et paternitas patris et raritas ignis. Ex isto modo sæpe reperitur quod forma non distinguitur a suo formabili. Alio modo sumitur, minus large, pro omni eo quod non est subjectum vel compositum, et sic Deus et angeli dicuntur formæ. Alio modo sumitur non ita large pro omni eo quod est causa in alio genere causæ quam efficientis, finalis aut materialis. » (Petrus de Aliaco, in *Sentent.*, quæst. 9)

La réflexion que d'Ailly ajoute prouve combien l'idée de la matière et de la forme s'évanouissait : « Et satis est difficile explicare quid sit ista qualitas. »

X.

Rapports de Scot et de Leibnitz.

« Materia habet de se actum entitativum. » (Leibnitz, *De principio individui*, coroll. 1.)

Leibnitz ajoute à ce corollaire sous le n° 2 : « Non omnino improbabile est materiam et quantitatem esse realiter idem. » Le germe de la monadologie semble se rencontrer ici

Dans le *De arte combinatoria* (*Ibid.*, p. 7), Leibnitz définit la substance : « Substantiam autem voco quidquid movet aut movetur. » Définition qui rentre encore dans le point de vue de la monadologie.

XI.

Formam esse principium transmutationis potest bifariam intelligi.

« Cuiuslibet transmutationis naturalis formam esse principium, potest intelligi dupliciter : uno modo, quod cujuslibet transmutationis forma sit terminus *ad quem ;* et hoc non verum est de mutationibus deperditivis, ut corruptio luminis et hujusmodi : vel intelligitur quod sit terminus *a quo*, et hoc non est verum de mutationibus acquisitivis. » (Scot, *Physicorum* lib. I, quæst. 24, t. II, p. 99, édit. Lugdun.)

Le but de Scot est de limiter l'activité de la forme : il accorde bien aux scolastiques ce qu'ils proclamaient d'un commun accord, que la forme est le principe de toute modification, mais, en acceptant cette proposition, il l'explique, et en l'expliquant il la restreint.

XII.

Dans Scot, la question des formalités et le principe de la distinction de la forme et de l'acte se lient à la théorie de l'activité et à la restitution au sein des êtres de leur causalité.

« Utrum partes organicæ animalis habeant distinctas formas specie differentes?

« *Obj.* — Quod non : Ex duobus in actu non fit unum ; duo actus constituunt duo in actu : igitur, etc.

« *Rép.* — Contra : Movens et motum sunt duo in actu ; una pars movet aliam partem animalis. » (Scot, *Quæst. metaphys.*, lib. VII, quæst. 20, n. 1.)

XIII.

Si mes souvenirs ne me trompent, Scot emploie le mot d'*hæccéité* dans le *Commentaire sur la métaphysique*. Il ne l'emploie pas ailleurs ; mais il est incontestable et incontesté qu'il a créé sinon le terme, du moins la notion. (*Voy.* Columb., p. 672.)

XIV.

Suivant Scot, l'individualité n'est pas sensible ; elle a un caractère physiologique.

Schol. — « Ad id quod quærit, an singularitas sit per se sensibilis, respondet negative. » (2, dist. 3, quæst. 1.)

Aristote avait dit (II *De anima*) : « Sentire est gularis. »

Scot, tout en adoptant cette opinion, distingue le *singulier* et la *singularité*. Identique dans tout, celle-ci ne peut tomber sous le sens : « Singularitas est unius rationis in colore et sono ; ergo non est formalis ratio objecti, quia per illam distinguuntur potentiæ. Item, non hoc : Singularitas est ratio formalis objecti sensus, quia tunc aliud singulare non sentiretur. » (*Quæst. metaphysic.*)

« Differentia individualis a nullo nota est in hac vita communiter. Cujus probatio est : quia tunc nota esset differentia ejus ad quodcunque aliud, et ita non posset errare de quocunque alio sibi intellectualiter ostenso, quin judicaret illud esse aliud ; sed illud est falsum de alio omnino simili, *nisi tantum de intelligendo se animam et suum actum forte, a quibus differre diceret quantumcunque similia sibi ostensa ; de intelligendo tamen se compositum*, forte erraret quis, si subito Deus suum corpus annihilaret, et aliud animæ uniret, manente anima in eadem intellectione non interrupta ; sicque anima, quantum ad differentiam individualem, seipsam certissime novit : hoc ens. Quantum ad naturam specificam, alia et sensibilia certius novit, et hanc notitiam de se inquirit. » — Le commentateur Mauritius ajoute très bien en marge : *Singularia spiritualia intus nota.*

Scot conclut : « Nullus sensus per se cognoscit singulare, quia ejusdem sensibilis, simile omnino, non discerneretur ab ipso. — Contra imo, ex loco similiter numerus est per se sensibilis. — Respondeo : Si quid idem in duobus locis, quid tunc ? — Similiter si ex loco, ergo non est per se hoc ; quia hoc non est hoc per locum ; quia si cognosceret hoc, in quantum hoc, etiam distingueret ab illo, posito quod simul essent, imo quocunque posito, stante hoc. » — A cette discussion se rattachait celle de sa-

voir si plusieurs rayons du soleil pouvaient se confondre en un seul; car, dans le cas contraire, il était évident que l'individuel n'était pas sensible... L'individuel non sensible, c'était l'idéalisme, le véritable; c'était par conséquent la physique fondée! (*Quæst. metaph.*, lib. VII, quæst. 13, c. 23.)

XV.

Suivant Duns Scot : 1° l'acte et sa puissance sont identiques à un certain point de vue; 2° l'hæccéité n'agit pas au dehors; 3° l'hæccéité enveloppe cependant une certaine diversité, et elle est distante de cette diversité; 4° l'hæccéité spirituelle seule est visible; 5° l'hæccéité est substantielle et elle n'est pas un des éléments de l'essence.

« Idem est principium constitutivum rei ac distinctivum. » (Scot, 1, d. 26, q. un.)

XVI.

« Non est igitur individuum magis per se corruptibile, quam species, quia æque abstrahit ab hic et nunc, et hujusmodi, sicut species. » (Scot, *Expositio*, quæst. 13.)

*Distinction de l'*individuum circumstantionatum *et de l'*individuum vagum. — Le premier est : « Videlicet hic et nunc et cum talibus et talibus accidentibus, et ut generabilis et corruptibilis, non modo ut *quo*, sed ut *quod* : sicut magistri Joannis filius, Hilarius abbas, etc. — Le second : Habet esse videlicet quidditativum, non quod sit prædicatum, nec primo habens rationem quidditativam, sed ut individuum signatum hæcceitate tantum, vel certe ut individuum vagum de quo prædicantur per se, et necessario sua superiora et de quo est vere scientia licet non prima, » etc. (*Ibid.*)

Scot distingue, dans l'individu physique, l'individu métaphysique et l'individu logique; il parle de l'individu logique, *ut terministarum novitates excluderet.*

XVII.

Scot; son principe d'individuation.

« Ex his concludi potest, quod natura ut hæc, per substantiam aliquam quæ est forma[1], et prior hic lapis, et per formam individualem distinguitur ab alio individuo. » (*Metaph. quæst.*, lib. VII, quæst. 13, n. 33.)

« Individuum est verissime ens et unum : sicut arguitur hic de prima substantia quod est maxime substantia, et ipsius est generatio, et circa ipsam sunt operationes, ipsa etiam operatur; omnia ista videntur neganda ab aliquo formaliter constituto per negationem. — Est ergo illud in actu positivum nullum accidens : nec multa simul propter argumenta superius facta : et quædam supra contra negationem non materia, nec forma, nec actu esse, si differt a forma, propter argumenta facta superius. »

XVIII.

Duns Scot est-il réaliste?

Le livre *In* VIII *libros Physicorum quæstiones* est un ouvrage nominaliste et il a été attribué à Duns Scot : il est même inséré dans ses Œuvres complètes, t. II. Cavellus estime que l'ouvrage est de Scot; Wading le nie sur de très-fortes raisons : 1° Scot est cité dans l'ouvrage; 2° le style est différent; 3° la doctrine est différente.

XIX.

Brucker distingue trois écoles au moyen âge : les réalistes, les formalistes, les nominalistes; Brucker cite un docteur qui était à la fois très-nominaliste et très-platonicien, et il s'en étonne. Le fait est beaucoup moins isolé qu'il ne le suppose.

XX.

Aristote jugé par Scot, et caractère un peu mystique de ce dernier.

Tout ce qu'Aristote a dit de Dieu est un amas de vraisemblances et de songes. C'est pourquoi, d'après Mauritius, Scot n'a continué les *Questions de métaphysique* que jusqu'au livre IX.

« Congrue ergo doctor hic omisit ista pertractare, ut ea, quæ balbutiendo tetigit Aristoteles de illis, non essent sibi fundamenta quæstionum veracium, sed ea potius, quæ Veritas ipsa nobis revelavit in Scripturis divinis.

« Quid enim prodest antiquorum somnia de rerum principiis... ac in eorum speculatione confusa et intricata tempus et ætatem conterere? nisi mercedem laboris exspectemus, ut facili videlicet intuitu primi entis, judicis cuncta cernentis, omnia eminentissime contuentis, obscuram in claram metaphysicam commutemus, quod in Olympiadibus duntaxat nævalentibus confertur? Cuncta ergo, pauper Mauriti, dirige in obsequium Christi, cui sit honor in ævum. Amen. » — Ne croirait-on pas entendre un fragment de l'*Imitation?*

XXI.

Suivant Aristote le principe de l'individuation est la matière.

« Unum numero sunt, quorum est materia una. » (*Metaph.*, *De uno.*) — « Callias et Socrates sunt diversi quidem propter materiam, idem vero specie; nam individua est species. » (*Ibid.*, lib. VII.) — « Quod quid erat esse in quibusdam substantiis idem est; quæcunque vero in materia sunt, vel accepta sunt cum materia, non idem. » (*Ibid.*, c. *De partibus definit.*) — « Anima et animæ esse idem, homo et hominis esse, non idem, nisi et animæ esse, homo dicatur. » (*Ibid.*, lib. VIII, c. 3.) — « Si essent plures cœli, ut homines, foret principium quod, circa unumquodque specie unum, numero vero multa : sed quæcunque numero sunt multa, habent materiam. Quod autem quid erat esse non habebit materiam primam; endelechia enim unum agitur, et ratione, et numero, primum movens immobile ens. » (*Ibid.*, lib. XII.) — « Cum dico *cœlum*, dico formam; cum dico *hoc cœlum*, dico materiam. »

Voici pourtant quelques passages qui semblent opposés aux précédents :

« In fundamento naturæ nihil est distinctum. » (I *Metaph.*, antiq. translat.) — « Palam autem, quod anima quidem substantia prima, corpus vero materia, homo vero aut animal, quod ex utrisque est universaliter, Covisius autem et Socrates, ut singulariter. » (*Ibid.*, lib. VII, *De partib. definit.*) — « Homo et equus, et quæ ita in singularibus, universaliter autem non sunt substantia, id est forma, sed simul quoddam totum, compositum ex hac materia et hac ratione. » (*Ibid.*) — « Et horum quæ sunt in eadem specie, diversa non species, sed quia singularium aliud tua materia, et movens, et species, et mea, sed tamen ratione universali eadem. » (*Ibid.*, lib. XII, c. 4.)

Comm. de Scot : — « Ergo ita concedit distinctionem formæ, sicut materiæ in particulari, et ita unitatem materiæ in communi sicut formæ; et ideo oportet adhuc quærere, quo materia sit hæc. »

XXII.

Un scotiste, Columbus, p. 492, appelle Platon : *Divinus Plato.*

XXIII.

« Hæc doctrina non obscure traditur ab Aristotele lib. IV *Meteor.*, prope fin., affirmante dari formas intermedias et subordinatas, quarum priores substernuntur et subordinantur posterioribus : ultimam vero gerere vicem formæ et reliquas habere locum materiæ. » (Scot.)

Cette opinion de Scot est au moins très-contestable.

XXIV.

« Si quis omnia entia vocet, æquivoce nuncupa-

bit. » (Porphyr. *Isagog.*, c. *De specie.*) — « Ens multipliciter dicitur, multiplicitas autem excludit unitatem conceptus. » (Aristot., *Phys.*, t. VI, lib. iv *Met.*, t. II.) — « Aristoteles dicit (vii *Metaph.*, t. II), quod accidentia non sunt entia, nisi quia entis, puta substantiæ a qua prodeunt et inhærent. »

XXV.

Suivant Aristote, très-mal interprété à cet égard par l'école scotiste, le principe d'individuation est la matière, quoiqu'il ne se soit jamais clairement expliqué sur ce sujet. (*Metaph.*, lib. xii, c. 6.) Il s'agit de prouver l'unité du ciel; Aristote la prouve par l'unité du mouvement, et celle-ci par l'unité du moteur. Or, comment prouve-t-il l'unité du moteur? Par l'absence de matière, en vertu de laquelle, dit-il, il ne peut être qu'*un* et individuel, la matière étant le principe de la division de l'espèce en individus :

« Si enim plures essent cœli, ut homines, foret principium quidem circa unumquodque specie unum : numero vero multa. Sed quæcunque sunt numero multa, multam materiam habent : una enim et eadem ratio multorum, ut hominis. Socrates vero unus. Quia autem quod quid erat esse non habet materiam primam, endelechia enim, unum igitur et ratione et numero primum movens immobile ens. »

Saint Thomas interprète comme nous ce passage d'Aristote. Duns Scot soutient qu'il ne s'agit pas ici de la vraie matière; mais il n'en donne aucune preuve.

XXVI.

Suivant Scot la puissance n'est pas exclue par l'acte.

« Et tunc cum arguitur potentiam destrui in adventu formæ, oportet dicere, quod hoc non intelligitur proprie de ipsa ratione potentiæ, sed de quodam respectu concomitante potentiam, quem habet per hoc, quod est ante actum, qui est quædam prioritas durationis ad actum : non autem includitur per se in ratione potentiæ, quia simul ipse potest esse cum illa prioritate et cum simultate ad actum. » (Dist. 4, quæst. 43, t. X, p. 56.)

Il s'agit pour Scot de répondre à saint Thomas, qui prétend que l'agent naturel ne peut faire revivre numériquement le même un être disparu. L'argument de saint Thomas est celui-ci : il faudrait que la puissance, pour ce même être, fût demeurée; et elle n'est pas demeurée, puisque la puissance disparaît par l'acte.

XXVII.

Le scotisme absorbe les autres écoles, ou l'idée de formalité employée par les thomistes.

« Logica non est simul eminenter practica et speculativa : conclusio est D. Thomæ, ubi aperte asserit in scientiis naturalibus alias esse speculativas, et alias practicas, ita ut formalitas speculativi et practici in illis separetur. » (S. Thom., part. i, quæst. 1, art. 4. — Goudin, p. 93.)

XXVIII.

Scot soutient contre saint Thomas que la loi naturelle ne peut souffrir d'exception de la part de la loi surnaturelle. La distinction entre l'ordre naturel et l'ordre surnaturel est par lui sévèrement maintenue, et par conséquent aussi la distinction entre l'Eglise et l'Etat. Il ne faut pas oublier que la forme supérieure corrompait la forme inférieure dans le système de saint Thomas; il est vrai que saint Thomas n'appelle pas cela dispense, mais néanmoins la dispense s'y retrouve avec tous ses caractères. Pour éclaircir par un exemple, Scot veut prouver que le Décalogue n'est pas tout entier de loi naturelle; il cite pour le prouver certains préceptes dont Dieu a donné dispense (exemple : immolation d'Isaac). Les thomistes répondaient que dans ces cas toutes les circonstances qui constituent la culpabilité de l'acte défendu ne se trouvaient pas présentes ou qu'une autre était intervenue. Une seule en réalité était survenue, celle de la dispense. La conclusion est donc que saint Thomas accorde que la loi naturelle peut être violée en vertu de la volonté divine. (*Voy.* Scot lib. iii, dist. 37, t. VII, p. 880 seq.)

XXIX.

« Exsistentia divina est prior essentia. » (Scot., *Quodlib.*, q. 1.)

C'était là la pensée de quelques philosophes; mais suivant Duns Scot, comme suivant saint Thomas, il n'y avait pas en Dieu distinction de l'essence et de l'existence. (Ils s'appuyaient pour le prouver sur ce mot de l'Ecriture : *Je suis Celui qui suis.* La distinction en question n'avait lieu que dans les créatures.) Suivant saint Thomas, l'existence était un mode de l'essence (*accidens*); suivant Scot, c'était ce qu'il appelle *gradus intrinsecus.* (1-2, dist. 1, et lect. 6.)

XXX.

Scot et le dogme.

Le dogme le conduit à l'idée de l'âme qui n'est plus conçue comme une forme pure. (*Report. Paris.*, lib. ii, dist. 17, quæst. 1, t. XI, p. 310.)

Il se demande si l'âme a été créée, et après avoir cité plusieurs opinions :

« Alia est opinio, quod anima habet materiam. Sed hæc opinio absolute ponit eam fuisse creatam, quia non præexsistebat aliquid ejus; sed tota simul fuit creata, quantum ad materiam et ad formam. »

Suivant lui, la création de l'âme est niée et logiquement niée par Aristote.

« Non potest probari per rationem naturalem, sicut nec animam esse immortalem : ergo nec quod sit per se producta productione propria. »

D'ailleurs, quand il serait prouvé qu'elle n'est pas soumise à l'action de la nature (*quod non subest causalitati naturæ*), « non tamen sequitur propter hoc quod creetur : nam nos ponimus illud chaos confusum natura præcedere perfectionem cœli : nam ex illo factum est cœlum : et tamen non dicimus cœlum creari, cum illud chaos antecesserit formam cœli, licet non fuerit pars formæ cœli, et nihilominus licet hæc forma cœli non præsupponat materiam præjacentem, quæ sit pars producti, et non subditur nisi causalitati primi entis, non tamen creatur, quia Deus non alia creatione creavit formam cœli, quam ea qua produxit totum cœlum : et ideo non prius natura forma cœli fuit primus terminus creationis, quam totum cœlum. Eodem modo diceret Aristoteles de anima, nam non creatur anima a Deo ex materia præjacente, quæ sit pars illius productæ, sed creatur in passo, sicut est producta; et hoc necessitate naturæ, ita quod non terminatur actio Dei ad animam, sed ad totum compositum. Unde non concederet ipse animam creari. Non enim imaginatus est ipse, sicut nos imaginamur, quod aliqua actio Dei terminatur in primo instanti naturæ vel temporis ad *esse* animæ, et postea secundo instanti infundatur, sed ponit actionem Dei terminari ad esse totius in primo instanti naturæ. » (*Ibid.*)

XXXI.

« Fides quæ distinguit istum ab illo (Deus et trinus), cum non sit habitus inclinans ad assentiendum ex notitia, non est ratio noscendi terminos, sed præsupponit eorum notitiam. »

Scot fait cette réflexion pour prouver que la notion de Dieu et celle de triplicité est donnée, à un certain point de vue, par la nature humaine. (Scot., *Quodlib.*, q. 14, art. 1.)

XXXII.

Scot tend à justifier ou même justifie Platon au sujet des *idées.* (*Voy.* 1, dist. 35, n. 11; 4, dist. 50, n. 4; *voy.* aussi Boyvin, i, 59.)

XXXIII.

Saint Thomas prouve la double procession du Saint-Esprit par ce fait, qu'il ne se distinguerait pas du Fils s'il n'était produit par lui. Les scotistes opposent à cela un passage de saint Augustin (*De Trinitate et unitate Dei*, lib. I, c. 3) : « Docentis in eo Filium distingui realiter a Spiritu sancto, quod *Spiritus sanctus sic est de Patre et Filio, non quomodo natus, sed quomodo datus.* » — Saint Anselme (*Epist. contra Græcos*) soutient la même opinion.

XXXIV.

« ..... A prædicta virtuali distinctione nomine tenus differre formalem Scoti atque intentionalem Henrici arbitrantur Herrera, Suaresius, Gavant., aliique plures, propterea quod ipse Scotus, in I *Sent.*, dist. 2, quæst. 7, distinctionem suam *differentiam virtualem* appellat. Et quidem formalitatum vocabulo neque rerum diversitatem, neque accidentium, quæ in Deo non sunt, sed diversas rationes suis definitionibus notat, quas placuit Henrico nominare *intentiones*, veteribus thomistis *rationes objectivas*, vocibus forte ad offundendas luci tenebras excogitatis. Quæ si vera sunt, implacabile illud utriusque scholæ dissidium verborum erit, non rerum. At modo illuc controversiæ status devenit, ut diversæ illæ rationes, juxta Scoti discipulos, distinctæ sint ante mentis operationem, secundum vero virtutem solam ac potentiam : nam Henricus in creaturis quidem formalem distinctionem agnoscit, sed non in Deo; Scotistæ vero utrobique. » (*Voy.* Scot., 1, dist. 8, quæst. 4; Laurent. Bert. frater eremita Augustinian., *De theologicis disciplinis*, lib. II, c. 3, t. I, p. 143.)

TABLE DES MATIÈRES CONTENUES DANS CE VOLUME.

Gabriel Biel. 9
Grace.
Chapitre Ier. — Des principales questions sur la grâce. 11
Chapitre II. — Des erreurs sur la grâce. 12
Chapitre III. — Des divers états de la nature humaine. 20
Chapitre IV. — De la nécessité de la grâce. 60
Chapitre V. — De la nature de la grâce. 86
Chapitre VI. — Des divisions de la grâce. — De la grâce suffisante et de la grâce efficace. 94
Chapitre VII. — De la cause de la grâce. — Conclusion. 118
Grégoire de Rimini. 123
Guillaume de Champeaux. 128
Guillaume de Lamarre. 133
Habitus. 135
Hæcceitas. 137
Heiric d'Auxerre. 137
Histoire et sciences historiques au point de vue scolastique. 140
Histoire extérieure du mouvement intellectuel au moyen age. 163
Individuationis principium. 179
Inductio. 179
Infinitum categorematicum. 179
Influence de Charlemagne sur les développements de la scolastique. 180
Intentio prima. 188
Jean-Baptiste Bernard. 187
Jean Damascène. 187
Jean de Salisbury. 196
Liber de causis. 198
Locis theologicis (De). 216
Logica docens. 233
Logica utens. 233
Logica est scientia non realis. 233
Luther et la scolastique. 233
Materia. 235
Materia prima. 235
Matière. 235
Metaphysica. 246
Métaphysique. 246
Motus naturalis. 273
Motus violentus. 273
Mouvement. 273
Natura. 285
Nature sidérale ou ciel. 285
Nicolas de Cusa. 292
Fragments d'une étude sur Cusa. 293
§ Ier. — Sa biographie. 293
§ II. — Ses ouvrages. 297
§ III. — Le *De docta ignorantia*. 298
§ IV. — Cusa peut-il etre considéré comme platonicien? 302
§ V et VI. — De la Réforme introduite par Cusa dans les sciences. 317
§ VII. — L idée fondamentale de la métaphysique de Cusa. 344
Analyse du *Possest*. 344
§ VIII et IX. — Résumé des principes rationnels de Cusa. 365
§ X et XI. — Idées mathématiques et mystiques de Cusa. 378
§ XII. — Idéologie de Cusa. 385
§ XIII. — Conclusion. 389
Non-différence (Système de la). 391
Nutritio. 396
Ockam (Guillaume d'). 395
Ontologie. 413
§ Ier. — De l'idée de l'être dans la science humaine en général. 413
§ II. — Histoire résumée de l'idée d'être au moyen âge. 429
§ III. — Des discussions entre les scolastiques sur la notion d'être. 441
Parallèles du thomisme et du scotisme. 451
Parisienses. 504
Passio. 504
Péripatétisme. Son influence sur la philosophie et la théologie scolastique. 504
Physica. 551
Physique scolastique ou cosmologie péripatéticienne. 551
Pierre Auriol. 620
Pierre Lombard et les Commentaires qu'on a écrits au moyen âge sur le livre des Sentences. 628
Potentia. 662
Prædicamentum. 662
Présence réelle. 662
Privatio. 676
Psychologie. 677
Puissance active ou Force. 686
Quodlibeta. 689
Raymond Lulle. 693
Recherches, Notes et Fragments divers sur la scolastique. 701
Res. 1049
Revolutionibus (De) orbium cœlestium. 1049
Roger Bacon. 1053
Scot. 1057
Chapitre Ier. — De l'opinion généralement répandue sur le caractère des doctrines de Scot. 1058
Chapitre II. — Réfutation des arguments de MM. Hauréau et Rousselot, sur le caractère de la doctrine scotiste. 1096
Chapitre III. — Des discussions entre les thomistes et les scotistes. 1107
Substance et accident 1148
Substantia. 1165
Thomas d'Aquin (Saint). 1165
Première partie. 1165
Introduction. 1165
Chapitre Ier. — De la *Somme de théologie* en général. 1170
Chapitre II. — Des rapports de la théologie et des autres sciences suivant saint Thomas. 1180
Chapitre III. — Démonstration thomiste de l'existence de Dieu. 1184
Chapitre IV. — Des attributs de Dieu suivant la *Somme*. 1186
Chapitre V. — La Trinité dans la doctrine thomiste. 1192
Chapitre VI. — De la création et des rapports généraux de Dieu et du monde. 1254
Chapitre VII. — Les anges. 1248
Chapitre VIII. — L'œuvre des six jours ou cosmologie thomiste. 1257
Chapitre IX. — L'homme. Physique et physiologie thomiste. 1272
Chapitre X. — L'homme (suite). 1305
Chapitre XI. — Du gouvernement du monde et de la communication des substances. 1329
Chapitre XII. — Des rapports de la volonté et de la nature dans les êtres intelligents. 1342
Chapitre XIII. — Vue générale de la morale naturelle de saint Thomas. 1358
Chapitre XIV. — Des rapports de l'ordre naturel et de l'ordre surnaturel ou de la prémotion physique. 1376
Chapitre XV. — Conclusion. 1407
Deuxième partie. 1412
Chapitre Ier. — La politique de saint Thomas d'après Feugueray. 1412
Chapitre II. — Examen des idées de M. Rousselot sur le système de saint Thomas. 1431
Trinité (Sainte). 1459
§ Ier. — Le dogme trinitaire aux XIe et XIIe siècles. 1460
§ II. — Le dogme trinitaire aux XIVe et XVe siècles. 1466
§ III. — Conséquences philosophiques et théologiques à déduire de l'histoire du dogme trinitaire au moyen age. 1474
Union de l'ame et du corps. 1489
Unitate intellectus (De). 1536
Vanitate scientiarum (De). 1547
NOTES ADDITIONNELLES.
I. — A l'article Guillaume de Champeaux. 1587
II. — A l'article Nicolas de Cusa. 1589
III. — A l'article Physique ou Cosmologie péripatéticienne. 1601
IV. — A l'article Scot (Duns) ou le Docteur subtil. 1605

FIN DU DICTIONNAIRE DE THÉOLOGIE SCOLASTIQUE.

Imprimerie de L. Migne, au Petit-Montrouge.